


Est 93
n. 16




H.
C. S. n. S.

MINORUM FRATRUM,

ORIGINE, DOMICILIOVE
Discalceatorum, attramento, &
sanguine Scriptorum

BIBLIOTHECA

PRO SUPPLEMENTO VVADINGIANÆ,
incrementoque novæ Franciscanæ
Bibliothecæ,
AUTHORUM OMNIUM SUB UNICO
Generali Ministro in Ordinibus tribus efformabilis.

OPUS GRATA METHODO DIGESTUM,
Authorum elogiis circumdatum, Martyrum agonibus
distinctum, eruditionis Studiosis
in primis utiliss.

AD ILLUSTRISSIMOS D.D.D. DECANUM,
& Capitulum Sanctæ Zamorensis Ecclesiæ.

COMPILATORE, ET AUTHORE

FR. JOANNE A DIVO ANTONIO
(Salmantino) Sacræ Theologiæ, Ex-Lectore, Bibliothecarum Zamorensis Diœcesis, Sancti Tribunalis authoritate Revisore, Provinciarum S. Gabrielis, ac S. Didaci Vice-Visitatore, Provinciæ S. Pauli Strictioris Observantiæ Discalceatorum minimo alumno, actuali Diffinitore, ejusque Chronologo.

SUPERIORUM PERMISSU.

Salmanticæ: Ex Typographia Eugenii Garcia de Honorato
& S. Miguèl. Anno 1728.

Ex Statut. Gener. Capit. 62. §. de Studiis.

HORTAMUR ITAQUE OMNES, & ſingulos Patres, & Fratres, & Provinciales præſertim, ac reliquos Superiores, ut quotquot ad ſtudia idoneos viderint, eis omne auxilium, omnemque favorem, juxta ſingulorum capacitatem, impendere velint, prout opportunum fuerit; cum ſcientia donum Dei ſit, ad defendendam fidem Catholicam armatura fortiſsima, corona Ordinis, lumen veritatis ad oſtendendam æternæ ſalutis viam iis, qui in in tenebris, & umbra mortis ſedent, & ad dirigendos eorum pedes in viam pacis.

Petrus Bleſenſ. Epiſt. 96.

CHRISTUS DIVISUS NON EST, ſive in alba, ſive in pulla veſte, in omni profeſsione, & ordine, in omni gente quicumque operatur voluntatem Domini, acceptus eſt illi. Inter album, & nigrum habitum non diſtinguit ille, apud quem non eſt diſtinctio Judæi, & Græci. Attendit Dominus mentem, non veſtem, merita, non colorem.



CATHEDRARIO SACERDOCIO,
ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINIS
D. D.
DECANO, SACROQUE CAPITULO
Almæ Zamorenſis Eccleſiæ
FR. JOANNES A DIVO ANTONIO,
in amoris pignus, & gratitudinis argumentum,
BIBLIOTHECAM ISTAM, A SE
humilem, à compilatis ſublimem
D. O. C.

QUAM aliam aſpexerim cynoſuram (illuſtriſsimi, & Rmi. Domini) umbram quærens, & lucem? Verus cenſio fuit:

Diis Templa, Libros conſecres Potentibus. **D. Bernar. ſerm. in Cœna Dom.** Hinc, *ò præclara* (exprimit Mellifluus Doctor celſitudinem veſtram) *ò reverenda poteſtas veſtra*! Hinc ergo Alphabetica præſens lucubratio ad veſtra

advolans limina, & lumina, rectè quasi publica voce defertur vobis. Libri sunt; sed apud Alphonsum Aragonum Regem sermo cum haberetur de pretiosarum rerum jactura, persanctè affirmasse ferunt: *Malim gemmas, uniones, aut quascumque inæstimabiles margaritas perdidisse, quam vel minimum Librum.* Eadem mente S. Pius V. P. M.: nam dum apud eum quispiam magni pretii gemmas supra modum extolleret, ille, manu in Libros extensa, inquit: *En in his veræ gemmæ.* Auriferum voco Saphyrum,

Panormitan. lib. 4.

Novarin. lib. 7. Sched. cap. 2.

O Quem natura potens tanto ditavit honore,
Ut sacer, & meritò gemmarũ gemma vocetur;

Marbad. cap. 55. de lapidib.
Consule Pined. in 27. Job, vers. 6.

Saphyrum, inquam (cujus in tabulis, ut Hæbreorum traditio fert, lex scripta fuit, Sacerdotii regium symbolum. Libri sunt, sed vobis Saphyro pulchrioribus sacrificantibus. Si quis enim assiduum studium sacrificio cuidam pariet, non aberrabit. Immolandi verbo usus est Petrus Blasensis cum de studiis suis ita scripsit: *Recogitabo dies perditos in amaritudine animæ meæ, residuumque annorum meorum studiis immolabo, & paci.* Haud alteri, quam Trimegisto Libros suos inscribebant Ægyptii: Trimegisto artium omnium parenti: Tri-

Blesens. Epist. 14.

me-

megiſto litterarum Authori : Trimegiſto quadrato in Gymnaſiis adumbrato : Trimegiſto Templorum alumno : Trimegiſto, inquam, Regali Sacerdoti, quem Mercurium, id eſt, Præſidium, ac munimentum ter maximum nuncuparunt. Tantorum pulchrius Librorum quærunt Codices Secretarium; Minorum Tituli Titulum Majorem; Capitula Capitulum; Martyria Eccleſiam; Eccleſiam ab anno 520. Cathedralem; in Lucenſi Concilio, anno 565. deſcriptam; ab Innocentio, ac Alexandro III. Pontificibus Summis, non ſemel memoratam; ab Alphonſo, reſtitutam Imperatore. Litterarius ergo Alphabeticus labor in Sacerdotalem veſtrum ſinum, Rationaleve doctrinæ, & veritatis, ſponte dilabitur; vel quia ſacra docentes; vel quia ſacri Duces; vel quia ſacra dantes; vel quia Presbyteri, S. Proſpero me ducente, per Dei gratiam facti ſunt, *fidelis populi Doctores, veritatis aſſertores, & defenſores, bonorum operum Patroni*, *Alphabetum virtutum*. Quid quod Cathedralis ita dicitur, *quia penes ipſam eſt Cathedra, in qua Magiſtrorum magna dignitas deſignatur*? Quid Cathedralium ex ritu antiquiſſimo celebrandi Dedicationem, in qua Alpha-

Apud Polo tom. 2. Diarii S. P. n. 978. & 1323.

Conſule Gonzalez tom. 1. in lib. 1. Decretal. cap. 5. tit. 10. fol. 402.

Barboſ. tract. de Canonicis cap. 2.

phabeti emblemate omnigena scientia denotatur probari? *Incipit Pontifex* (ait recens Psalmorum Intrepres , agens de ritu Dedicationis) *à sinistro angulo ex parte Orientis eadem virga Pastorali in pavimento, cinere conspersos, scribere Alphabetum.* O Alphabetum, & Alphabetum! Sed quid in nostro differitur, Zamorensi Ecclesiæ, quasi Bibliothecæ animatæ omninò non destinabile? Si de Biblicis agitur, Biblia, quæ continent legem Dei, vocat *Librum Sacerdotalem* S. Ambrosius.

Le Blanc. in Ps. 98. v. 1.

D. Ambros. libr. 5. de Fide cap. 7. Lege Lyran. in Matth. & Hug. in Prolog. 4. Prophet.

Si de Christi mysteriis instituitur sermo; vestro gloriosissimo stemmate quatuor facies adumbrantur, vel quatuor Majorum Ecclesiarum, vel quatuor majorum Prophetarum, vel Matthæi, Marci, Lucæ, ac Joannis, vel quatuor majorum mysteriorum Domini, Agni, videlicet, medium stemmatum decorantis; sed super Librum, de quo Apocal. 5. *Et cum aperuisset Librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno.* Si Marianos Authores colligere licuit, sequenti elogio: *O Ildefonse, per te vivit Domina mea, quæ Cœli culmina tenet!* Meritò gloriamini, immo Scriptore tanto ante mortem ignescente, post obitum scintillante.

P. Garcia tom. 1. Evang. Concio nat. post Dedic.

Quam-

Quamvis sanctitate (eruditi Expositoris verba sunt ista) *multis aliis antecellas, Illustrissima Ecclesia Siponensis, seu Zamorensis, te sancta nihilominus Emulatio, invidaque, sed laudanda cupiditas maximi Templorum Toletani ob eximium istum Divi Ildefonsi Thesaurum, quem possides, nimis extollit. Fulges quidem, pollesque novem modo Dignitatibus, huic tamen nihil obstrepit majestati Toletum. Habes quatuor, & viginti Canonicos; quos tibi certè non invidet; duodecim præterea Portionarios, Beneficiatos, infantesque, qui pueri nobiliores magnæ isti Basilicæ inserviunt, habere facile sinit. Multos in familitio nacta est, plures tamen Ecclesia Toletana est adepta: at caret Ildephonso, quo triumphas, hoc illam male habet, hoc tibi unum satis superque est, ut excellas.* Latus tanti Pontificis, Doctorisque Mariani claudit alter omni laude major, vester quoque sanctissimus Episcopus Atilanus, fidelis Libri de virginitate transcriptor, ut ex ejus memoranda inscriptione, quam subjicio, colligo.

Ægidius Gonz. in hujus Eccles. Theatro.

✠

Liber de Virginitate Sanctæ Mariæ, quem composuit B. Ildephonsus, Toletanæ sedis post S. Eugenium Episcopus, & manu sua transcripsit

Ati-

Atilanus, Monachus de Dominos Sanctos, & postea Numantiæ Episcopus.

S. August. serm. 36. ad Fratr.

Si refert Bibliotheca ista tot Theologorum, & Asceticorum numerum: *Vos estis* (de Sacerdotibus intelligit Augustinus) *qui vasa Domini ferre debetis, quibus datum est nosse mysteria Regni Dei. Vos estis sal terræ, lux mundi, lucerna accensa, Civitas in monte posita.* Si ad Historiarum Libros, quos ita efferebat Nicetas: *Haud abs re appellabitur Historiæ rerumque gestarum descriptio, tubæ clangor, quo jam olim mortui, velut, è sepulchris excitati in medium prolucuntur*: adsit Florianus vester, quem Bibliothecæ Hispanæ eruditus Author effigiavit dicens: *Quæ latebant fere rerum nostrarum origines, ex Romanorum, & Græcorum Libris, prisci ævi lapidibus, aliisque monumentis, atque adeo inferiorum temporum Historiam, ex authenticis, & æqualibus scripturis, principalibusque concessionibus undique conquisitis fere primus producere concepit animo, atque ex bona parte exequutus est. Canonicus enim Zamorensis patriæ Ecclesiæ factus, meruit à Carolo Cæsare Regius destinari Chronographus, ea spe de virtute, atque eruditione hominis vulgo apud omnes concepta, valdeque in dies confirmata, ut in Comitiis Castellæ Regnorum anni MDLV. Communi Procuratorum voto pul-*

Nicet. apud Novar. lib. 9. Sched. cap. 2. num. 14.

D. Nicol. Ant. tom. 1. fol. 301.

pulsatus fuerit Cæsar de exhibendo regiis, aliundevè, quam ex Sacerdocio Zamorensi venientibus redditibus Historico suo Floriano, quo possit muneri suo continuandæ Historiæ, non ulli addictus Ecclesiæ ministerio, totus vacare. Exquisitam adjunxit pro captu ejus temporis in commentando dictionis elegantiam, quæ vere digna esset rebus, quas describendas curæ suæ commendaverat. Insuper si de sociandis his litterarum peritissimis consulimus, alacriter excipiendi sunt vestri Cathedrarii doctissimi, Tenorio, Ochoa, Ruiz, Serna, Valdivieso, Catalan, Rios, Calleja, Zapata, Belluga assumptionibus Episcopalis, Archiepiscopalis, necnon Cardinalitiæ dignitatis, vobis gratiam duplicantes.

Pro majori pariter gloria vestra (si stellæ numerari possent) plurimi consequenter ex Ecclesiæ Zamorensis firmamento adscribendi erant, ex quibus alii Patres conscripti Regia Consiliorum Solia occuparunt; ad S. Inquisitionis Tribunal alii in hæreticam pravitatem Senatores delecti: vel ad utrumque; ac nostris ferme temporibus Canonicus vester Doctoralis D. D. Emmanuel Monge Amaurita à Consiliis Catholici Regis Caroli II. qui ad munus Quæsitoris S. Officii cum Decanatus

prærogativa Panormum translatus, Judex totius Sicilianæ Monarchiæ ab eodem potentiſsimo Rege ad Supremi Italiæ Senatus Regentiam promotus, juſtitiæ cultor reſplenduit: in recuſando tum Barcinonenſi Epiſcopatu humilitatis conſtans exemplar: proximuſque ad poſſeſsionem Senatoriæ dignitatis in Supremo S. Inquiſitionis Concilio decedens, pietate excelluit, intelligens ſuper egenos, & pauperes, queis locupletiſsima annua legata in ſuo quod condidit ultimo elogio reliquit. Alii denique Senatus Toletanæ, Hiſpalenſis, Compoſtellanæ, Granatenſis, Cordubenſis cum cæteris ex primariis Eccleſiis; quarum graviſsimi Cœtus à Sacerdotalis Zamorenſis filiis, ad illarum Canonias, vel Præbendas pro Doctoribus, vel Magiſtris erectas inſignibus, litterarum prævio certamine frequentiſsimè raptis, incrementum, & honorem accepiſſe non diffitentur. At ſilere jam liceat quod vix enarrari poteſt.

Accedit etiam illud animi veſtri gratiſsimum pignus, ſemper foviſſe noſtrum cœtum, ut à nemine putaretur abjectum, quod in vobis reſpiciebat honoratum. Lapides clamabunt noſtri Zamorenſis Conven-

ventus (Taurensis, nobilisque Oppidi *la Aldea de el Palo* missis) cujus indigentiam olim miserati, fecistis in terris opera Cœlorum. Deus bone! Quot officia multiplicabatis; nostris adhærentes propter consuetudinem Crucis, gratiam charitatis vicinantibus vultibus. Venit tempus transmigrationis Conventus, & in hoc curæ vestræ latitudo diffunditur, ut longe positorum consoletur angustias, *quia minimum refert* (Sidonio utor) *quod nobis est in habitatione divisa Provincia, quando in Religione causa conjugitur.* Ad examen nunc veniat Familiæ vestræ domesticus, qui primam complevit nostræ indivisæ Provinciæ Ministerialem paginam. *Christophoros Bravo*, ut Arturus conscripsit, *antequam Minorum sodalitio adscriptus esset, Capellæ Magister erat, & Cantor in Ecclesia Cathedrali Zamorensi. Factus autem Franciscanus cœpit omnium virtutum agere palæstram, tantaque animi contentione aliorum egregia explorabat facta, ut brevi sibi facile conquirenda speraverit. Vir fuit multæ orationis, primusque Chori frequentabat ingressum, & singulari pietate Missæ mysterium peragebat. Sic autem perfectionis viam ad amussim tenuit, ut totius religiositatis, & virtutis specimen mox evaserit. Unde quarto anno à sua professione, Conventus*

Chronic. Provinc S. Pauli tom. 1.

Sidon. lib. 7. Epist. 5.

Martyrol. Franc. die 26. April. §. 5.

Superior præficitur, ac paulo post in primum Provincialem Ministrum Provinciæ S. Joseph Fratrum Discalceatorũ eligitur, quo in munere Pastorali tanta illuxit ejus prudentia, humilitas, charitas, & vigilantia, ut ad miraculum propius accederet. Quanta vero fuerit illius paupertas in rebus etiam necessariis, patientia in laboribus, & infirmitatibus, & constantia in tribulationibus, longum esset narrare. Plenus itaque dierum, & bonorum operum sancte expiravit, anno 1573.

Taceo verè Apostolicum Cononicum vestrum Charissimum Fratrem nostrum Venerabilem Archidiaconum Taurensem D. Rodericum Conde Tamayo, dilectum valde venerabundo Compostellano Archiepiscopo Augusto Antolinez. Taceo suarum virtutum laudabilem numerum, eventus mirabiles, frequenterque horas sex gravissimis tentationibus vexatum, annos per triginta vacasse divinæ contemplationi, nullo refectum pabulo cœlestium consolationum. Taceo in nostro S. Ludovici Taurensi Conventu honorifice tumulatum, cujus exemplarissima vita, quantum ad nos spectat, nostris in Chronicis perennabitur, olim principali facundia declamata à N. V. Chronologo Fr. Antonio à Martyribus. Taceo illustrissimum Hie-

Ant. à Martyr. Chron. M. S. Provinc. S. Pauli Conv. 8. à fol. 91.

Hieronymum, Ecclesiam Salmantinam, & Zamorensem sibi simul creditas convenustasse, ut præsens Comitis D. Raymundi charta commendat: *vel Clericos de Zamora, & Salamanca cum tota illa Diœcesi que tenetis.* Taceo; sed quid commemorem, dum non licet panegyridis ire per campos?

Ad vos redeo, Sacerdotes Domini, qui, Augustino attestante, *estis lignum scientiæ in medium Paradisi positum, Patroni.* Angeli estis, estote Custodes. Scriptum est enim: *Labia Sacerdotis custodiunt*, id est, custodire debent *scientiam.* Ecce causalis: quia Angelus Domini exercituum est. Consonat expositio Truxillensis Antistitis: *Hoc est*, inquit, *sicut Angelus contra neminem loquitur, immo omnium defendit honores, sic Sacerdos, ut Angelicum impleat ministerium.* Nulli profecto non probabitur Mecœnas, si non Author arrideat. Inde saltem aderit plausus, commendabitur opus, tot sub auspiciis publici juris factum, si statuam perennem:

Chronic. Benedict. tom. 6. cap. 1. Append. Script. 53.

August. ibid.

Malach. 2. v. 7. *Alap. hic.*

Castill. de Ornat. Aaron fol. 392. n. 63.

Sidon. l. 9. Epist. 16.

Inter Authores utrinsque fixam
---------------Bibliothecæ

Umbram, inquam, vestri nominis, quam fugitant mali, frequentent boni.

Hic

Hic jam ſiſto, licet ſatis non fecerim af-
fectui, & officio. Circulus, & calamus
doctum fecerunt Cajetanum; at circulus,
& annulus ex eadem radice originem du-
cit. Annulis pluribus in ſe parabile redde-
Pined. in Job. cap. 38 v. 6. batur Rationale doctrinæ, & veritatis, ſed
unus Bibliothecæ noſtræ ſufficit annulus.
Apud à Lapid. in 2. Agæi v. 24. Arabicus codex de annulo Salomonis nar-
rat, Salomonem annulum fatalem habuiſ-
ſe, cui vis illa ſapientiæ mirabilis teneba-
tur implicata, quem amaſiæ ejus in Jor-
danem projecerunt, indeque ſuis illece-
bris Regem Sapientiſsimum dementa-
runt. Verum cū poſtea annulus in ventre
piſcis repertus Salomoni eſſet redditus, il-
licò in eo ſapientia reviguit. Fabellam eſſe
quis neget? Sed minus eſt, quod iſta fin-
xit, quam quod veſter Atilanus geſsit, S.
Arnulphi MetenſisEpiſcopi æmulator glo-
rioſus. *Arnulphus enim* (ita narrat Petrus Dia-
conus in ejus vita) *anno Chriſti 585. pecca-
torum veniam à Deo poſcens, annulum projecit
in Moſellam dicens; tunc me putabo culparum ne-
xibus abſolutum, quando iſtum, quem proiicio,
recepero annulum; ac poſt aliquod tempus annulum
hunc in piſce, ſibi à piſcatore allato, inveniens,*
Doct. Calderon in Officio privato S. Atilani. *peccata ſibi remiſſa cognovit, Deoque gratias egit.*
Haud aliter Atilanus annulum ſuum in

Du-

Durium projecit ; ſed juxta Zamoram.

Anulus piſcis utero reviſus
Omnia firmat.

Claudite ergo, communite, ſignate litteras iſtas, haud annulo Darii, vel Aſſueri, ſed annulo ſignatorio veſtri Atilani, & creſcite millia millium Baſilicis, Secretariis, Titulis, Apoſtoleis, Dominicis. Sic fido, ſic ſpero, ſic oro.

Applicase a la libreria de nro. Convto. del S. Pedro de Alcantara de la Ciud. de Sevilla

Fr. Sebastian de la Cruz de Bozhimo Pred.



CAN-

CANDIDO, ET RUBICUNDO, ferventi in meridie, æstuanti in nocte, Seraphico Minorum Patriarchæ, qui vulnere fossa manu, apprehensavè myrrha, luce, calore, colore Francisciadum suorum pennis facem præferens, scripsit, ut ipse cum desipere cœpit.

HIC ergo simplex, & elinguis, doctrice gratia, Angelicus, Cherubicus, Seraphicus, Theodidactus, nullo scriptionis ornatu, sed omnimoda cœlestis doctrinæ efficia, doctis in stuporem pangens, pingens, pungens, quos Evangelicæ paupertatis fecit hæredes, sequentibus ditavit scriptis. Scripsit nempè:

Primam Regulam, quam Innocentius sine Bulla confirmavit, quę incipit: *Hæc est vita*, in 23. capitibus partitam, quadamque exhortatione ad Fratres terminatam integro versiculo: *Gloria Patri &c.*

Secundam Regulam, cujus initium: *Regula, & vita*, 12. capitibus post quadragenarium jejunium in monte Columbæ, ipsius manu Francisci exaratam, immo à Deo revalatam, testibus S. Bernardino Senensi, nonnullisque gravibus Authoribus apud nostrum Discalceatum Haye tom.2. opusc. pag.30.

Regulam Sororum pauperum, duodecim capitulis; ejus initium: *In nomine Domini.*

Regulam Tertiariorum, sivè Fratrum de Pœnitentia, viginti capitulis. Incipit: *Si qui voluerint.*

Collationes Monasticas XXVIII. quarum prima: *De pusillo grege multiplicando*. Ultima verò: *Qualiter conversandum sit in Monasterio S. Mariæ de Angelis.* Concinavit quoque:

Officium Passionis Dominicæ, ad rem compositi-

tis

tis Psalmis, ut nihil aliunde, quam ex Davidico Psalterio, aliisvè Sacræ Scripturæ Libris adminiscuerit. Titulus: *Ordo recitandi Officium Passionis ab hora Completorii Feriæ quintæ Majoris Hebdomadæ quando Christus Dominus traditus est, usque ad Completorium Sabbati Sancti, & omnibus diebus Ferialibus per annum.*

Canticum Solis proprio Idiomate. Incipit: *Altissimo Omnipotente bon Signore*, à præcitato Joanne de la Haye in Latinum, in Hispanum verò ab Illustrissimo Cornejo versum. Lege Cornelium à Lapide in 43. Ecclesiast. vers. 2.

Canticum secundum etiam Italice. *De effectibus divini amoris.* Incipit: *In foco vel amor mi mise.*

Canticum tertium. De vehementia ejusdem amoris eodem Idiomate Hispanis, & Latinis donatum à præfatis Authoribus. Ejus prima verba: *Amor de caritate.*

Apothegmata septem supra quinquaginta, in unum collecta à doctissimo Joanne de la Haye lib. 3. Opusc.

Colloquia quadraginta, in familiaribus collocutionibus prolata inter amicos, & à laudato Discalceato à Apothegmatibus dicta ibidem.

Prophetias sex supra decem, aliis missis, quas Beatissimus Pater prophetaverat, ab eodem erudito Authore collectas eodem tom. 3.

Parabolas duas. Initium primæ: *Virgo quædam pauper.* Secundæ verò: *Rex quidam*

Exempla quinque de obedientia, mortificatione, humilitate, & amplitudine Ordinis Minorum.

Benedictiones septem, unam Fr. Leonis, aliam Sacri Conventus Alanqueræ in Lusitano Regno, aliam Zelatorum Minoritici Instituti, aliam Civitatis Assisii, aliam Bernardi de Quintavalle, duasque omnium Fratrum Minorum.

Oracula triginta. Verba prima primi apud laudatum Haye: *Maximus hominis inimicus est caro.* Pri-

m' ulti ni. *Gustanti Deum omnis delectatio mundi videtur amaritudo.*

Epistolam ad universos Christianos. Incipit: *Quam benedicti sunt.*

Epistolam aliam ad universos Christi Fideles. Incipit : *Cum sim servus omnium* , & clauditur quadam devota per oratione , tredecim capitulis præmissis.

Epistolam unicam ad D.Antonium Paduanum. Incipit : *Placet mihi.*

Epistolas duas ad B. Virginem Claram , *cæteras que Sorores S. Damiani.* Prima incipit : *Quia Domini inspirationi.* Secunda : *Ego Fr. Franciscus.*

Epistolas duas ad Fr. Eliam. Initium primæ: *Frater , det tibi Dominus.* Secundæ : *In omnibus* , *Frater Elias.*

Epistolam unicam ad Generalem Ministrum. Ejus prima verba : *Dominus te custodiat.*

Epistolas duas ad Generale Capitulum. Incipit prima : *Nomen Dei audientes.* Secunda : *Quia qui ex Deo est.*

Epistolam unicam ad Provinciales Ordinis Minorum. Ejus initium : *In regimine vestro.*

Epistolam unicam ad Sacerdotes totius Ordinis. Incipit : *Audite Domini.*

Epistolam unicam ad uuiversos Clericos. Prima verba :*Quoniam debitor.*

Epistolam unicam ad universos Custodes. Incipit: Scitote.

Epistolam unicam ad populorum Rectores , cujus initium : *Considerate.*

Epistolam unicam ad Fr. Leonem , ipsius manu Frincisci exaratam. Incipit : *Ita dico tibi* , *Fili mi.*

Epistolam unicam ad Dominam Jacobam de septem Soliis , sed imperfectam. Initium ejus : *Scias Charissima.* Scripsit quoque.

Opusculum viginti septem capitulis distinctum de prçcipuis virtutibus, & gravioribus vitiis. Agit cap. 1. *De Fide erga Deum.* In ultimo : *De abscondendo bonum,*

num, ne perdatur. Ex his plura, quasi magis utiliora, suis verbis iterum inculcata sub titulo: *Verba P. N. Francisci*, & seorsim in unum congesta leges tom. 1. opusc. ejus à præfato Haye elaborato.

De virtutibus, quibus decorata fuit Sanctissima Virgo. Incipit: *Regina sapientiæ.*

De vera, & perfecta lætitia Fratrum Minorum. Incipit: *Quamvis fratres Minores.*

Expositionem super orationem Dominicam, non minus devotam, quam eruditam. Ejus prima verba: *Pater Noster, Beatissime, & Sanctissime.*

Laudem Domine Dei Altissimi, Francisci caractere scriptam, & in Conventu suo Assisiensi asservatam, quæ incipit: *Tu es sanctus Dominus Deus.*

Salutationes tres, *aut Orationes ad Virginem Mariam.* Exordium primæ: *Ave, Domina Sancta.* Secundæ: *Sancta Dei Genitrix.* Tertiæ: *Sancta Maria Virgo.*

Orationem in suæ conversionis initio. Incipit: *Magne, & gloriose Deus.*

Orationem præponendam Horis Canonicis. Ejus initium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Memoriam fecit hujus Doxologiæ Cornelius à Lapide in 43. Eccclesiast. vers. 54.

Orationem pro obtinenda paupertate, quæ incipit: *O Domine Jesu.*

Orationem, quam dicere solebat, quando Sanctissimum Corpus elevabatur à Sacerdote. Ejus prima verba: *Domine Deus.* Item:

Orationes tres, aliam quotidianam, cujus initium: *Deus meus, & omnia*; aliam in infirmitate his primis verbis: *Gratias tibi ago*; aliam pro comendanda sua Familia, quæ incipit: *Domine commendo.* Insupèr scripsit,

Testamentum, non morte testatoris, sed immortalis vitæ condonatione sancitum, nullaque oblivione delendum. Incipit: *Dominus ita dedit mihi.* Tandem (missit aliquibus dubiis opusculis, & Sermonibus) scripsit,

Orationem ad impetrandum divinum amorem, cujus initium: *Absorbeat, quæso Domine.*

Non solum igitur (verbis utor Petri Rodulphi lib. 3. Seraph. Relig.) inter Scriptores, ac eruditos hic annumerandus fuit, sed inter eos primas tenere merito censendus. Subjungit Divus Bonaventura (cap. 13. de sacris Stigmatibus) *Descendit Franciscus de Monte, secum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis, vel ligneis manu figuratam artificis sed in carneis membris descriptam digito Dei vivi.* Et Sanctus Bernardinus Senensis tomo 4. ser. 3. de Stigmatibus adijciens: *Præfata Stigmata significant ex parte Christi sapientiam providentem, quam ostendit in carne B. Francisci, & ipsa Stigmata imprimendo. Tripliciter enim sapientiam illi circa hoc communicavit. Primam interiorem, secundam superiorem, tertiam exteriorem.* Tandem, eodem S. Bernardino attestante, Patriarcha N. ostenditur Apoc. 5. v. 1. illis verbis: *Et vidi in dextra sedentis super Thronum librum scriptum intus, & foras signatum sigillis septem.*



ARCA

ARCANORUM APOLLINI,

VERITATIS LIMÆ,

SORBONÆ GLORIÆ,

INGENIORUM COTI,

PHILOSOHPORUM PHÆNICI,

VENERABILI, MARIANO, SUBTILI,
tantorum Authorum Ductori, Dictatori, Doctori
Trinum Elogium.

SCOTUS.

Anagramma.

CUSTOS.

Programma.

AVE MARIA, GRATIA PLENA,
Dominus tecum.

Anagramma purum.

EN DEIPARA: ERGO TUTA, IMMUNIS
à macula.

Elogium præsens publicè datũ in charta expãsa vidi, & legi decentèr affixum in Sacrario Genuensis Convẽtus Annuntiatæ.

IN graphicis umbris, ecce Sol ingeniorum,
Inclinate radios vestros, vos præsertim scientiarum
lumina,
Quæ didicistis collucere.
Ingenium pœnitus peregrinum, quidni æxtiment omnes
Scotum?
Qui ab ultimis, & toto divisis Orbe terris venit.
Quamquam de Cœlis, ut Angelum venisse eius testetur
subtilitas,

Quando

Quando hæc, Cœleſtium mentium potiſſima dos eſt.
Et ut fortè, velut fuit, vel ut fieret Angelus, & quidem de ſublimioribus,
Seraphico Ordini voluit adſcribi.
Ad augendam Jeſu gloriam delapſus hic Joannes ad Minores.
Quam benè dixit ſibi! *Illum opportere creſcere, me autem minui.*
Electus ab Altiſsimo *ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus.*
Vt foret in hoc Præcurſor, ſtuduit præire omnes ſapientia;
At à quo magis illam expoſceret, quam à Matre Incarnatæ Sapientiæ?
Sapientiæ dono feſtinavit viſitare Joannem Mater Domini,
Exegitque, ut ſicut ipſe indidit ſanctitatem alteri Joanni antequam naſceretur,
Sic iſti ſe totam Sanctam aſſereret, dum conciperetur.
Tunc Patria Inſula ſibi viſſa eſt Patmos,
Quando favente Deipara Joannis menti, ſe ſe totum aperuit Cœlum.
Acie ſua attigit unus, quod omnes cæteri non ſunt rimati;
Hinc omnes Doctores percipit, qui percipit vnum Scotum,
Non tamen percipit unum Scotum, qui percipit omnes Doctores.
Humaniores artes in ſe ipſo divinas effecit;
Divinas humanioribus perfici poſſe probavit.
Jactet Galilæus ſuo teleſcopio maculas in Sole eveniſſe;
Potiori jure gloriandum eſt Scoto, nullam labem in Mariana luce demonſtraſſe.
Hoc fuit, Scotum fuiſſe Scutum contra communicantes Mariæ Protoplaſti reatum.
Scuti fuit in publico Sorbonæ certamine,
Ducenta adverſariorum tela validè retudiſſe.
Tunc creditus Joannes *miſſus à Deo,*

Vt

Vt perhiberet teſtimonium de Matre Dei, ut alter *de Deo*.
In tantum teſtimonium lubens tota Sorbona juravit:
Laureæ decretæ, non niſi ſtantibus in ea quæſtione à Scoto;
Triumphalia feſta devota quotannis Conceptæ Virginis,
Quid agunt, niſi ut in illis laureis toties coronetur in illis Feſtis quotannis?
Triumphet Scoti Victoria.
Non unius Joannis eſt eſſe Cuſtodem Mariæ:
Hinc fortè & commendante Jeſu.
Quam bene Scotus fœlici anagrammate dictus eſt Cuſtos!
Quid hic latrans in mortem calumniaris invidia?
Quis tuis fabulis credat, ubi loquuntur Dei miracula?
Quem Sanctum admiſsit Deipara ad oſculum Filii ſui,
Impiè tu damnas indignum, qui pereat in oſculo Domini?
Saxea Imago, inclinato capite, annuit patrocinium
Decertaturo cum hoſtibus ſuis.
Pluſquam ſaxeam maligne credere vis Mariam,
Quæ luctaturo cum morte opem deneget?
Abrevitate vitæ, quid Sophiſta argumentaris?
In plenitudine ætatis Chriſti moriente ſatis cum Chriſto vixiſſe puta.
Obmuteſce tandem invide, dum tacet etiam laudator
Invidia major, & omni laudi imponit utrique ſilentium.
Dicerem etiam in doctrinæ laude majorem maximis, niſi inveniſſet Thomam,
In ſcientiarum Occeano, quæ præſignat, non plus ultra.
Rectè duæ columnæ eſſe debent Thomas, & Scotus:
Duo Cherubim paritèr, qui non velent, ut alii, ſed revelent
Divinorum myſteriorum arcam.
Vtriuſque laudator eſt Chriſtus.
Dum audis Chriſtum dicentem: *Benè ſcripſiſti de me Thoma*;
Si benè ſentis, ut ſentit Sponſa Chriſti Eccleſia, audies etiã
Ennun-

ennuntiantem: *Benè scripsisti de me Scote, & insuper, quod mihi jucundissimum est, de Matre mea.*

Certè ad eam tuendam ab originali peccato *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Scoto.*

SECVNDVM.

Hic pœnè ante subtilis fuit, quam homo esset: occultavit Patriam suam, dum nascitur, ut subtiliter nasci posset. Tria Regna de eo sic disputant, ut nulibi ferè natus sit, dum ubique nascitur: cessate lites, ibi Scoto Patria est, unde illi subtilitas venit.

Subtilitatem infans ab ea petit, quæ subtilis esse debuit, ut Deipara esset: accepit ea lege, ut Concepta Matris puritatem defenderet: inde illi subtilitas tanta, ut etiam ipsius nomen subtile sit. Nec alius esse debuit alumnus Virginis, & futurus Patronus.

Philosophia sic excelluit, ut eius inventor esse posset, nisi natam invenisset: ita Aristotelis Discipulus, ut doceri ab eo Aristoteles vellet, si viveret.

In Theologia æquavit D. Thomam, dum superare non potuit: & ne unicus Theologiæ Princeps esset, eam in duo Regna divisit. Mysteria fidei ita scivit, vt pœnè non crederet: extinxisset scientia fidem, nisi cæca simul & oculata esse posset. Naturam Dei ita descripsit, quasi aspexisset: arcana sapientiæ divinæ, quasi penetrasset: delicias alterius vitæ, quasi expertus esset.

Sed nihil melius probavit acumen Scoti, quam subtilitas Conceptæ Virginis: agitabatur à filiij origo Matris, quam Scotus impuram nolebat, ne Deum inficeret. Ducenta adversariorum argumenta ita repetit, ut dubitatam sit, an Deus suggereret; ita dissolvit, ut nemo dubitaret, quin Deus cum homine responderet.

Adduxit rationes tam sacras, ut in ejus verba Sorbona juraverit: decretum est, ne quis admitteretur ad Lauream, nisi hac in parte Scotista esset. Adjectum est votum celebrandæ Conceptionis, ut quotannis cum Virgine Scotus triumpharet.

Non

Non arrogavit sibi eam victoriam, quam miraculum pepererat; dum ad pugnam pergit, oravit Virginem in Imagine, & Imago respondit: inclinavit caput Imago saxea, ut opem annueret: adhuc perseverat inclinatio, ne quis de antiqua victoria dubitet, quæ quotidie nova est. Attolere hæc omnia Scotum poterant, nisi Minorita esset. Coloniam destinatus, ut ibi sapientiæ Coloniam institueret, perrexit insalutatis Parisiis, ut obedientia cæca esset: ibat pedes vir triumpho dignus, satis oneratus Scoto, nisi Scotus subtilis esset.

Progressa obiam Colonia eo majorem venerata est, quo aspexit Minorem.

Redintegrata Conceptionis pugna, renovavit victoriam: vicit discipulos Coloniæ, qui Parisiis Magistros vicerat; non incruenta tamen victoria, dum post pugnam interiit: Martyr Conceptæ Virginis appellandus, seu merita vitæ, seu mortis calumnias spectes

Tu, ne fabulis credas, miracula consule; & mirare ingenium Scoti, dum mortem occultavit, qui natales celaverat. Tam acutè interiit, ut adhuc de mortis genere dubitetur; scilicet subtiliter mori voluit, quia subtiliter natus erat: ipse etiam mortis annus incertus est, ut sit ætas tota subtilis.

Illud certum est tam multa scripsisse, ut iis legendis vix alter sufficiat: pugnat voluminibus cum D. Thoma, scripturus plura, si scripsisset minus subtiliter.

Vterque Doctor, ille Angelicus, hic subtilis; sed hic subtilis esse non posset, nisi Angelicus esset.

Petrus Labbe Bituricus Societatis Jesu Theologus apud Joannem Gabrielem Botium tom. 1. Theologiæ quadripartitæ excuso Parisiis anno 1678.

TERTIVM.

Est enim in illa Spiritus intelligentiæ : : : Subtilis, Sap. 7. vers. 22. Cornelius à Lapide hic. Hunc subtilitatis spiritum in speculationis Sapientia præ aliis communicavit Joanni Scoto, Ordinis S. Francisci, qui illum,

,ut suum in Theologia, & Philosophia Magistrum colit,
,& sequitur; unde vulgò vocatur *Doctor Subtilis*; à
,Scaligero exercit. 324. vocatur lima veritatis: ab aliis
,*Cos ingeniorum, Philosophorum, Phœnix, & inter Phi-*
,*losophos quidam Deus*: ab aliis *Subtilitatis miraculum,*
,*arcanorum Apollo, Seraphicæ Religionis columen, Sor-*
,*bonæ gloria.* Dubitat Cardanus lib. 16. de subtilit. qui
,subtilior, an Aristoteles, an Euclides, an Scotus? Por-
,rò hæc subtilitas partìm ei naturalis fuit a subtilitate in-
,genii, qua excelluit; partìm super naturalis, opusque
,gratiæ, & Spiritus Sancti, cujus ipse, utpote Religio-
,sus, fuit instrumentum, & organum. Vnde Joannes
,Maior in 4. dist. 38. quæst. 10. eum vocat *humillimum,*
,*Apostolicum, pauperrimum, immò summo Pontificatu*
,*dignum.* Et D. Bernard. de Soria in Reportat. impress.
,Parisiis anno 1517. ita de eo canit.

,   Scotus adest, Fidei lampas, Christique Sybilla,
,   Interpresque Dei, castrum insuperabile veri,
,   Scriva Jovis, mundique oculus, conviva Tonantis,
,   Ingenii claro penetravit acumine cuncta.

,Porrò subtilitas hæc rebus intenta, verborum ele-
,gantiam respuit. Vnde Picus Mirandul. Epist. ad Her-
,molaum, Scoto cum Lucretio comparans: Est, inquit,
, huic, Scoto, os insipidum illi Lucretio, mens desipiens:
,hic infantissimus dicendo, sentit ea, quæ laudari dicen-
,do satis non possunt: ille fando eloquentissimus, lo-
,quitur nefanda. Cum argueretur à quodam de studio
,contradicendi, quod ubique se se opponere D. Thomæ
,Doctori Sancto, subtilitèr respondit: Si Doctor est, dis-
,putet mecum: si Sanctus est, oret pro me. Ego enim
,studio veritatis, non contradictionis, cum illo disputo.
,Sicut enim ex collisione lapidum exilit ignis; sic ex
,confricatione ingeniorum elicitur, & emicat veritas.
,Cos ergo subtilis ingenii est contradicentis argumenta-
,tio. Nec secundis in laudibus Cardinalis Constantinus
,Sarnanus in Epist. prælimin. oper. Antonii Andreæ per-
,multa dicens. Paucis fruere. Joannes Duns Scotus, ve-
,lut Sol, lucidissimum inter radiantia Sydera Astrum,

,acerri

, accerrimo ingenii acumine, subtilitate, ac profundita-
te abditæ, & miræ reconditæ doctrinæ, præ cæteris om-
, nibus Subtilissimus Doctor coruscat; nemini, mea qui-
, dem sententia, qui in hoc scientiæ genere ulla ætate
, floruerit secundus. Cujus ingenii monumenta (quæ
, non sine maxima Doctorum hominum admiratione di-
, ligentissimè leguntur) cum ex doctrinæ genere, & sub-
, tilitate ejusmodi sint, ut optima quæque ingenia exer-
, ceant, excitent, acuantque ad subliniorem quamdam
, divinarum rerum cognitionem; mirandum non est gra-
, vissimos Viros in ea sententia fuisse, ut dicerent SCO-
, TVM VNVM non solum coævos suos; sed & priorum,
, posteriorumque sæculorum Summos Theologos inge-
, nii magnitudine, doctrinæque sublimitate sine contro-
, versia supperasse. Ex hac secta, tamquam ex Equo
, Troyano, plurimi postmodum prodierunt illius scientiæ
, laudatissimi Principes, quorum & indicendo labor in-
, numera doctis Viris commoda attulit, & in scribendo
, industria Sacram Theologorum Scholam ita exornavit,
, auxitque, majorem, ut eruditionis accessionem videa-
, tur non posse recipere. Adnumerandus hic (perstringe-
, re jam cupit animus noster) Archiepiscopus Taumensis,
, qui in pagina præliminari in Sentent. adducens illud
, Job: *Elevabitur Aquila, in arduis ponit nidum suum*
, Elogizat de Scoto sic: Nullus ad naturæ divinæ secre-
, ta revelanda altiùs volavit, mentisque aciem fir-
, miùs affixit: ibi posuit *nidum suum*, id est,
, quietem contemplationis, viæ scri-
, bendo, & patriæ per-
, fruendo.

Super Grammaticam ſpeculativam lib. 1.

Super univerſalia Porphirii lib. 1.

Super Prædicament. Ariſtotelis lib. 1.

Super Perhiermenias lib. 1.

Super libros Elenchorum lib. 1.

Super libros Priorum Analyticorum lib. 2.

Super libros Poſteriorum Analyticorum lib. 2.

Super libros Phyſicorum lib. 8.

Super quæſtiones librorum de Anima lib. 1.

Super Metheoros lib. 4.

Super Metaphyſicam textualem liber 12.

Compendium, ſeu Summarium Metaphyſicæ lib. 1.

Super Metaphyſicam queſtionarium lib. 12.

Super Formalitates lib. 1.

De Collationibus Pariſijs l. 1.

De Primo principio lib. 1.

Super univerſam Theologiam lib. 4

Super DD. Theologicas Magiſtri iterum lib. 4.

De cognitione Dei lib. 1.

De Religione lib. 1.

De Perfectione ſtatuum lib. 1.

De paupertate Chriſti l. 1.

De qq. Miſcelaneis lib. 1.

Super Sacram Scripturam in genere lib. 1.

Super Gen. ad literá lib. 1.

Commentaria ſuper quatuor Evangeliſtas lib. 4.

Commentaria valdè ſubtilia, & erudita ſuper Epiſtolas D. Pauli lib. 2.

De Oratione Sacra lib. 2.

Sermones de Tempore l. 1.

Sermones de Sanctis lib. 1.

SED DE IMMACVLATA QVID?

Te radiis Virgo, calamo tu Scote Mariam
 Luſtras: flecte genu, flectet Imago caput.
Angelicum ſcripſiſſe, Sacer, bene, Filius inquit:
 Subtilem, hoc Mater monſtrat habere, fere.
Luce Maria Scoti fulget, Scotuſque Mariæ,
 Reddere concertat lucis uterque vices.
Victrix per Scotum Virgo concepta triumpat;
Virginis & Scotus jure trumphat ope.

AVE

AVE MARIA GRATIA PLEA,
Dominus tecum.

ANAGRAMMA PVRVM.

Vna Deo Immaculata est Mater Pueri Agni.

Aliud.

Ita Eva secunda malum ignorat primæ.

Aliud.

O Divam ingenti macula præservatam!

Aliud.

Agni Puri Mater una Deo Immaculata es.

Aliud.

Nites Immaculata Pura, eia ergo Munda.

Aliud.

Nati Dei Mater, Alma, Pura unica ego sum.

Aliud.

En Virgo, en Deipara sum, at Immaculata.

Aliud.

Sine macula tota, I mire Pura, age Munda.

Aliud.

Dignatam te juro (Eva) partam sine macula.

Aliud.

Veneranda en Virgo ipsamet Immaculata.

Aliud.

Nescia mali euge, Pura, Munda, tota mira.

Aliud.

Summa Cœli Ianua, Pura, & digna Mater.

Aliud.

Sanè digna meritòque Pura Immaculata.

Aliud.

Cara Dei nati, eum tegam almo sinu Pura.

Aliud.

O Iesu! En digna Mater, Pura, Immaculata.

Aliud.

Tuta è communi lapsu Adæ Regina mira.

Aliud.

Virgo à macula Adæ patentèr immunis.

Aliud.

Sum Aula, tota Munda, ac Regina Empirei.

CAVTIO.

CAVTIO.

R. P. Fr. Didacus de Lequile, *tom. 2. sui Francisci Ter Legislatoris in Alphaveto Minoritarum, qui pro Fide Romana sus d'mitarunt scriptis fol. 299.* inquit: Alii ex toto corpore Religionis ante quam divideretur in plura capita prodierunt, ac propterea omnibus Franciscanis communes dicuntur. Alii deinde emersere, vel ex Regulari Observantia, vel ex PP. Conventualium Ordine, vel ex strictiori Observantia. Hæc in Italia Reformatos nuncupat suos, in Gallia Reollectos, in Hispania Discaltiatos. Hi inter se nomine tantum differunt, non autem, neque subjectione ad unum caput cum prædicta Regulari Observantia, cum qua gaudent successione præheminentia.

A L I A.

Contra Historicam veritatem ineptè quis ageret, si primos Sancti Francisci Discipulos DD. Antonium Paduanum, Seraphicum Doctorem Bonaventuram, Episcopum Tolosanum Ludovicum, Maroquianos, aut Ceutanos Martyres, Alexandrum Alensem, Joannem Duns Scotum, & hujusmi antiquos Ordinis alumnos virtute, sanctitate, miraculis, aut doctrina celebres vellet suæ Congregationi ita appropiare disjunctim, dicendo v. g. fuisse Conventuales, Observantes, Discalceatos, Reformatos, Recollectos, Capucinos, & hujusmodi, ut alios quoscumque excluderet; sed sufficit dicere, quod fuerint de ordine Fratum Minorum, cujus legitima membra, utique omes & singuli illi suo modo reputantur extitisse. *Fortunatus Huever in historic. Proloq. ad Monologium Francisc.* §. 7. *colu.n* 316. *num.* 2.

Si totum corpus oculus: ubi auditus? Si totum auditus; ubi odoratus? :: Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo :::: sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. 1. ad Cor. cap. 12.

JVDI

JUDICIUM CHARISSIMI Fr. N. Fr. Bernardi à S. Joseph, Sacræ Theologiæ Lectoris, Patris, Custodis, Provinciæ S. Didaci in Bætica Commissarii olim Visitatoris, suique Capituli Præsidis; necnon Fr. N. Fr. Joannis à Resurrectione, Sacræ Theologiæ Lectoris, actuali Diffinitoris, olimque Discalceatarum Provinciarum Granatensis, & Bæticæ Vice-Visitatoris.

PErcelebris illa domus, quam Salomon in Proverbiis, nedum ædificavit sibi, sed etiam, ut mortalibus omnibus large, diffusseque donaret disciplinæ divinæ pabulum. Istud ergo sublime gymnasium sapientiæ, absque dubio divina providentia constructum, veluti lucidissima lampas, eximie notans absque errore, veritatis portum his, qui, in æstu hujus sæculi falsas doctrinæ undas naviculantur, & intellectus remis tenebras attingunt; nobis semper videtur quodnam pulchrum signum egregiè significans nostræ Seraphicæ Religionis structuram. Est nobis propitia Cornelii à Lapide intelligentia erudita. Siquidem per tam sumptuosam domum, quamdam Religionem intelligit, humano conspectui propinantem, quidquid sapientiæ, etsi magis ac magis animum erigat, appetere queat. *Multo magis sapientia ædificavit sibi domum* (inquit Cornelius) *cum sanctum quempiam vitæ statutum, Religionem, vel Ordinem instituit, præsertim in quo docetur omnigena sapientia.* Prov. 9. Corn. hic.

Et merito domui huic Religionem Seraphici P. N. Francisci adaptamus; Nam, teste magistra experientia, ex ipsa assidue prodeunt perennes sapientiæ rivuli, studentium sitim affluenter extinguentes, & utilitati communi Cœlestem doctrinam elargientes. Sicut illa Tantali eximia statua, in Academia Jarchæ erecta, quæ (ut refert Philostratus) habens in manu phialam, scientiarum siticnti propinabat, quod ad restringendam insignem sui halitus sitim, satis erat, absque indigentia alterius mensuræ; eo quod erat Cœlestis humor. S. P. N. Francisci

cisci doctrinam, non humanam, sed Celestem appellat S. Mater Ecclesia: *Hic prædicando circuit, & quem non homo docuit, fit doctis in stuporem: : : Doctus doctrice gratia, &c.* Et propter hoc filii ejus, ceu principio hujus fontis propinquores, ad vivum resecarunt abunde chrystalla sua, ut illa non parce, sed copiose in perpetuis torrentibus omnibus hominibus viatoribus dispergerent.

Ex Offic. S. P. N. Francis.

Sed præscrutemur unius, & alterius structuræ similitudinem. In illa quam ædificavit Salomon, dividebatur doctrina, inscripto alimenti: *& posuit mensam.* In ista: à N. Seraphico P. erecta, largiebatur diffuse, inscriptione lucernæ: *Viva lucerna populis.* Forsam; quia si illa erat alimentum illuminans; ista est viva lux sudentans. Etsi Præceptor Angelicus pro *sapientia* intelligit hic sacram Theologiam, & pro ancillantibus cæteras scientias: *Sapientia* (inquit) *est Theologia, ancillæ sunt aliæ scientiæ, quæ Theologiæ, sivi scientiæ rerum divinarum ancillantur*: non secernit ratio nostra in hac Seraphica Aula, Seraphico stigmatizato constructa, nisi emissiones quasdam candidi chrystalli, subtiliores Theologiæ Scholasticæ, Moralis, Expositivæ, Mysticæ, & Philosophicarum structionum; quin desit facultas, vel scientia, scriptis non mandata à filiis ejus. Merito igitur tantæ Matri adaptari potest illud Isaiæ de Patriarcha Jacob loquentis: *Cibabo te in hæreditate mea.* Tum, quia fundata in summa paupertate terrenarum rerum. Tum, quia ipsa est, quæ in Ecclesia restituit, renovavitque hæreditatem Dei; nam vere ipsa Religio Seraphica, ut notavit Cornelius, implevit ruinas, conquasabit capita in terra multorum, Zelotipa muniens triplici muro Militantem Ecclesiam. Audi Cornelium: *Hi sunt* (loquitur de triplici Ordine S. P. N. Francisci) *quos in spiritu prævidens Isaias gratulabundus eis accinit. Ædificabuntur inter deserta sæculorum, fundamenta generationis suscitabit, & vocaberis ædificator sepium.*

Isai. c. 58.

Cor. sup. Aggeum c. 18. 11.

Bene etiam appellatur Populus electus ab ipso Christo; quia licet pusillus grex, magnus in conspectu Dei, & ut talis per Filium assequutus à Patre, & per Patrem dona-

tus

ut Filio; ipse illum prædicens Filius, quando submedio Octobris, ut notat noster Seraphicus Haye, protulit hæc evangelica verba: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.* Sic revelatum fuit Seraphico Patri Nostro Francisco. Ex quo voluit Minores vocari filios suos, ut refert noster Vbertinus, dicens: *Vnde Beatus Franciscus dicebat, sicut ex revelatione acceperat, quod ideò voluit, ut vocentur Fratres Minores, quia iste est populus, quem filius Patri suo postulavit: de quo dicit in Evangelio Filius Dei: Nolite timere pusillus grex &c. quod licet de omnibus spiritualibus dixisset, præcipue tamen prædixit Religionem Fratrum Minorum esse venturam.* Luc. cap. 12. Vbert. in vita P.N. Francisc.

Sed quid dicendum de detentione Dei in hujus Religionis plenitudine Sanctorum? Visitentur ejus claustra, quia nescit lingua loqui, quod cor in ipsis percipit. Numquid ex omnibus non emittitur omnibus odor sanctitatis bonus? Sane & optimus, ut experientia liquet.

Cæterum, licet omnia hæc prætermitteremus, ut quilibet clare Christum de Seraphica Religione locutum fuisse, agnosceret, satis erat illam illustrare populi honorifici epitecto; nam si hic Salomon de sapientia incarnata loquitur, ut exponit Cornelius supra citatus, & honor populi istius est ipsemet Christi honor, ut Rabbanus scribit; Cui populo alteri convenit ut proprium tueri, intuerique fidem, & cultum Incarnati Verbi, quam si iis Seraphici Patris, qui decoratus signis redemptionis nostræ excitat ipsos, ut munus hoc, uti solvunt, solvant? Emittat vocem suam omnis Terra Sancta Hierusalem; clamitent etiam quatuor mundi partes, in quibus, & ubique filii tanti Patris certatim tenuerunt portum, radios veræ sapientiæ profundentes, ferentesque Catholicam fidem, D.O.M. adhuc inter infideles, religiosissimos cultus exhibentes.

Ob hoc igitur inducuntur, mortales invitantes ad hunc finem, quædam voces sonoræ ipsos accientes: *Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem.* Per quas intelligit Cornelius, qui semen Verbi Dei distribuunt impensis prædicationis Evangelicæ. Et nullus dubitare debet, alumnos Prov. c. 9. 3.

¶¶¶¶¶ Sera-

Seraphici Patris esse, vel ut alios Apostolos, in totoque orbe terrarum voces eorum audiitas; ita ut de illis verificetur, quod prædixit Psaltes Regius: *In omnem terram exivit sonus eorum:* seu ut alii legunt: *Exivit funis eorum;* *& in fines orbis terræ verba eorum.* Demiraris accipiens talia? Audi ergo; ausculta Spiritus Sancti organa Gregorium IX. & Leonem X. & reperies dicentes: *Fratres Minores ut novos Apostolos ultimis hisce temporibus cælitus datos Ecclesiæ, ut salutem non modo fidelibus; sed infidelibus præsertim verbo annuntiarent, ac exemplo confirmarēt.*

Psal. 18.

Vide P. Seraph.

Hæc est, & hæc fuit à primæva sua ætate, usque ad sæculum præsens Religio Seraphica in quo nunc per universum dispersi plures ejus Filii vestigia Seraphici ipsorum Patris æmulantes neglectores propriæ salutis, & vitę, nedum sibi vivunt, sed, & aliis zelo ducti proficiunt fidelibus, & infidelibus, infatigabiliter distribuentes lucem Evangelii; panem vitę, & intellectus, Catholicæque doctrinæ. In quo munere omnes quidem currunt, tot, scilicet, Familiæ, quot corpus tam procerum constituunt, omnes pariter accipientes bravium. Res non dubia est hæc, sed luce clarior; ut incredulus, vel nesciens potest satis fieri perlegens peculiares Annales uniuscujusque Familiæ Seraphicæ.

Verum; quia in hoc sæculo, non semel in despicientiam Strictioris Seraphicæ Hispaniarum Familiæ, quidam homines (forte nolentes intelligere, ut bene agerent) haud mussitantes, sed per compita, & plateas sciscitantes dixere: *Vbi est circulus, & calamus Hispanorum Discalceatorum? vbi sapientia? vbi scientia? vbi Scribæ??* Vere dignum, & justum est, ut qui non vident, videant, & plura quæ hucusque in tenebris dicta sunt, prædicentur supra tecta. Certum enim est, Seraphicam Familiam Discalceatorum Hispanorum non esse universam Seraphicam Religionem: sed etiam habetur pro comperto valere de se ipsa gloriosius loqui. Testes nobis super hoc negotio Reverendissimi PP. N. Ministri Generales, & Commissarii Generales advocantur, qui verbo, & scripto (an Hyperbolice, judicent alii) meliorem Orbis Seraphici portionem pusillum Discalceatorum gregem (*Abundarunt*, celebri utimur Gu-

bern

bernatis, *omni tempore in Hispania Zelotes primi nominis, Apostolici viri*) circumspectione non exigua, judicarunt. Quid mirum? Si Strictioris Observantiæ Hispanica Familia fundata est supra firmam petram, Sanctum Petrum de Alcantara, Luminare majus in Hispania, sicut in Italia Luminare majus Sanctus Pater Noster Franciscus? Luminare majus, Franciscus oriens Italiæ, curavit Hispaniam. Petrus de Alcantara oriens Iberis, insignivit Italiam. Vterque Sol gyrans per medium Cœli Ecclesiæ nempe, suos radios protendens à mari usque ad mare, & adhusque extremos fines universæ terræ. Vterque ulterius Sol. Franciscus Sol præcedens: Petrus Sol succedens: Franciscus radians in Petrum: Petrus reflectens in Franciscum: & ideò Petrus tam similis Francisco, quod quamvis iste mortuus fuit, fuit quasi non mortuus: *Similem enim sibi reliquit Petrum post se; quem constituit defensorem domus suæ.* Quid ergo mirum, quod Discalceatorum Hispanorum Seraphica Familia sit portio melior in terra viventium, inter cæterasque selectior, eximior, & egregior, si ab uno Sole nutrita, ab altero Sole illustrata?

Gubcr. t. 5. f. 93. n. 19.

Ex Ecclesia in Officio R. S. S. Petr. de Alcant.

Sed legentes pariter Bibliothecam istam, utriusque Solis, ejusque radiantium foliorum pennas, sanè emicantes, & historica veritate, temerarias repellentes oppositiones, conspicimus. Aarones quoque Seraphicos, quorum doctrina, & veritas, olim in pectore incisa, claro æthere, in hoc rationali recitatur; & laudabiliter, si paucos esse conspicias qui mortuos ament. Laudantur litteræ, laudantur litterati sapientes, quorum multi formis doctrina, & veritas duo denario lapidum rationalis Judicii numero, singulos, si lapides percurrimus, nomina duodecim Tribuum explanantes, dilucide adumbrantur.

Theologia Sacra, quæ omnium scientiarum est Regina, correspondet lapidi Tribus *Asser*, quod est idem ac *Beatitudo*: & in benedictione Jacob, idem est *ac pinguis panis*. Et vere Theologia est, quæ in Ecclesia Catholica gaudet excelsè meliori notione panis vitæ: *Pinguis est panis Christi*: ubi Mendoza: *Theologia Deum humanitatis consortem; hominem divinitatis participem agnoscit.*

Ex offic. Euchar.

 Jus

Jus canonicum correſpondet in rationali, Lapidi Tri-
bus *Ruben*, qui interpretatur *videns filium*: & in bene-
dictione Jacob: *Fortitudo mea; Prior in donis, major in*
imperio: quod attinet ad Summum Pontificem, ſicut &
Canones Sacros. Unde Petrus quia Princeps Eccleſiæ,
Matth. 16 vidit filium Dei: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*, & Hæc
fortitudo eius, quia magis paratus ad tuendum Chriſ-
tum: *Amputavit auriculam eius.* Prior in donis: *Tibi da-*
Marc. c. 14. *bo claves*; Et major in imperio: *Super hanc Petram ædi-*
ficabo Eccleſiam meam. Jus civile correſpondet in Ratio-
nali, Lapidi Tribus *Dan*, qui ſiç exponitur: *Judicans*;
& in benedictione Jacob: *Coluber in via*: Quia virga
juſtitiæ in manu boni Miniſtri, eſt iter intentionis rectæ:
In manu autem Miniſtri mali, non eſt virga, ſed callida
ſerpens. *Dan judicans coluber in via.*

Medicina correſpondet in Rationali, Lapidi Tribus
Iſacar, qui explicatur, *Merces*; & in benedictione Ja-
cob: *Tributis ſerviens*; quia Medicina deſerviens
ſtipendiis, quæ propter inobedientiam primi Parentis ſol-
vit natura, totum ſuum laborem aſtruit in Mercede. Phi-
loſophia correſpondet in Rationali, Lapidi Tribus Zabu-
lon; qui deſcribitur: *Habitaculum*; & in benedictione
Jacob: *Habitans mari.* Vel quia Philoſophia, ut accute
ſuas difficultates perpendat, eget ſolitudine maris: vel
quia inter tumultus retrahere ſe ſe, & ipſi connatu-
rale, ut ſolutiones argumentorum diligentiſsime contem-
pletur. Mathematica correſpondet in Rationali, Lapidi
Tribus *Joſeph*, qui indicitur: *Augmentum*: & in bene-
dictione Jacob: *Filius accreſcens*, quia Princeps hic in-
Gen. cap. 37. ter Mathematicos fuit Prior in aſtrorum conſideratione:
Vidi Solem, & Lunam, & Stellas undecim adorare me.
Muſica correſpondet in Rationali, Lapidi Tribus *Juda*,
qui ſignificatur *Laudatio*; & in benedictione Jacob: *Ca-*
tulus Leonis; Quia ſicut Leo inter ſenſitiva eſt prior in
celſitudine, ſic laudem hominibus impertientes, Reges
urbanitatis dicuntur.

Rethorica correſpondet in Rationali, Lapidi Tribus
Nepthali; qui dicitur *æquiparatio*; & in benedictione
Jacob

Jacob: *Eloquia pulchritudinis.* Quia sicut Rethorica docet nitida verba, sic ejus figura, seu equiparatio ubertatem orationis dispensat, agens de omnibus cum equalitate debita. Humanitatum facultas correspondet in Rationali, Lapidi Tribus: *Benjamin*: Qui idem sonat, ac *Filius dexteræ*; & in benedictione Jacob: *Lupus rapax*; quia ut ait Mendoza in Viridario: *Humanitatum sua est, ut sine crimine falcem in vicinas segetes immittat.* Grammatica correspondet in Rationali, Lapidi Tribus *Gad*, qui explanatur *Accinctus*, & in benedictione Jacob, *Præliator*, quia sicut Gad pugnax fuit, sic pueruli stimulis æmulationis agitati, Grammaticam discunt, disciplinæ rigore præcincti, ut rudimentorum præcepta percipiant.

Facultas Græcæ Linguæ correspondet in Rationali, Lapidi Tribus *Simeon*, id est, *exauditio*, sive *audiens*; & in benedictione Jacob: *Furor*, quia sicut è Græcia prodierunt insigniores *Duces* ab antiquis, ante quam fuisset Romanum Imperium, concelebrati: sic etiam Græcia fuit priorum mundi regionum, quæ januas fidei reseravit: *Fides ex auditu*: *Simeon exauditio, sive audiens.* Ad Rom. Denique Hebraicæ linguæ facultas correspondet in Rationali, Lapidi Tribus *Levi*; qui vertitur sic: *Dispersio*; 10. Et in benedictione Jacob, *Indignatio*; & sane sic interpretatur, ut præclarius Prophetia Jacob intelligatur, in iracundia, qua Levi fratrem suum Joseph Ismaelitis dedit, formante indignationem, qua tradiderunt Hebræi Jesum, quem figurabat Joseph; ut illum de medio tollerent, & omnino perderent: Et ideo maledicti, & damnati in divisionem per universum orbem, sine lege, sine Duce, sine Rege: *Dividam eos in Jacob, dispergam eos in Israel.* Gen. 49.

In his igitur facultatibus, & in cæteris aliis naturalibus perspicui stant, & steterunt harum Hispaniæ Provinciarum Filii, ut Bibliotheca ista refert, habiti ideo digni, ut omnibus, & unicuique Discalceatorum Hispanorum S. P. N. Francisci Provinciæ vindicetur, quidquid supra adhibitum manet universo Ordini Fratrum Minorum:

Sapien-

Sapientia adificavit sibi domum, &c. Huc etiam spectat illud Tertuliani: *Sophia jugulavit filios suos.* Spectat sane ubi, & attramento, & sanguine scriptorum claret bipartita Bibliotheca, velut ornamentum quoddam nostræ pulcherrimę Matris Seraphicæ Religionis; scriptum est enim, Cant. 1. v. 10. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: Vbi Septuaginta, & alii ex Hæbreo: *Cum Stigmatibus, punctionibus, cicatricibus, notis, punctis, manifestationibus, designationibus, impressionibus argenteis*: Et Gonsalvus Cervantes: *Volumina, libros, seu libellos aureos faciemus tibi.* Si hæc alicui ingrata videntur, opus perlegat, tribunal alienum spectans, quo vel superstitibus haud reservetur imaginaria fides. Hanc igitur Bibliothecam litteris mandat Frater Noster Fr. Joannes à S. Antonio Lector Sacræ Theologiæ, Diffinitor, & Historicus hujus Provinciæ, in gloriam Dei, veritatis tutamen, & in Seraphicæ Familiæ Discalceatorum Hispanorum splendorem. Eam vidimus, & legimus accurate de mandato Charissimi Fr. Nostri Fr. Joannis à Sacris Stigmatibus, Theologiæ Lectoris, & Provincialis Ministri istius Provinciæ Apostoli Divi Pauli. Accurate diximus; quia Sidonio teste:

Cervant. in 6. Sap. Theor. 12

Districtior semper censor, qui diligit extat,
Dura fronte legit mollis amicitia.

Sidon. carm. 8. Priscum.

Et licet possemus Authorem nostrum, nostrumque Fratrem extollere; laudent illum alieni, & non ora nostra; extranei, & non labia nostra, vel laudent eum opera ejus
„ resonent vero Spiritus Sancti sapientialia eloquia. Num-
„ quid non sapientia clamavit, & Prudentia dat vocem
„ suam? In summis, excelsisque verticibus supra viam,
„ in mediis semitis stans juxta portas Civitatis, in ipsis
„ foribus loquitur, dicens: O viri ad vos clamito, &
„ vox mea ad filios hominum. Intelligite parvuli astu-
„ tiam, & insipientes animadvertite. Audite, quoniam
„ de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea
„ ut recta prædicent: veritaté meditabitur guttur meum,
„ & labia mea detestabuntur impium. Justi sunt sermo-
„ nes mei, non est in eis pravum quid, nec perversum
„ Recti-

Prov. 8.

„ Recti sunt intelligentibus, & æqui invenientibus scien-
„ tiam. Opus Authoris videtur effigiasse Salomon in ver-
„ bis prædictis, quibus quidlibet addere, nefas. Illud
dignum Cedro dignumque luce existimamus. Ita senti-
mus in hoc Paranymphi Gabrielis Segoviensis Cœnobio,
die 24. Novembris anni 1726.

Fr. Bernardus à Sancto Josepho
Pater, & Custos.

Fr. Joannes à Resurrectione
Lector Theologiæ, & Diffin.

FACVL-

FACULTAS MINISTRI PROVINCIALIS.

FRater Joannes à Sacris Stigmatibus, Sacræ Theologiæ Lector, necnon almæ Provinciæ Sancti Pauli Minorum Discalceatorum strictioris Regularis Observantiæ Veteris Castellæ Minister Provincialis, ac servus &c. De consensu nostri Diffinitorii Provincialis, ut opus inscriptum, *Bibliotheca Minorum Discalceatorum* à Fratre nostro Fr. Joanne à Divo Antonio Theologiæ Professore, actuali Diffinitore, Chronologo quoque ejusdem nostræ Provinciæ compositum, & à duobus, doctrina, & authoritate in nostramet Provincia gravibus Religiosis, insigniis, recognitum, & approbatum, typis mandetur, servatis servandis, tenore præsentium, facultatem concedimus. In quorum fidem has litteras manu nostra, sigillo, ac Secretarii nomine subscriptas; dedimus in nostro Seraphici Patris Nostri Francisci Tordesillensi ac Regali Conventu, die decima octava mensis Decembris anni Dñi. 1726.

Fr. Joannes à Sacris Stigmatibus
Minister Provincialis.

De mand. Charissimi Fr. N. Ministri Provincialis
Fr. Joannes à S. Joseph.
Secretarius Provinciæ.

CEN-

CENSURA R. A. P. MAGISTRI Fr. FRANCISCI de Robles, Lectoris Jubilati, Supremæ Sancti Officii Inquisitionis Qualificatoris, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Conceptione Theologi, iterum Abbatis, ac tandem Generalis Diffinitoris Præmonstratensis, &c.

PRO commisso mihi munere à Regio Senatu Castellæ examussim legi, & magna animi voluptate evolvi opus, cujus inscriptio est: *Bibliotheca Minorum Discalceatorum*, &c. Authore R. P. Fr. Joanne à Divo Antonio, Salmantino, Ex Lectore Sacræ Theologiæ, à Sancto Tribunali assignato Revisore Bibliothecarum Episcopatus Zamorensis, Provinciarum Minorum Discalceatorum S. Gabrielis in Extremadura, & S. Didaci in Bætica Visitatore, nec non Historiographo, Diffinitoreque actuali suæ Sanctæ Provinciæ Discalceatorum Minorum S. Pauli in Veteri Castella, &c. Opus, arte nobile, rebus grande, nec à Joanne Antonio alienum legi; *Tantaque dulcedine me traxit liber, ut sine ulla dilatione perlegerem ad stuporem usque, conspiciens Authorum prædivitum abundantiam*; quorum opera noster Author dilucidè explanat, fideliter propinat, eruditè ornat, profundè haurit, ubertim ebibit; adeo ut cuique dicere liceat, quod initio Historiæ Francorum legitur: *Bibliotheca tua fons est doctrinæ purus, & perennis.* Seneca.

Hinc tanquam ex ungue Leonem, numerum illustrium Scriptorum Ordinis Minorum educere, & prudenter conjectare; minimè vero definitum assignare calculum, tantæ Religionis amplitudinem observans, poterit. Ad annum sane 1650. suum sylabum Scriptorum Franciscanorum concinavit R. A. P. Lucas Vvadingus, Strictioris Observantiæ Professor, ac typis mandavit, ubi ingentem, atque copiosum Authorum curavit agerare Catalogum, mutilo tamen calamo, teste Francilogii Seraphici clarissimo Authore. Noster autem Author terminos Patrum suorum haud transgrediens, facilitate inveniendi præditus, memor quoque Ciceronianæ sententiæ: *Tardi ingenii est rivulos consectari, fontes rerum non videre.* Præfata Vvadingi Bibliotheca per- Castel fol. 128. num. 431. Cicer. lib. 2. de Oratore.

*

perluſtrata, Authorum Diſcalceatorum auget numerum petentibus, ut olim D. Hieronymus *ſcribens*; *Non faſtidioſis; gratis, non invidis; ſtudioſis; non oſcitantibus.*

Ut plurium ergo compeſcantur vota, quæ uſque modo latuere, ſuorum Diſcalceatorum opera, & opuſcula, induſtria Authoris didicimus altè collecta, ac fidelitèr diſtributa. Æmulatur in ſua Bibliotheca chariſmata meliora; nihil non magnum relinquens, quod ad ſuum locupletiſsimum Theſaurum non advocet, & laconica indagine non præcingat; etiam in modico fidelis. Memoratur præpoſitorum in hoc genere ſcribendi, veſtigia ſequens D. Hieronymi, Petri de Alva, Philippi Alegambe, Valerii Taxandri, Nicolai Antonii, Hyppoliti Marratii ſuo accurato Appendici Bibliothecæ Marianæ inſerentis Bartholomæum Gidiſſionum carminis heroici M. S. Authorem, non paucos quoque, qui unicum Sermonem edidere: necnon V. P. Ribadeneyra in ſua Societatis Jeſu perilluſtri Bibliotheca, Alexandrum Gerardinum recenſentis Orationis S. Hyacinthi Authorem; Everardum Mercurianum unicæ Epiſtolæ Authorem; Julium Fidei cujuſdam Poematis ſcriptorem; ac demum celeberrimi Vvadingi, cujus Bibliotheca fruens R. P. Didacus de Lequile, tom. 1. Hiſtoriæ Franciſcanæ diſt. 3. fol. 224. ſubdit: *Hi omnes in variis idiomatibus, & linguis Scriptores Franciſcani, alii percelebres, alii minus, alii parum, alii nullius nominis ingentem cumulum afficiunt.*

Caſiodorus lib. divinarum lect. cap. 30.

At de cunctis ſic, vel ſic deſudantibus aptiſsimè Caſiodorus: *Felix intentio, laudanda ſedulitas manu hominibus prædicare, digitis linguas aperire, ſalutem mortalibus tacitum dare, & contra diaboli ſurreptiones illicitas, calamo, attramentoque pugnare. Tot enim vulnera Satanas accipit, quod Antiquarius Domini verba deſcribit.* Hoc igitur opus, non tam librum, quam multorum librorum repoſitorium, quod à tantis Viris tam ſtudioſè præſtitum reperimus, non niſi maximum eſſe poteſt. Hinc elegantèr ut omnia Parens Auguſtinus: *Quod minimum eſt minimum eſt, ſed in minimo fidelem eſſe magnum eſt.* Etſi verò aliqua forſitam tenua, ac Tyronibus ſolummodo digna nonnullis videri poſſint; tamen vel eo ſumma ſunt; quod ad Supremi Numinis,

à

à summis Viris ordinata fuere; quod enim ad Dei obsequium; parum non est. Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates; & nihilominus stella ab stella in claritate differt.

Jure ergo meritò, acervi tritici vallati liliis sibi nomen vendicet Bibliotheca ista, Guarrico Abbate me docente: *Quid acervus tritici, nisi copia divini Sermonis in tot libris undique congestis? Quid lilia, nisi Justi, qui germinant sicut lilium, & florent immarcescibiliter ante Dominum, quorum tantus candor in sanctimonia corporis, & cordis puritate; tanta fragrantia in opinione, tanta medicinalis virtus in opere & sermone?* Omnes ergo hoc opus plurimi facturos non ambigens, dum variam totius eruditionis annectit suppellectilem, qua cuncti ditantur; aut potius, subtilium ingeniorum locupletissimam Encyclopediam, ac in ipsa nihil orthodoxæ fidei dissonum, conciliis, aut bonis moribus adversum deprehendo: gradum sisto ore alterius Bibliothecæ Censoris, proferens: *Publicæ igitur utilitati adaperiri; non solum dignissimam censeo, verum, & eundem Authorem mihi addictissimum, obnixè deprecor, ut seposita animi sui modestia, litteratorum omnium consulens, communis juris faciat, ac suam hanc Bibliothecam typis divulgari permittat.* Sic sentio, sic subscribo in hoc S. Ioachimi Conventu die 24. Junii. Anni Domini 1727.

Fr. Franciscus à Robles.

Guarricus Abbas, serm. 3. de Sanct. Petro, & Paulo.

Philippus Thari cẽsura 2. tom. 1. Bibliothecæ Theologicæ.

LICENCIA DEL REAL CONSEJO DE CASTILLA.

DON Balthasar de San Pedro Azevedo, Escrivano de Camara de el Rey N. Señor, y de Govierno de el Consejo, certifico, que por los Señores de èl se ha concedido licencia al Padre Fr. Juan de S. Antonio, Lector de Theologia, Difinidor, y Chronista de la Provincia de San Pablo de Descalzos de N. P. S. Francisco en Castilla la Vieja; para que por una vez pueda imprimir un Libro, que tiene compuesto, intitulado: *Bibliotheca Minorum Discalceatorum*, por el Original, que và rubricado, y firmado al fin de mi mano, con que antes que se venda, se trayga al Consejo, juntamente con el Original, y certificacion del Corrector, de estàr impresso conforme à èl, para que se tasse el precio à que se ha de vender, guardando en la impression lo dispuesto por las Leyes de el Reyno; y que esta certificacion se ponga al principio de èl, para que se sepa el precio à que se ha de vender; y para que conste, lo firmo. En Madrid à 26. de Junio de 1727.

D. Balthasar de S. Pedro.

CEN-

CENSURA CHARISSIMI Fr. N. Fr. BERNARDI à Jesu, Sacræ Theologiæ Lectoris, Sacrique Supremi Senatus S. Inquisitionis Qualificatoris, Sanctarum Provinciarum S. Petri de Alcantara Granatensis, & S. Didaci Hispalensis Visitatoris, Provinciæ verò Sanctissimi Patriarchę Josephi Discalceatorum Ex-Custodis, & Provincialis, humilisque alumni.

JUssu R. Domini, semperque Domini mei D.D. Christophori Damasi Canonici Sacri Montis Granatensis, in Excelso Throno Vicariatus Madritensis sedentis, Inquisitorisque Ordinarii munere laureati, hæc Bibliotheca ad me venit, vel ut alter Ezechielis liber, in quo *Scriptæ erant lamentationes, & carmen, & væ*; Dicere libuit: *Domine, audivi auditum tuum, & timui.* Dignum est, Salomone attestante, laudemus viros gloriosos nunciantes in Prophetis, imperantes populis altissima verba. Justum est, Paulo docente, Præpositorum nostrorum, qui nobis locuti sunt Verbum Dei, ut florescat gloria. Æquum est, Jobo exorante, ut horum sermones exarentur in libro, scribantur plumbi lamina. Salutare est, Abacuc docente, scribere visum, explanare in tabulis clarorum memoriam. Hinc hæc Bibliotheca Minorum Discalceatorum carmen mihi: *Tanta autem dulcedine me traxit* (Seneca loquitur) *ut illam sine ulla dilatione perlegerem.* Sanè consideravi opera, & expavi: hinc lamentationes, & væ in me exortæ sunt, melifluique Bernardi confessio humilis ex justitia occurrit: *Deficit quippè ratio mea præ ignorantia veritatis; languet, & voluntas præ inedia affectionis; infirmatur caro præ inopia fortitudinis.* Ad judicium verò meum præstandum, illud veraciter quod ad Originem tenuit: *Ita ne lanam quæris à capra; molendini aquam à furno; sapiens verbum à stulto?*

Ezech. 2. v. 9.
Abacuc 3.
Eccl. 44.
Ad Hebr. 13.
Iob 19.
Abacuc 2.
Senec. epist. 46. de Libro Lucii.
Flores Divi Bernardi cap. 218. de veritate.
Epistola 87.

Sed Authoris honestas, veritatis ejus magistra sedulitas, cœcitati meæ tendenti usque ad Aras, Cicerone duce, stabilis lex fuit: *Hæc igitur prima lex amicitiæ sanciatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus.*

Cicer. lib. de amicitia.

Seraphicè volitans hæc Bibliotheca ad me venit, re cal-

Isaiæ 6.

calculus quidem, pyropo similis, Forcipe arrepta, dethymiamate sumpta, odore fumigans, labia tangens, sordes everrens. Illud Senecæ affertur: *Blandita est ipsa, ut procederem longius.* De Scriptore verò: *Grandis, & rectus es, hoc te volo tenere.* Vocem Domini audio: *Quem mittar? Et quis ibit nobis? Ecce ego, mitte me;* relatum respondere simulat. Hortum clausum, irriguum, aromaticum sensi; securitas in illo, in illo fertilitas; germina, animos excordantia, ad gratiam: *Non ne nobis* (Gilbertus ait) *gratus iste hortus videtur, tam integer, tam uber, tam utilis? Nec tantum utilis est, sed aromaticus, & abundans deliciis.* Author offert Domino aurum fervens sapientiæ; thus sub album doctrinæ; myrrham viridem immarcescibilis gratiæ. Verè de tali, Ecclesiastici illud: *Aperti sunt Thesauri, & evolaverunt nebulæ sicut avis. Confracti sunt lapides grandinis, in conspectu ejus commovebuntur montes, & in voluntate ejus aspiravit Notus.*

Seneca ad Lucium Epist. 46.

Gilbertus in Cātic. serm. 35.

Eccles. 43. 15.

Bibliotheca Minorum Discalceatorum velut cymbalum tinniens, metalle hoc sonat, lingua siquidem charitate formata, patiente, benigna, quæ non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, quæ omnia sufferet, omnia credit, omnia sperat, sustinet omnia. Videbamus ante per speculum in ænigmate, nunc cernimus facie ad faciem. Mardochæus humilis erat, hic fons parvulus; sicut alter Assuerus, Vigil noster noctes duxit insomnes: *Jussitque sibi afferri Historias, & Annales priorum temporum.* Patefacta sunt heroica facta, crevit in fluvium, in lucem rutilat, in Solem vertitur, & in aquas plurimas redundare non desinit: *Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat?* Sanè accipere *Diadema super caput suum.* Discalceatorum nostrorum spiritus, si ignis de Altare Dei, obtemporum calamitatem in valle humili, in puteo alto, & sicco, ignotus omnibus locus. Nehemias hic noster reperit aquam crassam, aspersit sale, composuit ligna, tempus affuit, Sol refulsit antea sub nubilo: Videbunt ex nunc gentes ignem accensum, magnum meritò, meritò mirabilem. Hic labor sic, sic hoc opus: *Tempus affuit, quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.*

1. Corinth. 13.

Esther. 6.

Cap. 10.
Cap. 6.

2. Machab. 1. 19.

Scru-

Scrutator solicitus audivit ab uno quolibet: *Ubi apparent Discalceatorum scripta?* Poterat, & illud Pauli: *Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi conquisitor hujus sæculi?* Responsum acciperet: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Ecclesiastem audiret: *Deum time, & mandata ejus observa: hoc enim est omnis homo.* Unde Bernardus infert: *Ergo si hoc est omnis homo, ultra hæc nihil est homo.* Sequitur ipse: *Non considerare, quæ videntur; sed quæ non videntur, prophetare est. Ambulare in spiritu, ex fide vivere, oblivisci, quæ retro sunt, ad anteriora extendi, ex magna parte prophetare est. Alioquin quonam modo nisi per spiritum prophetiæ conversatio nostra in Cœlis est.*

1. Corinth. 1. 20.

Eccl. 12. 14.

D. Bernard. ser. 2. ad Fratres.

Opus primum inter nostrates typis mandatum, ut lux prima diei, mystica S. Petri de Alcantara extitit Theologia. Hæc paradysi facula, Cœli schola. Ille pœnitentiæ miraculum, orationis prodigium, contemplationis Aquila, Spiritus Sancti Psalterium. Sic Gregorius XV. *organum.* Hic libellus elaboratus ad preces Domini Roderici de Chaves Placentini, cui Thaumaturgus hæc verba: *Methodus brevis, & clarus; ut & utilis omnibus, & emi possit à pauperibus.* Meritò huic: *Non quantus; sed qualis.*

Ioann. à S. Bernardo in ejus vita pag. 107.

In illo Christus crucifixus, via veritas, vita monstratur; totum mysticè attingit; nihil omittit, illud Senecæ vinculat: *Distrahit librorum varietas; fastidentis stomachi est plura degustare.* Hoc primum exemplar in monte nostro nobis monstratum est. Ad idem de Divo Paulo S. Chrysostomus: *Paulus corpore pusillus, spiritu excelsus, immò longolius. Tricubitalis erat, & Cœlos syderaque transcendit.*

Seneca Epist. 2.

Connel in Procem. ad Prophet. Minor. pag. 2.

Serennus hic noster illud Bernardi assumit: *Currum Dei ascendit; non est jam trepidare, ne cadat. Suavitèr scandit, non laborans volatu proprio, sed celeri vehiculo sedens:* Monstrat illud propheticum. *Ubi est litteratus?* Solutum. *Ubi legis verba ponderans?* Impletum: *Ubi Doctor parvulorum?* Patefactum: *Tale simile illud mirabile notum: Quis audivit unquam tale, & quis vidit huic simile?* Virgo Seraphica, Principis filia, pulchra in gressibus, Discalceata in pedibus, generans simul, parturiensque filios: *Parietur gens si-*

Div. Bernard. in transitu Malachiæ.

Isaiæ. 38. 18.

Idem 66. 8.

simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos? Hoc Patrono, patent in Bibliotheca stellarum agmina; apparientia, parva; visu, pulcherrima; quantitate, maxima; ordinata manentia, contra Sisaram pugnantia; semina aliqua exigua idoneè sparsa; auctè diffusa; sed vires (ut Seneca tenet) certè explicantia: *Seminis modo spargenda sunt, quod quamvis sit exiguum, cum occupaverit idoneum locum: vires explicat, & auctus diffunditur. Eadem Præceptorum conditio, quæ seminum multum afficiunt: idonea mens rapiat illa, & in se trahat. Multa invicem generabit, & plus reddet, quam acceperit.*

Seneca Epist. 38

Non Margarita vilis, quia exigua, sed magis preciosa; sæpiùs pusillitas pretium augescit. Granum sinapis minimum, manu hominis majus oleribus. Si melis gutta, melle pit favus est, ait S. Paulinus: *Siccet in uno verbo stillicidium linguæ vestræ, notum linguæ vestræ, totum animæ saporem refert. Satiùs miniùs, quam nimis*, Cicero tenet.

Matth. 13. 31. D. Paulin. Epist. 1. ad Amandũ. Cicer. lib. de Orat.

Celsitudo altissimæ paupertatis, nostræ Regulæ norma, Axis Orbis Seraphici, fundum. *Fundasti*, cantat Psalmista, *terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in sæculum sæculi*: Job etenim: *Appensa est super nihilum. Hæc*, ait Paulus, divitias simplicitatis accumulat: *Altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum.* Peroptimè S. Ambrosius: *Simplicitas nihil discutit, nihil contractum, nihil suspectum, nihil fraudulentum; sed puro se infundit affectu.* Hoc in Alcantarensi Phœbo prævisum oraculum: *Ut emi possit à pauperibus.* Paupertas, & tribulatio, divina est. *Hæc* in Seneca *facilitas, quam qui timet, timendus. Qui paupertatem timet, timendus est. Scire uti paupertate, magna fœlicitas. Hæc expedita, ad sapientiæ cultores animos. Multis ad Philosophandum obstitere divitiæ, paupertas expedita est. Aut pauper sis, aut pauperi similis.* Gloria pauperum, in Salomone, Religio, & scientia; Si igitur fit ex nihilo nihilum, audi in Alciato, paupertate summis ingeniis obstaculum. Paupertatem summis ingeniis abesse.

Psalm. 103. 5. Iob. 26. 7. 2. Corinth. 8. 2. D. Ambros. Epist. 10. Seneca de moribus. Idem Epist. 17. Ecclesf. 10. 33.

Dextera tenet lapides, manus altera sustinet alas,
Ut ne pluma levat, sic grave mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas invida deprimeret. Alciat. Embl. 120.

Inspiciuntur in hac Bibliotheca vittes plurimæ fructificantes suavitatem odoris, tot fructus honoris, & honestatis; quorum corona æternitas, amictus fœlicitas, sermo suavitas, complexus omnis societas. Hæ maritatæ arboribus, proceribus principibus, lucidis Mæcenatibus, saxea egestatis, impedimenta tollentibus, ut in Oratio, & Virgilio. Sunt & lilia cœlestia odorantia in convallibus, nentiaque, laborantiaque, itidem & non crescentia. Dantur volucres Cœli serentes, non metentes, nec in horrea congregantes Hi Cleanthes industrii die noctuque studentes. Hi pauperie gravati, molestia inopiæ sopiti numismata ostendunt, figuram indicant, pondus describunt, metallum astruunt, æmulantur charismata, mergit paupertas, sapientia clamitat. Isidorus eadem requirit: *Sicut in numismate metallum, figura, & pondus requiritur: sic in omni Doctore Ecclesiastico. Per qualitatem metalli, doctrina; per figuram, solicitudo Patrum; per pondus, humilitas desideratur.* Matthæ. 6. D. Isidor. de Summo bono lib. 3. cap. 36 sentent. 5.

Discalceatorum cætus sortitur hoc volumine animæ sanctæ elogium: *Ecce tu pulchra es amica mea, oculi tui columbarum.* Authori simile dictum: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Clarescunt tigna cedrina, laquearia cypressina, lectus utrique floridus. Patefiunt murenulæ, meritò aureæ argento vermiculatæ. Gonsalvus legit: *Volumina, libros, seu libellos aureos faciemus tibi. Argentei clavi.* Phrasis Hebraica: *cum notis, punctis, manifestationibus, designationibus, impressionibus argenteis.* Secundum Septuaginta. *Cum stigmatibus, punctionibus, cicatricibus.* Rabbi David: *Gemmas, & margaritas coniunctas, & ordinatas.* Vide ex hoc huius speciosæ, sicut monilia collum, velut columbæ visum, sicut turturis genas. In accubitu suo requiescere Regem Deũ, tunc Discalceata nardus in pennis in virtutibus, in Martyribus plurimis spargens odorem suum: *Dum esset Rex in accubitu suo: Nardus mea dedit odorem suum.* Si se ignorat pul- Cant. 1. 15. Gonsalv. Cerbant. Sap. 6. Theor. 12. Versio hebr. Septuaginta. Rabbi David. Cant. 1. 11.

**

pulchra, abeat, greges, consideret Pascua pinguia, virentes herbas, Pastorum tabernacula, montes Israelis, suscitatum Postorem, multiplicem scientiam: *Claude sermones, & signa librum usque ad tempus, plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.*

Ezech. 12, 4.
Dan. 12. 4.

Memini meritò Imperatoris Federici, Consiliarios duas res deponere debere, & facilime iudicare. Quæ duo? *Simulatio, & dissimulatio* respondit. Certissimè simulare nescio, dissimulationem nolo. Sine his, hic N. Ioannes in testimonium venit, ut testimonium daret de Discalceatorum lumine, illuminare in tenebris, ut qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant. Unde S. Augustinus: *Qui se non videre confitentur, & modicum quærunt; qui putant se videre, & modicum non quærunt.* Sanè ad illud Prothogenis, Apellis iudicium. *Eximium opus, mira res, summus labor, artificium maximum.* Ad labores iuvenis, ad prudentiam senis, in animo constans, semitarum rector, donorum lucifer, nostrorum corona. Nihil in hoc volumine dissonum auditur, omnia consona, omnia organica, omnia suavia, ad sanam doctrinam omnia, illique absque iniuria illa Virgilii carmina:

Citat. à D. Bonavent. in cap. 9. Ioann.

In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt, convexa Polus dum sydera pascet.
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Virgil. Æneid. 1.

Meo iudicio hæc Bibliotheca typis mandari debet, & utilis omnibus, & Deo grata, & nobis erit gloria. Sic sentio, salvo meliori &c. In hoc S. Ægidij Regali Matritensi Conventu die 2. Iulii anno Domini 1727.

... *à Iesu*

NOS

NOS el Doctor Don Christoval Damasio Inquisidor Ordinario, y Vicario de esta Villa de Madrid, y su partido, por las presentes damos licencia, para que se pueda imprimir, è imprima un libro intitulado: *Bibliotheca Minorum Discalceatorum*, compuesto por el R. P. Fr. Juan de S. Antonio, Lector de Theologia, Difinidor, y Chronista de la Santa Provincia de S. Pablo de Franciscos Descalzos; por quanto de nuestra orden se ha visto, y reconocido, y no contiene cosa, que se oponga à nuestra Santa Fe Catholica, y buenas costumbres. Fecha en Madrid à 25. de Junio de 1727. años.

Doctor Damasio.

Por su mandado.

Luis Bartholomè Lopez.

CENSURA RR. P. FRANCISCI DE MIRANDA, Societatis Iesu alumni, Doctoris Theologi Salmantinæ Academiæ, ac Primarij Sacræ Theologiæ Moderatoris.

VEstræ Celsitudinis iussis obtemperans, sedulò, & accurate perlegi Bibliothecam Fratrum Discalceatorum D. Francisci, quam propria elaboratam industria, publicæ luci exhibêre desiderat R. P. Fr. Joannes à Santo Antonio eiusdem Sacræ Familiæ Magister, & Chronologista. Vix tamen Authoris nomen percepi, cum ereptam mihi censendi facultatem, ac encomiastis munus, potius quam Censoris impositum existimavi. Perspecta mihi iam dudum eximia probitas, solidissima doctrina, acumen, & eruditio Amicissimi Authoris (cuius concionibus adfui non semel testis animo statim inspirarunt, non posse non votis omnium præveniri opus, quod felix, sedulaque Authoris diligentia publica luce dignum existimabat. Nec me præconcepta fefellit spes: lecto opere summopere sum delectatus, in quo seu argumenti gravitatem, sive concinnam operis seriem, aut respondentem utrique maiestatem dictionis spectem, nihil insperatum occurrit, quodque operis limatissimi, ac numeris om-

omnibus absoluti laudem non mereatur. Profectò argumenti gravitas satis commendari non valet. Ipsa operis inscriptio pietatem exhibet prima fronte in Religioso corde regnantem, præstantissimumque pietatis opus ostentat merito clarissimorum virorum, quos commemorat impensum.

Par erat æternum in hominum memoria vivere, qui suæ vitæ dispendio posteritati vixerunt, eosque ab hominum oblivione vindicare, qui memores eorumdem „ suæ consuluerunt felicitati. Et sane, si *Ethnicorum* „ *libros* cedrinis inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, „ posteri in templis cautissime reponebant, ut rei tam sacræ „ memoria non alijs, quam luminibus concrederetur; quanto iustius est idem facere Christianis, in servandis illorum „ monumentis, qui sacro aflati spiritu, non tam libros, „ quam oracula nobis reliquerunt, quibus lectitandis pectus non doctrina solum, sed virtutibus, & pietate erga „ Deum *impleatur*? Præstat hoc N. Author, dum se totum impependit iustissimo debito persolvendo, quo adistricta tenebatur tota posteritas. Consecrat immortalitati eorum famam, quorum præclara in omnes benefacta supersunt. Eruit è profundissima humilitatis abysso cœlesti doctrina gravida, innumera clarissimorum virorum monumenta, qui, posthabitis huius mundi illecebris Evangelicæ paupertatis, in Excalceata D. Francisci Familia non interruptis æternæ sapientiæ lectionibus vacarunt; ut palam omnibus faciat, etiam esse sapientes, qui pii solum credebantur; nec obrui potuisse paupertate delitescentem sub humilitatis cineribus Seraphicum ardorem, qui lucem per calamos respirat, qua veræ sapientiæ viæ panduntur hominibus; illudque satyrici convincitur falsitatis

Enthænius in præfat. ad Euthim. opera tom. 19. Biblioth. pag. mihi 475.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Juven. sat. 7.

Eorum denique monumenta rursus facit reviviscere, qui contemplationibus dediti sublimiorum rerum, ea velut exalto ad mortalium usum mirabiliter deduxerunt.

Nec hoc Editore minus; quam proprijs Authoribus commendantur huiusmodi monumenta; imo magis,

Com-

Commendat plurimum ingenii partus Authoris notitia: hæc ab Authorum modestia non poterat obtineri, dum moderationis veræ documenta exibebant: nunc vero sic prodeunt præclaris virtutum dotibus exornata, ut Authores constet non minus integerrimis moribus, & santimonia vitæ, quam sapientia floruisse. Idcirco præclara cuiusque virtus, vel unius obtentu scriptiunculæ, vel operum etiam, quæ non exierunt in lucem, locum in R. P. Discalceatorum obtinuit Bibliotheca; quam tandem (nec sine duce) eorum mortibus, qui gloriose pro charitate occubuerunt, & purpura Martyrum coronet, ut constet Iesu Christi Domini, suæ Sanctæ Ecclesiæ, omniumque virtutum causam non minus munitis innocentia vitæ Apologijs, aut effusso pro veritate sanguine rubricatis, quam attramento scriptis propugnari.

Iam vero, si *non magis decorum, & insigne est, statuam in foro populi Romani habere, quam ponere*; quantum decoris ex hoc opere accrescet Authori N. iudicare non audeo. Dicerem tot sibi erexisse monumenta, quod alijs consecravit statuas, nisi perplura alia ornamenta Orbi Religioso conspicuum iam dudum effecissent. Sanè dum virum contemplor, tot curis distortum, tot implicatum negotijs, longa itinera usque in Romanam etiam Curiam, solo paupertatis solamine conficientem, præcipua suæ Provintiæ obeuntem munera, ac simul gemino Bibliothecæ, & Ordinis Historiæ opere prementem typis; dum, inquam, sic virum contemplor, nunquam satis mirarer; nisi clarissimæ suæ dotes, veluti digito monstrarent, illum esse Authorem N. quem propijs coloribus descripsit disertissimus Seneca: *Mentiuntur*, inquit, qui sibi obstare ad studia liberalia turba negotiorum videri volunt: simulant occupationes, & augent; & ipsi se occupant: vaco, & ubicumque sum, meus sum: rebus enim non me trado, sed commodo: quocumque constiti loco, ibi cogitationes meas *tracto*. Talem se exibet R. Author in hoc operè: moles gravissimarum rerum, quibus procurandis incumbit, non retardare ingenium, sed acuere, non selectæ eruditionis preciositatem obruere, sed aptissima methodo exornare, non impedire, sed potius expedire videtur totum hunc virum, omnesque ipsius dotes, quas etsi magnas, merito pos-

Plin. lib. 1 Epist. 17.

Seneca Epist. 62.

postulabat opus vere pium, doctum, & eruditum, in omnibus que orthodoxæ Fidei, & Christianis moribus congruentissimum. Qua propter opus hoc Orbi Religioso, ac Litterario, & cunctis severiori ingenio pollentibus gratum semper erit; & nunc dignissimum, ut prodeat Regia commendatione præditum à tenebris in lucem, ab umbra in solem. Sic sentio Salmanticæ in Regali Collegio Soc. Iesu. Die 10. Augusti, anno 1727.

IHS.

Franciscus de Miranda.

LICENCIA DEL SEñOR OBISPO.

POR la presente por lo que à Nos toca damos licencia à qualquier Impressor de esta Ciudad, para que sin incurrir en pena pueda imprimir esta *Bibliotheca*; por quanto por nuestra orden està vista, y aprobada. Dada en nuestro Palacio Episcopal de Salamanca à 16. de Agosto de 1727.

Silvestre Obispo de Salamanca.

Por mandado de el Señor Obispo mi Señor.

D. Joseph Lucas Rodriguez, Secretario.

ER

ERRORES CORRECTI.

PART. 1. pag. 6. col. 2. irem, lege item. Pag. 7. col. 2. otatu, leg. oratu. Pag. 16. col. 2. Segobricæ, lege Segoviæ. Pag. 25. col. 2. Bolonia, lege Manila. Pag. 32. col. 2. Archivij, lege Archivijs. Pag. 93. ex Textere, lege Textore. Pag. 95 col. 1. estas materias, lege, en estas materias. Ibid. col. 2. de la humilde, lege, humildad. Pag. 96. col. 1. ut nube. lege nubes. Ibid. col. 2. Perfecto Religioso, lege, Perfecta Religiosa. Pag. 104. col. 2. Seraphicazmente, lege Seraphicamente. Pag. 117. col. 2. linea 14. Y por esto, lege Ni por esto. Pag. 119. col. 1. linea 1. de vida, lege, de la vida. Pag. 139. col. 2. linea 16. Discalceatorum, lege Discalceatarum. Pag. 144. col. 2 anno 171. lege 1711. Pag. 145. col. 2. estimando el mucho, lege en mucho. Pag. 148. col. 2. lin. 3. regimine peculia. lege peculiari. Pag. 151. Lapis Lyrius, lege Lydius. Pag. 153. col. 1. lin. 15. Laudatæ, lege Laudati. Pag. 157. col. 2. Chrira, lege Chiara. Pag. 158. col. 2. nostra, leg nostræ. Pag. 229. col. 2. Cantone, lege Mexici. Pag. 131. col. 1. tomo integrum, lege tomum. Pag. 231. col. 2. recepto, lege recepta.- Part. 2. pag. 8. col 2. Sandaliarum, lege Sandaliatum. Ibid. Aosino, lege Rosino. Pag. 12. lin. 2. ab Episcopi, lege Episcopo. Pag. 25. Dominicanus, lege Dominicus. Pag. 29. col. 1. Suacarios, lege Siccarios. Pag. 49. col. 2. exerevit, lege excrevit. Pag. 50. col. 1. verbo ex lege, lege, & lege. Pag. 53. col. 1. accuminantum lege accuminatum. Pag. 77. col. 1. certat utreque, lege uterque.

He visto este libro intitulado *Bibliotheca Minor. Discalc.* y con estas erratas corresponde con su original. Madrid, y Diziembre 30. de 1727.

Lic. D. Benito del Rio, y Cordido,
Corrector General por su Mag.

TASSA.

TAssaron los Señores de el Consejo este libro intitulado *Bibliotheca, &c.* à seis maravedis cada pliego, como mas largamente consta por certificacion de D. Balthasar de San Pedro, y Azevedo, Secretario de Camara de el Rey N. Señor, y de Govierno del Consejo, dada en Madrid en 26. de Enero de 1728.

IN

IN LAUDEM P. Fr. IOANNIS A DIVO ANTONIO (aliàs Suarez de Rivera) Salmantini huius libri Authoris.

EPIGRAMMA.

Digeris egregiè, Rivera, volumine justo,
Quæ multis fuerant sparsa voluminibus;
Tu, quæcumquè typis fuerant mandata, reponis;
Et quæ privato delituere lare.
Tu, quæ sustulerat; jam jam invidiosa vetustas,
Et longa exciderant pæne sepulta die:
Non sinis aut carie carpi, aut rubigine lædi:
Immo perennantes asseris inter opes
Scripta refers, & gesta simul, mortesque piorum.
Fratrum; proque fide, quas subiere neces.
Nudipedem proles opere, & sermone parentem
Franciscum prodit, quæ facit, atque docet.
Tu decus immortale tuis, Patriæque parasti,
Per quem tantorum vitaque, morsque vigent.

Pangebat *Doct. D. Joannes Gonzalez de Dios* in Academia Salmantina Primarius Humaniorum litterarum Magister.

LECTORI

LECTORI
OPERIS RATIO,
AC METHODI CUM PROPUGNACULIS.

LEGERAM olim eruditum valdè Dominicum de Gubernatis de Scriptoribus Strictioris Observantiæ hæc verba facientem: *Aliquos tantùm præcipuos ex variis scientiis singulaitèr benemeritos ex Familia Cismontana numerabo, quia ex Ultra-montana nondum licuit habere.* Nec fas est, quos altum silentium accusat, acceptissimum Authorem, completum Historiographum, de adverso affectu arguere, quem non minus, ita suspicor, ac Sanctum Hieronymum in Prologo sui Cathalogi Scriptorum Ecclesiasticorum, nostræ Familiæ Strictioris Observantiæ Discalceatis professoribus respondentem ausculto: *Si qui autem de his, qui usque hodie scriptitant, à me in hoc volumine prætermissi sunt, sibi magis, quam mihi debent imputare. Neque enim zelantes scripta sua, de his, quæ non legi, nosse potui, eo quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum.* Legeram quoque tomum integrum de Scriptoribus Ordinis Minorum Typis commissum Romæ anno 1650. cujus Author R. A. P. Lucas Vvadingus, Conventualium, Observantium Discalceatorum, Reformatorum, Recollectorum, Capucinorum, Tertiariorum, ac Monialium Instituti Seraphici, solidè, sed diminuté compilavit scripta. Præterea laudatus hic tomus ubi invenitur? Sanè rara avis in Regia Bibliotheca, Librariisque opulentioribus haud reperta. Quid quod Franciscus Haroldus celeberrimi nostri Annalistæ eruditus Continuator gravidas doctrinæ salubris spicas convocans, supplementi Franciscanorum Scriptorum dederit spem? Spes, quæ differtur affligit animam. Fortè utrumque

Gubernat. tom. 2. lib. 7. cap. 9. n. 357.

§ lus-

lustraverat Doctus Chronologus Provinciæ Discalceatorum S. Didaci Mexicani Chariss. Fr. N. Fr. Balthasar de Medina, & de Supplementi adjumento cogitans, Vvadingum laudatum, clarissimum Petrum de Alba, necnon Hispalensem peritum D. Nicolaum Antonium pennatis pedibus percurrens, Scriptorum Discalceatorum Centuriam in suæ Chronicæ medio obstrusam, sub modio quasi possuit. Quid ergo? Et post hæc non fuit, qui moveret pennam, & aperiret os, & granniret? Audivi, me hercle, & legi Romæ vituperationem quorumdam ambulantium (quo spiritu nescio, Deus scit) in circuitu, & dicentium *Ubi est circulus, & calamus Hispanorum Discalceatorum?* Ecce studiose Lector, ecce ratio scribendi, pro patriæ amore, Supplementi universalis Bibliothecæ adjumento, Strictioris Observantiæ Discalceatoru honorē, Ecclesiæ ornamento, gloria Dei. Hæc memor illius: *Sanctus Franciscus, præviis orationum studiis, quid faciat instructus, non sibi soli vivere, sed & aliis proficere vult Dei zelo ductus.* Et illius: *Frater, qui adjuvatur à Fratre, quasi Civitas fortis.* Necnon: *Sapientia abscondita, & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?* Hæc, inquam, meditatus in corde, prudentum consilio, auxilioque doctorum virorum surrexit penna mea, ut (& Choridon inter aves sonat) vocem daret Nostratum pennis. Minoritæ sunt, Reformati sunt, Discalceati sunt, sed quibus nec defuit gladius limatus principali facundia, nec gladius accutus verbi Dei, religiosa maturitate plus docentes, quam dicentes, causamque Dei potius implentes, quam paginas. Dubitet inspector, meliusne nova opera consurgant, an vetusta reparentur; transeat verò in alienas Provincias Discalceatorum nostrorum vigilantia in laboribus plurimis, Biblicis, Scholasticis, Polemicis, Asceticis, Concionatoriis, Catechisticis, Theologicis, Regularibus, Juridicis, Philosophicis, Historicis, Politicis, Poeticis, quorum omnium Grammatica Christus est. Nemo mihi succenseat,

ſeat, ſi Dei confiſus gratia, litteris alligo litteras verba manentia; quia ſi Sancti Patres noſtri, hujuſmodi occaſiones inveniendo, nihil ſcripſiſſent olim, ſed quamlibet bonam vitam inerti ſilentio tranſegiſſent, nec apud nos modò tam celebrem, dulcemque memoriam habuiſſent. Scribendo autem, & Deo placere meruerunt per duplicem fructum ſanctæ prędicationis, & cunctis poſt ſe venientibus exemplum præbuerunt piæ imitationis. Si initium ſapientiæ timor Domini, & initium ſcientiæ ſcientia librorum, cur ergo imitari pigeat, quos celebrare delectat in hoc genere ſcribendi duces Hieronymos, Iſidoros, Ildephonſos, miſsis Joanne Tritemio, Sigeberto, Poſſevino, Sixto Senenſi, aliis quoque modernis Authoribus, quorum ſcientia librorum contemnenda non eſt?

Sed ne fortè, amice Lector, obliqua malevolorum judicia, aut ſeveriores ſciolorum quorundam cenſuræ (quæ vix ullis quantumvis utiliſsimis ſcriptis deeſſe ſolent, ideòque haud dubie nec huic parcent) animum ſuum nonnihil moveant, aut ſaltem ſuſpenſam detineant, opere pretium duxi de nonnullis te hìc præmonere, niſi ex illis ſis, de quibus Sidonius: *Hi ſunt, qui invident ſcholas inſtituendis, mercedes inſtituentibus, litteras inſtitutis.* Quærat ergo diligens Lector, & dicat primò, ubi eſt fructuoſitas Bibliothecæ hujuſce? Reſpondebimus primum illo Kempenſis „ devoti: *Sunt* nanque libri, ait, arma Clericorum, „ ornamenta Eccleſiæ, divitiæ, & theſaurus Doctorum, tubæ Sacerdotum, ſolatia Religioſorum, epulæ devotorum, teſtamenta Sanctorum, luminaria fidelium, ſeminaria virtutum, organa *Spiritus Sancti.* Reſpondebimus ſecundo Apoſtolicis Litteris Gregorii XIII. Venerabili Aloyſio Granatenſi: *Multas* „ olim (Summum audis Pontificem) conciones habuiſti, libros præſtanti doctrina refertos edidiſti, „ idem quotidie facis. Gaudemus iſto, tum aliorum, „ tum tuo ipſius tam præſtanti bono, & fructu. Quot „ enim ex concionibus, ſcriptiſque tuis profecerunt „ (pro-

Sidon. lib. 5. Epiſt. 7.

Kemp. ſerm. 20.

Conſule Valerium Taxād. in Prologo ſuę Bibliothecæ.

Conſule Ribadeneira in Prologo Biblioth. Scriptor. Soc. Jeſu.

Gregor. XIII. *Dilecte Fili.* Romæ 21. Julii 1582.

§ 2

,, (profeciſſe autem permultos, quotidieque profice-
,, re, certum eſt) totidem Chriſto filios genuiſti, lon-
,, gèque illos majori beneficio affeciſti, quam ſi cœcis
,, aſpectum, aut mortuis à Deo vitam impetraſſes.

Quærat ſcrutator ſecundò, & dicat, Nonne compilati, omnes Diſcalceati ſunt? Subſiſte tantiſper, ut te de veritate erudiant Ordinis Seraphici Annales, Chronicæque peculiares Provinciarum Diſcalceatorum. Uno verbo; omnes, vel profeſsione, vel domicilio Strictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum alumnos, nullo inficiante comperire poteris, conſultis domeſticis, & extraneis Authoribus, paſsionis neſciis, & claſsicis.

Quærat tertiò diligens Lector, & dicat: quid attramentum cum ſanguine; vel ſanguis cum attramento, cum de Scriptoribus agitur? Sed tu es Magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Haud legiſti Martyrum Cathalogum in calce Vvadingiani tomi de Scriptoribus Ordinis Minorum? Audi eruditum Patrem Alegambe in ſua periluſtri Bibliotheca Societatis Jeſu reſpondentem: *Attexui ſubindè alterum Cathalogum, ſecutus Ribadeneiram, eorum, qui violenta morte pro Fide, Chriſtianave pietate occubuerunt.* Quid attramentum cum ſanguine ſciſcitaris? Reſponde, quæ ſunt illæ victimæ, quas in publicis Gymnaſiis ſapientia mactavit, Tertuliano explicante: *Sophia jugulavit filios ſuos. Sophia ſapientia eſt; ſapientèr utique jugulavit, dum in vitam, & rationabiliter, dum in gloriam. O parricidii ingenium!*

Philip. Aleg. præfat. 2. ſuæ Biblioth.

In quæ verba incumbens Subtilis Monteladenſis, ſubdit: *Quia* litterato æternat glorioſior vita, ut æternat
,, Martyri. Pulchrum planè litterarum elogium, & ſa-
,, pientiæ faſtus. Nimirùm fulgent in Eccleſia Marty-
,, res, qui ſanguinem fuderunt pro fide. Eminent Mar-
,, tyres, qui occubuerunt pro quavis virtute. Nec de-
,, ſunt ſapientiæ Martyres, qui ab indefeſſo ſtudiorum
,, labore, ſpirantia cadavera, & vivi Martyres appel-
,, lantur. Nemo, niſi Tiranus ſævit in Doctores, nemo
,, niſi carnifex litteratorum martyria *conficit*. His adde verba illa ſolius ſine exemplo Virginis Matris, ac pluſ-
,, quam Martyris dicentis apud Cæſarium: *Ego ſum*

Zelada in Judith c. 12. v. 14. §. 59.

,, Ma-

„ Mater Christi, & animam Scholaris hujus, qui verè „ Martyr est, tollere veni. Revera Scholares, si innocen- „ ter vivunt, & libenter discunt, Martyres sunt. Quod si „ postea artes doctas in charitate, maximè in Dei servi- „ tio exercuerint, magnam ex hoc mercedem *consequen- tur. Nec extra olivas Martyres charitatis judices. Paupe- rum Gymnasia*, appellata lego loca illa, in quibus ægroti pauperes, lepræ lue infecti curabantur.

Cæsarius lib. 12. Exemplor. cap. 48.

Novarin. lib. 2. Sched. cap. 5.

Sed jam quartò de qualitate Scriptorum requirens Opuscula animadvertis, Orationem funebrem, unicum panegyricum, necnon unius Epistolæ Authorem. Con- sideravi, sed è scriptis didici scribere, ac Scriptores di- numerare.

Tantùm igitur laudis Veterum si scripta merentur,
Scribere Scribentes nil tibi laudis erit?

Balduin. in Elogio Bibliothecæ Sistercienssis.

Tales abnuat Authores, qui Cathalogos Scriptorum mi- nimè prælegit. Vernaculè laudatus Chronologus Mexi- canæ S. Didaci Provinciæ: *No se deben desatender algu- nos cuerpos de libros por pequeños, pues no se forman los escritos para exercitar brazos, sino ingenios, y el juicio guiado del aprovechamiento, ha de mirar, no à las hojas, y corteza, sino al corazon.* Solidius Isaìæ 8. legimus: *Sume tibi librum grandem*, Audisti grandem? Intellige *grandem Bibliothecam*, id est; *magnam schedulam*, si Hugoni assen- sum præbes.

Medina fol. 214.

Isaìæ 8.

Hug. hìc.

Apoc. 10. *Habebat in manu sua* Libellum.

Sed nostra tractantes, acciti, V. Ribadeneiræ hæc sit „ solutio: Tametsi nonnullos ego recenseo, qui perpau- „ ca, aut etiam in specie exigua evulgarunt, id tamen fa- „ cio; tum ne quemquam suæ industriæ, ac laboris laude „ defraudem: tum verò, ac maximè propter Scriptoris „ dignitatem, & quoniam, quæ minima prima fronte vi- „ dentur, utilitate, si benè prospiciantur, sunt maxima. „ Neque enim res tam numero, & magnitudine, quam „ pretio, & pondere æstimandæ sunt. Sic in suis Biblio- thecis Sixtus Senensis, Possevinus, Vvadingus, Picinel- lus, Rosortus, Nicolaus Antonius, Alegambe, Carolus de Visch, quorum aliorum etiam Bibliothecariorum exempla sum secutus. Sed quid de Epistolis? Vel consule Hieronymum Maximum in suo Cathalogo, de Epistola-

rum,

rum, uniusvè Epistolæ Scriptoribus affici n differentem; vel audi Chrysostomum ad Episcopos, & Præsbyteros „ in vincula conjectos scribentem : *Ad* nos autem quam „ sæpissimè scribite. A vobis etenim, qui Dei causa vinc- „ ti estis, litteras, quæ afflictiones vestras exponant, mag- „ nopere arripere cupimus, Hincque ingentem etiam in „ externa terra degentes consolationem *capiemus.* Huc spectat peropportuna observatio Cornelii a Lapide sic „ ajentis : *Epistolæ*, quas scripsit Apostolus è carcere, „ quasi concluso utre, plus eructans sapientiæ, & spiri- „ tus : anhelans enim ad martyrium, ejusque desiderio „ æstuans, illas scripsit, quasi ultimas, & cygneas *cantio- nes.* Huic sanè Epistolæ haud absimiles judicavi à me compilatas, quorum Authores fervidi, vel viri Aposto- lici, vel nobiles Christi athletæ stylo profundo perscrip- sere. Mitto Isaiæ 39. v. 1. Epistolas, libros vocari, ut rec- tè observavit Ayllon. Mitto Hypolitum Marracium, ac Petrum de Alba memoriam fecisse quamplurium Au- thorum, quorum unicum ingeniorum suorum monu- mentum, vel concio, vel cantio, vel Epistola, vel Novena.

Chrysost. Epist. 148.

A Lapide in Epist. ad Ephesios. fol. 469.

Ayllon hic n. 1.

Interroget quinto diligens Lector, ut quid M. S.? Respondebimus primò, Insulis 1641. in 4. impressam fuisse Bibliothecam Belgicam M.S. (hoc est manu Scrip- torum) Antonii Sanderi; manuscriptas insuper esse prin- cipaliores Bibliothecas, scilicet Vaticana, Ambrosiana, Barberina, Sphorciana, Medicea, Hispalensis, Tolosana, quarum nonnullas officiosè perlustravi. Meritò igitur Cisterciensis Bibliothecæ Author Lectorem præmonuit dicens : *Se plurimos proferre Scriptores, quorum opera nondum lucem aspexerunt, &c.*

Carolus de Visch in Præfatione.

Pergat Scrutator sexto quærens, ac dicens : *Latinè scribis, & vernaculè laudas? Latinè scribis, idiomateque proprio inscriptiones librorum, recenses?* Et rectissimè; ter- minos ne transgrediar, quos posuerant in hoc genere scribendi duces, Patres, & Magistri. Quo idiomate Au- thor Bibliothecæ Hispanæ latinè elaboratæ, calamo di- numerans, exprimit librorum titulos? Proprio Authoris. Quo laudat Julianam Morel laudatus Author, & Dida- cum de Lemos Ambrosius de Altamura? Ille Hispanico, is-

Nicol. Anton. in Ginæcea.

Altamura Centuria 4. Bibliothecæ Dominicanæ fol. 248.

iste Lusitano; & sanè uterque Bibliothecam suam latinè compilavit. Hic gradum sistens prælaudatus Cisterciensis Lectorem præmonuit hisce verbis: *Eorum judicia propriis ipsorum verbis ordinariè recensere volui, quod hæc ipsa majorem fidem dictis concilient, & certiora gratiora plerumque habeantur.*

De his operæ pretium duco sciolum quemque (ut ille, cui Monteladiensis: *Sic vel de interrogatione, ignorantiæ sobole elate superbis, ut dubium cui perspicuè satisfactum est, à nemine solvendum præsumas*) præmonere, memor prudentis consilii ipsiusmet Interpretis alibi ajentis: *Et quis Scriptor olim, & nunc passus non est, aut peritiæ, aut invidiæ, aut æmulationis censuram?* Legat Christianus Lector, ac nequaquam dono Dei gratiæ insultando deroget, blasphemando, quod non intelligit, vel reprehendere quærens, ut Momus, vel Compilatorem arcessens, quia fecit hoc, quod ut facere possit, desuper accepit, & stylo hominis fecit, nunc simpliciter, nunc argutè, nunc solicitè, constantia variegata, sed necessaria admonens eos, ut olim Sixtus Senensis, *qui hæc lecturi sunt, ne à me exigant ornamenta verborum, & elocutionis elegantiam, quam nec profiteor, nec si profitear, in tam varia, & inæquali diversorum Scriptorum collectione servare possim.* Utque Avernorum Episcopo utar: Nos

Celada in 49. Genes. v. 6. §. 298.

Senens. in præfat. suæ Bibliothecæ.



Apolinaris lib. 8. Epist. ultima.

„ opuscula sermone edidimus arido, exili, certè ex maxima parte vulgato, cujus hinc honor ratus, quia facilis inventio est. Sanè profiteor audentèr sicut istic nihil acre, nihil eloquens: ita nihil inditum, non absolutum, non ab exemplo. Sed quid hæc pluribus? Dictio mea (quod mihi sufficit) placet amicis; in quibus tamen utrumque complector, sive non fallunt examine, seu charitate fallantur: Deum quoque (quod restat) in posterum quæso, ut secuturi, aut fallantur similitèr, aut censeant. Et alibi: Neque vereare, me quospiam judices Catonianos advocaturum, qui modò invidiam, modò ignorantiam suam, fictæ severitatis velamine tegant, quamquam imperitis venia debetur: cæterum quisquis ita malus est, ut intelligat bene scripta, non tamen laudet, hunc boni intelligunt, nec tamen laudant.

dant. Enixiſsimè toto in opere curavi, ne quid à Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ ſcitis, à Sanctorum PP. ſententiis, à Conciliorum decretis deviaret; unde ſi quid ſecus inventum, irrepſiſſe calamo non volentis, nec authoris velim intelligas. Vale, & noſtrorum laboribus favete.

PROTESTATIO AUTHORIS.

LECTOR adverte in elogiis virorum illuſtrium, quos hoc libro complexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videntur adſcribere; perſtringo nonnunquam aliqua ab iis geſta, quæ, cum vires humanas ſuperent miracula videri poſſunt; præſagia futurorum, & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi: denique nonnullis ſanctimoniæ, vel martyrii videor appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis lectoribus propono, ut nollem ab illis accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam, quæ à ſola ſuorum Authorum fide pondus obtineant. Proinde Apoſtolicum Decretum anni 1625. editum, & anno 1634. confirmatum, integrè, atque inviolatè juxtà declarationem ejuſdem Decreti anno 1631. factam, à me obſervari omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam, per hanc meam hiſtoriam ulli arrogare, vel famam, & opinionem ſanctitatis, aut martyrii inducere, ſeu augere; nullumque gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem; ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea hiſtoria obtinerent. Hoc tam ſanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſsimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione dirigi, & actione regulari.

BIBLIOTHECÆ
MINORUM DISCALCEATORUM
ATTRAMENTO SCRIPTORUM.

PARS PRIOR.

Prædicat, atque ſtudet Scriptor, largitur, & orat:

Affligitur, ſal dat, lucemque futuris.

Eccleſiam ditat, armat, cuſtodit, honorat.

Ex Joanne Gerſon Alphab. 1. de laude Scriptorum.

DUX ELEMENTORUM STUDIIS viget in Latiis — Auſon. de Litteris.

A



LPHONSUS A SANCTA ANNA, Prædicator, & Guardianus Conventus Dominæ Noſtræ à Loreto Populi de Sampaloc in Philippinis, Tagalo idiomate in publicum miſit:

EXPOSITIONEM DOCTRINÆ CHRISTIANÆ in 8. Manilę ann. 1628. Teſtem adduco Balthaſarem à Medina in Chronica Provinciæ Diſcalceatorum S. Didaci de Mexico à fol. 214. Eodem idiomate ibidem vulgavit Tractatum:

DE OFFICIO DIVINO. Ejus utilitatem teſtatur Fr. N. Fr. Antonius de la Llave Triènn. 16. Provinciæ S. Gregorii Philippinarum.

ALPHONSUS A S. BERNARDO, Ex-Diffinitor Provinciæ S.

Petri de Alcantara Discalceatorum in Regno Neapolitano, scripsit:

VIDA DE S. PEDRO DE ALCANTARA, Typis datam in 4. Neapoli apud Felicem Mossa ann. 1710. Vidi.

ALPHONSUS DE CRUCE, in Oppido Valdemoro Toletani Regni, nobilibus Parentibus ortus, strictiorem Discalceatorum Observantiam secutus in S. Pauli Provincia, Conventus S. Josephi Methymnensis, S. Antonii (non S. Angeli, ut Marratius scribit) Abulensis, & celeberrimi Salmanticensis, vulgò de el Calvario, Guardianus, bis Commissarius Visitator Provinciæ S. Joannis Baptistæ, quinquiès suæ præfatæ Provinciæ S. Pauli Diffinitor, primus fuit qui Sermones à se elaboratos idiomate nostro publicavit, nempe:

PRIMERA PARTE DE Discursos Evangelicos, y Espirituales en las Fiestas principales de todo el año. Matriti 1599. in 4. Barcinone 1600. in 4. Vidi.

VARIOS Discursos, ò anotaciones para las Fiestas principales de los Santos. Matriti 1599. Barcinone 1600. apud Jacobum Cendrad. Vidi. Edidit quoque:

DE LA Pureza de el Apostol S. Pablo. Matriti 1599.

CAMINO de la Salvacion. Salmanticæ 1625. Vidi.

COMPENDIO de la Vida Espiritual, ad Sanctam, & gravissimam Salmantinam Ecclesiam. Vidi. Salmanticæ eodem anno apud Antonium Ramirez. Inedita reliquit:

ESPEJO de Prelados. Sermones de Quaresma. Agunt de ipso Vvadingus, Nicolaus Antonius, Medina, Petrus de Alva, Mathæus à Nativitate in Chron. M. S. Provinciæ S. Pauli, Liber proprius Conventus S. Josephi Methymnensis, ubi 24. Januarii 1631. Patribus appositus; ibidem sepultus fuit. Perhibet quoque de nostro Alphonso, ejusque Compendio Vitæ Spiritualis testimonium R. A. P. M. Didacus de Salazar, Benedictinus, celebris Concionator, Doctor Salmanticensis, & Regens sui Religiosissimi Collegii S. Vincentii Salmantini, ut videri est in sua Epistola simul cum prædicto opere, ejusque initio affixa, ibidem impressa, quæ ecce adest:

„ Entre algunas vezes (menos de las que quisiera) que
„ voy à essa su Casa de V. P.
„ (retrato del Paraìso, recreacion del alma, soledad amena para los exercicios de la
„ oracion) una, que mi suerte
„ me llevò à su Celda de V. P.
„ (Celda de quien me parece
„ hablaba N. P. S. Bernardo,
„ quando dixo: *A Cella in Cœlum*;

,, *lum*; pues me parece sepultura ,, en vida, brete, donde aprisio-,, nado el cuerpo, buela el alma, ,, y se esparce en su Dios) vi so-,, bre una mesilla seis ò siete li-,, bros, que me llevaron los ,, ojos del alma, juzgando, que ,, donde se trata de ella, serian ,, incentivos de amor divino. No ,, me engañò el pensamiento; ,, porque el primero fue uno de ,, mano, que trataba de ora-,, cion, y exercicios suyos, cu-,, yo titulo era: *Compendio, y* ,, *zifra de la Vida Espiritual, y* ,, *camino de la Salvacion.* Convi-,, dòme la materia; porque tam-,, bien la letra era extremada, ,, y con ser yo tan elado (con-,, fusion de mi profession) à po-,, cas hojas, que leì, sentì en mi ,, alma nuevo efecto, y calor, ,, que me encendia. Codicioso ,, apeteci hurtar este Thesoro, ,, no para quedarme con èl, sino ,, para aprovecharme lo que ,, pudiesse. Traxele conmigo à ,, mi aposento, y apenas huve ,, entrado en èl, quando con la ,, codicia me embarquè en su le-,, tura. Ibame creciendo mas ,, cada dia, y en pocos le leì dos ,, vezes. Hallè, que era obra de ,, V. P. donde dà bien à enten-,, der la frequencia, y continua-,, cion, que ha tenido en este ,, exercicio; que las cosas mas ,, altas, y encumbradas, y que ,, los mas Espirituales con S. Pa-,, blo, ni saben, ni pueden de-,, zir, V. P. las explica, que pa-,, rece no habla como hombre, ,, sino como Angel; que como ,, sabia, y prudente abeja ha co-,, gido de todos los libros espi-,, rituales las flores, de que ha ,, hecho, y labrado un suavissi-,, mo panal de gusto, y deleyte ,, para el alma; y que assi para ,, principiantes, como para per-,, fectos, dà leche dulce, y ro-,, busto manjar, con que se ali-,, menten, creciendo unos, y ,, sustentandose otros; si bien ,, que en el camino de la virtud ,, el no crecer es bolver atràs: fi-,, nalmente hallo en este libro ,, escondido el thesoro de las al-,, mas, con que muchas se pue-,, den enriquecer. Y consideran-,, do, que el mayor servicio, ,, que se puede hazer à Dios, es ,, ganarle una, viendo, que con ,, este trabajo de V. P. puede ga-,, nar tantas, se le remito, buel-,, vo, y restituyo: suplicandole, ,, y encargandole la conciencia, ,, no sea avaro de bienes tan ,, grandes (que serà para Dios ,, muy grande ofensa) sino que ,, los saque en publico para bien ,, de la Iglesia, y provecho de ,, tantos hijos suyos. Que à mi ,, vèr tiene V. P. obligacion à ,, ello en conciencia, con que ,, descargo la mia, restituyendo

,, à V. P. lo que es suyo, como
,, diciendo lo que siento. Guarde N. Señor à V. P. en su santo amor, como deseo, &c. En S. Vicente de Salamanca à 20. de Marzo de 1625. El M. Fr. Diego de Salazar.

Nostri Vener. Alphonsi virtutes, Chronicæ nostræ monstrabunt, missis aliis clarissimis testibus, qui de eo scripsère.

ALPHONSUS FLORES, Concionator, Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Bætica, ad prælum parata reliquit in 4.

CONCEPTOS varios predicables.

MARIAL. SANTORAL. Passim in laudata Provincia inveniuntur horum operum copię fideles. In publicum, quod viderim, misit:

ORACION breve para el Mysterio grande, è impression grandiosa de las Llagas de Christo nuestra Luz en la carne santa de Francisco N. Padre, &c. Excudebat Didacus Perez Estupiñon anno 1643. ad Illmum. D. D. Franciscum Guerra Episcopum Gaditanum. Vidi.

ALPHONSUS A SANCTO FRANCISCO, Prædicator, Provinciæ S. Gregorii Philippinarum Custos, prælo dedit Manilæ:

SPECULUM Spirituale, & viam perfectionis, ann. 1653. in 8. Medina ibidem.

ALPHONSUS A SANCTO FRANCISCO, Concionator, Provinciæ S. Pauli Discalceatorum filius, Provinciæ S. Gregorii Discalceatorum in Philippinis aggregatus, edidit tres libros: Primum:

SUPER Divina Præcepta. Secundum:

DE Oratione ad Moniales. Tertium:

DE Oratione ad Tertii Ordinis Seraphici alumnos. Insuper posteritati M. S. tractatus varios dedit, quos inter:

APOLOGIAM vitæ, & boni spiritus V. Fr. Faancisci à Sancto Nicolao, Provinciæ S. Gabrielis filii, & Custodis præfatæ S. Gregorii Provinciæ. Joannes à Jesu in ejus vita M.S. quæ in Archivio Provinciæ S. Pauli Vallisoletano asservatur.

ALPHONSUS LUPUS (cujus mirabilium memoriam faciunt Daza, Joannes Ximenez, Joannes à Sancta Maria, Barezzus, Rapinæus, Joannes Baptista à Perusio, Elcearius, Joannes Blancona, Gravina, & Marianus apud Arturum in Martyrologio Franciscàno die 7. Junii. Martinus à Sancto Josepho tom.

tom. 2. Chronic. Provinc. S. Pauli cap. 25. Chronologi Provinciarum S. Joannis Baptistæ,& S. Josephi, Tiburtius Navarrus in suo S. Petro de Alcantara post mortem redivivo cap. 2. fol. 13. Fortunatus in Monologio Franciscano die 9. Maji, Joannes Baptista Madrigal in Prologo ad Lectorem sui Homiliarii Evangelici, de quo suo loco, missis aliis) gloria Medinæ Sidoniæ in Bætica Provinciæ Castellanæ Regularis Observantiæ alumnus, lætitia Provinciæ S. Joannis Baptistę, & honorificentia S. Josephi Minorum Discalceatorum, qui totam ferè Hispaniam, Italiamque prædicando lustrans, Salmanticæ octingentos, & amplius ex Scholasticis illius celeberrimæ Academiæ fervidissimis suis concionibus ad Ordinem Minorum suscipiendum induxit. Romæ apud S. Jacobum per Quadragesimam prædicans, processionem solemnem in die Paschatis instituit, Matritique, conciliatis sibi Populi animis, illos suæ Reformationi devotissimos fecit. Hic meritò sanè alter D. Paulus nuncupatus; qui magnam iniit amicitiam cum Sanctis Paschale Baylon Discalceato, & Felice à Cantalicio Capucino. Hic, qui S. Carolo Borromeo teste, nihil eorum, quæ spectari solent in perfectis Oratoribus habebat, & tamen partes Oratoris universas tenebat. Hic, ad cujus instantiam plura per Italiæ urbes instructa sunt Hospitalia. Hic, cui Sacra Virgo Deipara, & S.P.N. Franciscus quandoque assistebant, veluti suggerentes, dum Populo concionaretur, quæ eructare debebat. Hic, quem B. Angelus de Paz dicebat, in Italiam cœlitus à Deo missum, tanquam alterum Jonam in Ninivem, quemque omnes ubique Beatum, & quadam divina, singularique gratia præditum acclamabant. Hic dilectus Vice-Deo S. Pio V. dum Hispaniam ad suam S. Josephi (ut ipsemet promisserat Ministro Provinciali V. Fr. Antonio à Sancta Maria) Discalceatorum Provinciam reverteretur, extra Barchinonem Idibus Octobris (prænuntiato suæ mortis die) è vita excessit ann. 1595. Conventum Patrum Capucinorum Montis Calvariæ suo corpore ditans. De eo vivo id vulgi ferebatur: *Lupus movet*. Sed adhuc defunctus loquitur in suis operibus. Posteritati dedit:

COMMENTARIA Litteraria, & Moralia in Isaiam Prophetam, quæ ab eo manu propria conscripta jussu Eminentissimi Cardinalis Federici Borromæi Episcopi Mediolanensis asservantur in Bibliotheca Ambrosiana. reliquit insupèr:

CONCIONES plurimas Quadragesimales, & de tempore.

SUMMAM casuum conscientiæ, quæ unà cu ipsis Concionibus habentur M. S. in Bibliotheca Genuensi PP. Capucinorum.

TRACTATUM de casibus conscientiæ, reservatis, & Quæstiones varias Morales. Nicolaus Antonius tom. 1. & 2. Medina, & Genuensis in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum Typis dato Gennuæ ann. 1680. littera A.

ALPHONSUS DE MADRID, Conventus S. Angeli Complutensis Guardianus, Provinciam suam S. Josephi insinuantibus, & spirantibus pietatem libellis conspicuam reddidit his, scilicèt, vernacula lingua:

ARTE para servir à Dios. Compluti apud Michaelem de Eguia 1526. in 4. Burgis 1530. in 8. Compluti apud Joannem Brocar 1555. in 8. & hoc quidem verè aureum opusculum (verbis utor Nicolai Antonii in sua Bibliotheca Hispana) quod minus emendato dicendi genere non semel aures legentium læderet, Ambrosius Morales scitè reformavit, verbaque excellenti doctrinæ respondere adamussim fecit, atque edidit Matriti ann. 1598. Latinè autem vertit Joannes Entennius Dominicanus, Belga, qui olim in Lusitania Hieronymianorum sodalis fuerat, vir doctus, aliisque operibus celebratus, cujus quidem versio prodiit Lovanii 1576. in 16. itemque Ingolstadii apud Sartorium 1578. Italicè apud Paulinum 1604. & Gallicè apud Guidonem Bondovillie Tolosanum Typographum 1555. in 16. necnon & Germanicè à Jacobo Tarcin Gallo Bravanto Franciscano.

ESPEJO de Ilustres Person. Burgis 1542. in 12. atque item Latinum ejusdem Entenni opera simul cum *Arte inserviendi Deo.* Speculum verò Italicè dedit locupletatum, à se Carolus Bascape, Novanensis Episcopus.

SIETE Meditaciones de la Semana Santa, quem libellum Gallicè interpretatus est Gabriel Chapuis, Turingus, Regis Galliarum Historiographus, editum Parisiis 1587.

TRATADO de la Doctrina Christiana, editum cum *Arte Deo inserviendi.*

ALPHONSUS A MATRE DEI, Provincialis Commissarius in Japonensi Regno, ad suum Commissariū Visitatorem Fr. Antonium Francès, spiritu propheti-

tico ductus, die 8. Septembris ann. 1605. gravem scripsit:

EPISTOLAM, annuntians in ipsa futuram persecutionem Religiosorum nostrorum, ac Neophytorum. Consule Fr. Antonium de la Llave in Chronic. Provinciæ Discalceatorum Philippinarum Triénn. 12. cap.30.

ALPHONSUS A MEDINA, ex Oppido Carrion in Veteri Castella, Vir valdè spirituàlis, ac exemplarissimus Minorita Discalceatus in Lusitana Pietatis Provincia, vulgarem fecit Tractatum:

DE Oratione, & Contemplatione. Consulatur Georgius Cardoso tom. 2. Agiologii Lusitani die 27. Aprilis fol. 736.

ALPHONSUS PASTOR, Valentinus, ex Oppido Ayora, Provinciæ Discalceatorum S. Joannis filius, edidit Valentiæ, idiomate communi:

SOLITUDINES Amoris Divini, apud hæredes Chrysostomi Garriz ann. 1665. Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana tom. 2. & Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorum.

ALPHONSUS POZUELO, Provinciæ Discalceatorum S.Gabrielis alumnus, Theologicam Marianam pulcherrimam quæstionem elaboravit, nempè:

UTRUM cuncti Fideles Christiparæ, Ave dicentes, eo ipso illam ab originalis culpæ labe immunem protestentur? Typis datam Compluti an. 1616. Petrus de Alva, Medina, Nicolaus Antonius.

ALPHONSUS RODRIGUEZ, seu Rodericus, Provinciæ S. Joannis Baptistæ filius, non semel Guardianus, ac Diffinitor, Vir magnæ devotionis, humilitatis, ac spiritus, religiosissimo fine vitæ, ac virtutis circulum coronans ann. 1584. in Conventu antiquo S. Annæ de Villena, relicto sui desiderio, honorifico concursu, & sanctitatis opinione sepultus fuit, donec suorum venerabilium ossium translationem hymnis dulcissimis cœlestes Spiritus celebrarunt. S. Paschalis olim subditi sui oratu tractatum de paupertate á B. Joanne de Fano editum, ex lingua Italica, quam maximè callebat, in Castellanam primus transtulit. Arturus in Martyrologio Franciscano die 22. Februarii §. 3. Martinus à S. Joseph part. 2. suæ Chron. lib. 4. cap.2: Antonius Panes part. 1. suæ Chronic. lib. 1. cap. 32. Petrus Antonius de Venecia in Legendario Franciscano die 22. Februarii.

AL-

ALPHONSUS DE VASCONES, Franciscanus Excalceatorum Provinciæ Granatensis, Præfecturam illius domus, cui *La Hoz de Rute* nomen est, olim exercens, edidit:

ESTIMULO de el alma dormida. Hispali 1629.

ANTIDOTO de el Alma. Matriti ann. 1624.

PARA ayudar à bien morir. Hispali 1620.

DESTIERRO de ignorancias, y aviso de Penitentes. Hispali apud Mathiam Clavijo 1619. & apud Simonem Faxardum 1628. in 8. Hoc opus tribus partibus constat, editumque etiam post fuit; Matriti apud Viduam Alphonsi Martini 1620. in 8. cum antea fuisset etiam in 8. & Matriti 1614. Hæc Nicolaus Antonius, ex quo Fr. Balthasar de Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorũ. At licet Author (Guardianus quoque Malacensis Conventus Sanctæ Mariæ Angelorum) in principio primæ, & secundæ partis se Discalceatum nominet; in principio autem secundæ partis, cum ejus Oppidum, Patriamque Aguilar de el Campo, designat, non Discalceatum, sed Recollectum Granatensis Provinciæ se appellat. Ita observabit Lector sui libri inscripti:

DESTIERRO de ignorancias, primera, y segunda parte, y Pletima de el alma, y Arte de Ayudar à bien morir, in publicum missi Matriti à Francisco Nieto 1667. in 4.

ALVARUS DE ROXAS, sive de S. MARIA, & S. PETRO, sanguine nobilis, olim Doctor in Jure Canonico, ac Scholasticus Cauriensis, cum Fratribus Discalceatis (Deo mirabilia operante) Provinciæ S. Gabrielis in Extremadura connumeratus, virtutibus, ac doctrina conspicuus, conscripsit:

IN Apocalypsim S. Joannis Commentaria:

IN cap. 7. Danielis.

IN cap. 4. Zachariæ. Eos apud D.D. Gabrielem de Trexo S.R.E. Cardinalem, cui Author consignaverat, ut luci committi faceret, vidit olim Romæ noster Vvadingus, quos meritò laudat. Ego autem testimonium perhibeo veritati. In unicum tomum redacta vidi M. S. in 4. & legi in Conventu Dominæ nostræ de Luce Oppidi de Brozas, ubi in Archivio suæ Provinciæ adservari expertus sum ann. 1721. Agunt de ipso Arturus, Vvadingus, Nicolaus Antonius, aliisque missis, Chronologus eruditus laudatæ Provinciæ Fr. Joannes à Trinitate lib. 3. cap. 50. scribens:

Di

„ Dixe; que eran obra sin-
„ gular estos Comentarios de
„ Fr. Alvaro sobre el Apocalyp-
„ sis; porque hasta ahora no ha
„ havido Expositor, con quien
„ haya conformado en el prin-
„ cipal assunto de ellos, si bien
„ concorda en muchos puntos.
„ Despues que ha declarado los
„ tres principales capitulos de el
„ Apocalypsis, que contienen
„ doctrina moral, dirigida à los
„ siete Obispos, y demàs Fieles
„ de el Asia, y en ellos à todos
„ los Obispos, y Fieles de la
„ Iglesia universal, declara los
„ restantes, desde el principio
„ de el quarto hasta el vigesimo
„ secundo, que es el ultimo de
„ aquel libro, de el estado que
„ havia tenido la Iglesia (que
„ es la Congregacion de los Fie-
„ les) en el Judaismo, y el que
„ havia de tener en el Pueblo
„ Gentil, ò en la Gentilidad por
„ la predicacion de los Aposto-
„ les, y de otros insignes Predi-
„ cadores Evangelicos. Dize,
„ que el assunto de aquellos
„ diez y nueve capitulos en sen-
„ tido literal (sin perjuicio de
„ otros sentidos literales, que
„ han dado gravissimos Exposi-
„ tores) es la translacion de la
„ Iglesia de el Pueblo Hebreo al
„ Pueblo Gentil, de Jerusalen,
„ Metropolis, y cabeza de el
„ Judaismo à Roma, Metropo-
„ li, y cabeza de el Christianismo.
„ Dize, que debaxo de aquellos
„ similes, y enigmas và el Evan-
„ gelista S. Juan historiando es-
„ ta translacion, y los sucessos
„ mas considerables, que en ella
„ concurrieron, como son la in-
„ credulidad de los Judios al
„ Evangelio; su miserable des-
„ truicion por los Romanos; el
„ baptismo de el divino Precur-
„ sor; la venida de Christo al
„ mundo, y su doctrina; la pre-
„ dicacion de los Apostoles, y
„ de sus Discipulos; la conver-
„ sion de los Gentiles à la Fè; el
„ desolamiento de la Idolatria;
„ las crueles persecuciones de
„ los Emperadores Idolatras, y
„ demàs Tyranos contra los
„ Christianos; los tormentos, y
„ muertes de los Santos Marty-
„ res; la caìda de Roma Gentil,
„ à la qual se le dà nombre de
„ Babylonia por sus muchas, y
„ torpes abominaciones; la erec-
„ cion de Roma Christiana, y
„ fiel, à la qual (por esto) se le
„ dà nombre de Jerusalen nue-
„ va; y finalmente la transla-
„ cion de el Imperio Romano,
„ cuyo Solio, como en Corte
„ suya, estaba en Roma; para
„ que Roma fuesse (como lo es)
„ la Corte, y Sede de el Sumo
„ Pontifice Vicario de Christo;
„ y assimismo cabeza de todo el
„ Christianismo, como antes lo

,, havia ſido de el Imperio. Di-
,, ze, que ya eſtàn cumplidos
,, todos eſtos myſterios: y aſsi
,, no trata (como otros Expoſi-
,, tores) de la venida de el An-
,, tichriſto, de el juicio univer-
,, ſal, ni de la Igleſia Triumphan-
,, te; porque la Jeruſalen Santa,
,, y nueva, que baxò de el Cielo,
,, adornada como Eſpoſa de el
,, Cordero, declara es la Igleſia
,, Militante, y Roma Chriſtiana.
,, Eſcribió tambien el Siervo de
,, Dios Fr. Alvaro otros dos bre-
,, ves Comentarios (porque con-
,, ducian mucho à los de el Apo-
,, calypſis) uno ſobre el capitu-
,, lo ſeptimo de el Propheta Da-
,, nièl, y otro ſobre el capitulo
,, quarto de el Propheta Zacha-
,, rias. Ateſtò, y afirmò muchas
,, vezes (comunicando ſu con-
,, ciencia, y eſpiritu à ſus Con-
,, feſſores, y à otras perſonas
,, graves, y eſpirituales) que el
,, ſentido, que dà al Apocalyp-
,, ſis, y à los capitulos ſeptimo,
,, y quarto de los Prophetas Da-
,, nièl, y Zacharias, ſe le dictò
,, Dios; y que para recibir eſſe
,, Divino favor, ſe diſponia con
,, oraciones, diſciplinas, y ayu-
,, nos. Dictabale el Señor (co-
,, mo acabamos de decir) el ſen-
,, tido, y inteligencia; y man-
,, dabale, que buſcaſſe teſtimo-
,, nios, con que comprobarle.
,, No es de Fr. Alvaro la Expoſi-
,, cion: la comprobacion de ella
,, ſi. Muchas vezes le ſucedió,
,, que deſpues de haver gaſtado
,, muchos dias, y fatigadoſe mu-
,, cho en buſcar las pruebas, le
,, hablaba interiormente el di-
,, vino Eſpiritu, y le decia: Ve
,, à tal libro, y en tal parte le
,, hallaràs, ò, vè à tal librerìa, y
,, el primer libro, que ſe te ofre-
,, ciere à la viſta, abrele, y ha-
,, llaràs lo que deſeas: y efecti-
,, vamente hallaba la prueba,
,, pruebas en el libro, y par
,, donde ſe le decia, y al
,, primer abrir de el libro. En
,, fin de eſtos Comentarios dice,
,, que los ſujeta à la correccion,
,, y cenſura de la Santa Igleſia
,, Romana, à quien los ofrece,
,, y dedica, en cuya gracia, y
,, honra los ha eſcrito, y con
,, profunda humildad ſe los en-
,, comienda al Sumo Pontifice
,, Vicario de Chriſto Señor nueſ-
,, tro en la tierra. Yo los he le-
,, do atentamente, y tengo por
,, cierto, que el darlos à la eſ-
,, tampa ſerà ſervicio grande, que
,, ſe haga à la Igleſia Catholica
,, Romana, y à ſu cabeza el Ro-
,, mano Pontifice, cuya juriſdic-
,, cion, y authoridad, derivada
,, de Dios, niegan, y tanto im-
,, pugnan los Hereges. Mucho
,, deſea nueſtra Provincia hazer
,, à la Igleſia eſte ſervicio, mas
,, ſu grande pobreza la impoſſi-
bi-

„ bilita, para que proceda à la
„ execucion.

ANDRÆAS A SANCTO FRANCISCO DURAN ET QUINTERO, Hispalensis, Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Bætica Religiosissimus filius, Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitor, necnon omnigena eruditione clarus, ad prælum justis cum approbationibus M. S. reliquit tomum maximum inscriptum:

DE Cœlo, & mundo Ecclesiastico, & spirituali ex Cœlo, & mundo corporali in sacris litteris propositis juxta universum Sacræ Scripturæ metaphoricum sensum. Hujus operis & materiam, & scopum indicat Author in Prologo, hæc inter alia præmittens:
„ *Cum ergo* visibilia Dei, per quę
„ intellecta, ejus invisibilia conspiciuntur, in cœlo, igne, aere, aqua, terra, & homine
„ includantur, non immeritò ad
„ universam sacræ paginæ metaphoram, de his omnibus
„ hoc in opere agemus, cum in
„ his omnibus sumitur metaphora. Inde primus liber hujus
„ operis erit de Cœlo, secundus
„ de Igne, tertius de Aere, quartus de Aqua, quintus de Terra,
„ sextus de Homine, qui mundus
„ minor dicitur, & omnis creatura per convenientiam, quam
„ habet cum omni *creatura.* Legi istum prægrandem tomum Hispali in nostro S. Didaci Conventu ann. 1727. (in cujus Archivio asservatur) & quidquid creaturarum haberi poterat, in hoc corpus, octo libros amplectens, multo labore redactum, ac exquisitè elaboratum vidi.

SUPER Apocalypsim Commentaria litteralia. Est tomus in 4. continens sex supra centum Quæstiones; quarum prima: *Utrùm utilis sit litteralis sacræ Apocalypsis Expositio.* Ultima est: *De uncto Rege ficto Judæorum.* Composuit quoque etiam in folio opus insigne in quatuor ingentes tomos divisum ab Authore, nuncupatum:

SUMMA Theologica conformitatum utriusque Testamenti, in qua ex utroque Testamento, sacrorum Ecclesiæ Conciliorum, & SS. Patrum, veterumque Doctorum, necnon rationibus, & authoritatibus tota Fides elucidatur Catholica.

Tomus prior continet septem diffusos Tractatus, videlicèt: *De origine, & progressu prædicationis Evangelicæ à Christo Domino. De Christi Domini Regno in universo Orbe. De Christi primo Vicario, & Successoribus ejus. De Hierarchia Ecclesiastica. De Conciliis. De veritate, majestate, & concordantia Sacrarum*

Scripturarum. De Ecclesiæ Romanæ traditionibus.

Tomus secundus amplectitur tractatus copiosos: *De Fide, Symbolisque Fidei Ecclesiæ. Symbolorum Fidei expositionem. De Deo Uno, ejusque divinis perfectionibus, & attributis. De Deo Trino in personis. De Verbo Divino Incarnato. De Incarnatione. De adventu Christi Domini in mundum.*

Tomi tertii, sivè partis tertiæ Summæ Theologicæ sunt sequentes diffusi tractatus: *De peccato originali. De Sacramento Baptismi*, dogmaticè. *De Sacramento Extremæ Unctionis*, dogmaticè. *De Sacramento Pœnitentiæ*, dogmaticè. *De Satisfactione pro peccatis in Sacramento pœnitentiæ dimissis*, dogmaticè. *De Sacramento Sacratissimo Eucharistiæ, illiusque sacra Communione*, dogmaticè. *De Sacramēto Ordinis*, dogmaticè. *De Purgatorio. De erectione Templorum. De cultu Sacrarum Imaginum, veneratione Reliquiarum, & invocatione Sanctorum. De castitate virginali, & viduali, statu Monachorum, & Eremitarum origine. De castitate, & solutione primitiarum, & decimarum. De Sacramento Matrimonii.*

Ejusdem Summæ Theologicæ tomus quartus, & valdè ingens octo comprehendit eruditos Tractatus. Agit in primo: *De moralibus contentis in utroque Testamento, ubi de præceptis Decalogi, & aliis.* In secundo: *De Angelis bonis, & malis.* In tertio: *De pugna diaboli contra Christum Dominum: De pugna Judæorum, eorumque perfidia.* In quarto: *De persecutionibus Ecclesiæ, ejusque victoria.* In quinto: *De Mahumetana perfidia, rebellioneque illius contra Christi Domini universalem Ecclesiam.* In sexto *De adventu Antichristi ante Christi Domini adventum, & quisnam erit. De ejus contra Ecclesiam persecutione cum victoria Ecclesiæ.* In septimo: *De Christi Domini secundo adventu ad judicium: De resurrectione mortuorum, & damnatorum pœnis.* In octavo denique: *De æterna beatitudine.* Complentur singillatim quatuor isti prægrandes tomi tribus indicibus copiosissimis.

Scripsit quoque tomum integrum in folio:

CONTRA insanias falsas Michaelis de Molinos. Item alium tomum in folio:

APOLOGETICUM defensorium quarundam propositionum tertiæ partis suæ Summæ. Elaboravit insuper tomum in 4. inscriptum:

SUMMA Theologica Moralis. Constat duodecim tractatibus, quorum in primo agit de Sacramen-

mentis in genere, in ultimo verò sermonem instituit de impedimentis Matrimonii. Reliquit etiam M. S. secundam partem Summæ Theologiæ Moralis, intitulatam:

REGIMEN Ecclesiasticum, tam sæculare, quam Regulare. Est opus etiam in 4. in quatuor tractatus divisum, & utile valdè. In tractatu primo agit: *DE Legibus, & Constitutionibus in genere.* In secundo: *De Regimine Ecclesiastico ex sexto libro Decretalium.* In tertio: *De Regimine Ecclesiastico juxta Tridentinum.* In quarto: *De Regimine Ecclesiastico Regulari.* Extat tandem ejusdemmet Authoris in præfato Archivio aliud opus in 8. videlicèt:

EXPOSITIO damnatarum propositionum. Incipit: *Propositis propositionibus.* Consulatur eruditus Chronologus laudatæ S. Didaci Provinciæ part. 1. Chronicæ lib. 7. cap. 10.

ANDRÆAS A SANCTA MARIA, Provinciæ S. Pauli alumnus, ac Concionator, scripsit duplex

OFFICIUM Sacrum. Primum: De S. Froylano Episcopo Legionensi. Secundum: Pro solemnitate Seraphici Doctoris Cardinalis S. Bonaventuræ. Incipit: *Lux nova Francisci rutilans illuxit in Orbe.* *Vidi.*

ANDRÆAS DE OCAñA, Provinciæ Discalceatorum S. Josephi dignissimus Pater, foras dedit:

PRIMERA parte de Discursos Eclesiasticos. Matriti in Typographia Regia an. 1622. in fol. Inedita ob zelum strictioris paupertatis reliquit:

SECUNDAM, & tertiam partem, ab ipso elaboratas. Ejus memoriam fecit Author Bibliothecæ Hispanæ. Floruit in Regali Conventu S. Ægidii Matritensi die 12. Septembris anni 1619. Ejus præclaras virtutes, tribusque post ejus transitum transactis horis gloriosum apparuisse nostro Ven. Fr. Francisco de Cogolludo, refert N. Martinus à Sancto Josepho part. 2. lib. 3. cap. 16.

ANGELUS DE BADAJOZ, Concionator, necnon Provinciæ Sancti Josephi Diffinitor, ac tandem Provinciæ S. Pauli Religiosus alumnus, scripsit domesticus testis:

CHRONICA de la S. Provincia de S. Joseph. In Conventu S. Bernardini Matritensi, ac in nostro S. Joannis Baptistæ Zamorensi publicè legebatur ann. 1600. Non vidi; vidi autem, & legi Vitam V. Discalceati Fr. Melchioris de Gratia, ex præfata Chronica fideliter depromptam. Ejusdem extant *Carmina* quędam in

in capite libri inscripti *Triumphos de el amor de Dios*, impressi Methymnę Campi anno 1590. Resurrectionem mortuorum expectat Author in nostro Salmantino Conventu de el Calvario.

ANGELUS CORTES, Sacræ Theologiæ Lector in Provincia Discalceatorum S. Joannis Baptistæ; edidit:

SERMON de N. Señora de Monserrate. Oriolæ *1695*.

ANNA A CHRISTO, Getafensis propè Matritum, Monialis olim Regalis Toletanæ S. Elisabeth Conventus, una fuit ex primis Fundatricibus Monasterii nostrarum Discalceatarum Manilensium, prima Novitiarum Moderatrix, ac tandem Abbatissa. Scriptas reliquit complures Meditationes. Nonnullas pręlo dedit R. A. P. Fr. Bartholomæus de Latona, ut in suo opere scripto: *Perfecta Religiosa*, testatur lib. 1. cap. 37. scribens: „ De solo lo que en esta materia „ dexò ella escrito de su letra por „ la obediencia en veinte pliegos de papèl, que tengo en mi „ poder, se pudiera hacer un „ gran libro de Meditaciones, en „ que con gran energia, y propriedad declara muchos lugares de Escritura, discurriendo „ por ellos, al modo de el gran „ Padre S. Agustin en sus Meditaciones, Soliloquios, y suspiros: y algunas de ellas pondrè abaxo en el tercero libro „ de la oracion. Floruit non exigua sanctitatis opinione, ann. *1636*.

ANONYMUS Discalceatorum Provinciæ Pietatis in Portugallia scripsit hujus tituli opus:

COMO S. Francisco buscasse la pobreza. Ulyssipone 1529. Nicolaus Antonius in sua Hispana Bibliotheca.

ANONYMUS, alter, ejusdemmet Pietatis Provinciæ Discalceatorum in Lusitano Regno, scripsit idiomate proprio:

SUMMA de Confessores. Hunc, Fr. Matthæum fuisse nomine, Georgius Cardoso in quadam Epistola Romam missa, Bibliothecæ Hispanæ Authorem docuit; cujus rei testimonium se publicè dicturum 4. tom. Agiologii Lusitani, ibidem promisit.

ANONYMUS Discalceatorum Provinciæ Pietatis scripsit:

OCUPACION Espiritual de Catholicos, y explicacion de el Pater Noster. Conimbr. 1549. Ex Nicolao Antonio tom. 2. Bibliothecæ Hispanæ.

ANONYMUS, Discalceatus Pro-

Provinciæ etiam Pietatis filius in Portugallia transtulit vernaculè:

EXERCICIOS Espirituales de Eschio. Conimbricæ 1554. ex Authore Bibliothecæ Hispanæ.

ANONYMUS, tandem, Discalceatus ejusdem Provinciæ Pietatis, scripsit:

PREPARACION para la Comunion. Ibidem ann. 1545. Ex eodem.

ANONYMUS Discalceatus (Provinciam ignoro) in publicum misit:

SUMARIO breve en defensa de la Descalcez. Testem adduco Chronologum Provinciæ S. Didaci in Bætica tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 426.

ANONYMUS Provinciæ S. Gabrielis elaboravit:

TRATADO de el modo de administrar el Sacramento de la Eucharistia. Hispali apud Franciscum Perez 1605. in 4.

ANONYMUS ejusdem S. Gabrielis Provinciæ composuit:

TRATADO de el modo de administrar el Santissimo Sacramento de la Eucharistia, &c. Hispali Typis Simonis Faxardo ann. 1640. in 4.

ANONYMUS Discalceatus (Provinciam ignoro) Author fuit cujusdam Quadragesimalis Sermonis, secundi in ordine eorum, ex quibus constat liber intitulatus: *Quaresma Complutense*, excussus Compluti Typis Universitatis ann. 1674.

ANONYMUS, Provinciæ Sancti Josephi Discalceatorum, in lucem dedit, in 4.

INSTRUCCION, y Doctrina de Novicios. Matriti apud Bernardum de Villadiego anno 1670. Vidi.

ANONYMUS, Provinciæ Sancti Josephi, lingua Italica dedit:

BREVE Somario de alcuni Religiosi illustri per Santità de l' Sacr' Ordine Scalzo di Sant Francesco. Florentiæ ex Typographia Magni Ducis: prodiit ann. 1685. Vidi.

ANONYMUS, ejusdem Provinciæ S. Josephi, Italicè edidit:

VIA Crucis illuminata, ò vera instructione per fare fructuosamente la Via Crucis. Lucæ apud Peregrinum. Vidi.

ANONYMUS laudatæ Provinciæ, etiam lingua Italica, edidit:

EXORTASSIONE al Vicario di Christo, Pastore universali, è

della Santa Chiesa il' Sommo Pontifice, & ai Prelati, è Principi Catholici, fatta farè du parte di Dio dalla Vener. Madre Sour Maria di Giesu a ciocbe oferendo à Maria SS. Signora nostra il' grato obsequio di promoverse lo stato de la sua Immacolata Conzezione, Impressit Jacobus Valsisi Typographus Ducis Florentiæ in 4. anno 1719. Vidi.

ANONYMI præfatæ Provinciæ S. Josephi ediderunt opuscula inscripta:

BREVE noticia de el origen, que tuvo la devocion de el ayuno perpetuo en reverencia de la Purissima Concepcion de N. Señora, y de una Imagen suya con el titulo de N. Señora de el Fuego. Secundò Matriti anno 1706. devotione Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi Toletani D. D. Ludovici Emmanuelis Portocarrero. Item: *Novena, y devocion de S. Antonio de Padua.* Matriti 1712. *Testamento de el alma.* Etiam Matriti. *Novena de S. Buenaventura.* Ibidem 1723. Vidi.

ANONYMI Provinciarum Discalceatorum S. Josephi in nova Castella, & S. Pauli in Veteri edidere:

TRATADO de las Ceremonias, que en el sagrado ministerio de el Altar se deben guardar, para el uso de los Descalzos de las Provincias de S. Joseph, y S. Pablo. Matriti prodiit ex Officina Petri Madrigal 1595. in 4. Vidi. Agit de eo Vvadingus.

ANONYMI earumdem Provinciarum vulgarunt,

INSTRUCCION, y doctrina con que se han de criar los nuevos Religiosos de las Provincias de los Descalzos de S. Joseph, y S. Pablo. Matriti ex eademmet Officina eodem anno, etiamque in 4. Vidi.

ANONYMI Provinciæ S. Joannis in Valentino Regno compofuere

CEREMONIAL de el Oficio Divino. Valentiæ, 1615. in 4. Ex Vvadingo.

ANONYMUS Provinciæ Discalceatorum S. Pauli elaboravit

INSTRUCCION, y doctrina para la crianza de los nuevos Religiosos. Vallisoleti 1645. in 4.

ANONYMUS ejusdem Provinciæ scripsit ocularis testis:

FAMA inferior à la Verdad. Sub hoc titulo Beatificationis NN. SS. Martyrum Japonensium solemnissimè celebratæ Segobricæ, anno 1628., Historiam efformavit. Asservatam vidi in Archivio communi laudatæ Provincię. ANO-

ANONYMUS alter ejusdemmet Provinciæ alumnus, M. S. reliquit tomum integrum in 8. in duas partes divisum; cujus titulus:

CAMINO de el amor, y perfeccion Christiana, y medios, con que se consigue, con la explicacion de dos canciones de el Alma. In N. Regali Arevalensi S. Lazari Conventu, & legi, & vidi in Archivio repositum. Floruit Religiosus Author 1666.

ANONYMI laudatę S. Pauli Provinciæ, in publicum miserunt:

MANUALE Processionarium, Vallisoleti in 4. anno 1671. *Preparacion para la Missa.* Vallisoleti anno 1709. *Epilogo de la Vida de S. Rosa de Viterbo,* una cum ejus devoto Novenario. Ibid. 1726. *Novena de N. Señora de las Angustias.* Ibidem. 1726. *Novena de S. Pedro de Alcantara.* Legione 1726. Alia hujus generis devotionaria, opusculave mitto. Ex gratia: *Novena à N. Señora de la Porterìa, &c.* Matriti anno 1726. Devotione N. Fr. Fr. Josephi à Spiritu Sancto Philosophiæ actualis Lectoris in nostro Abulensi Conventu, ubi laudata Purissimæ Virginis Imago miraculis resplendet in diebus istis.

ANONYMUS Provinciæ Sancti Gregorii in Philippinis Insulis quædam ad Fr. N. Fr. Didacum de Chinchon, olim Provinciæ S. Josephi alumnum, actualem illius Provinciæ Provincialem Ministrum, non spernenda *CONSILIA* misit. Legi in laudabili Chronica Fr. Antonii de la Llave Trienn. 12. cap. 2.

ANONYMI devoti Discalceatæ Provinciæ S. Didaci in Bætica manualia edidere opuscula sequentia:

REGLA, y Testamento de N. Seraphico P. S. Francisco. Preparacion, y hazimiento de gracias para la Missa. Vidi.

NOVENA sagrada à la Immaculada Concepcion de Maria Santissima. Vidi.

ORIGEN de nuestra Señora de la Hiedra, y su Novena. Vidi. Colitur in Gaditano Conventu præfatæ Provinciæ.

DEMONSTRACION Juridica de la Justicia clara, que assiste à los PP. Descalzos, &c. Prodiit in folio 1685. Vidi.

ANONYMI Provinciæ Discalceatorum S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano, lingua Italica edidere:

DISCIPLINA Regolare per l' informazione, è, reformazione dell Huomo interiore, & exteriore ad uso di Novitii, & Novelli

Religiosi della Provincia di S. Pietro d' Alcantara nel Regno di Napoli.

ANONYMUS Discalceatorum Franciscanorum, Italis vulgarem fecit:

VITAM S. Petri de Alcantara, Hispanicè scriptam à N. Charissimo Fr. Fr. Joanne à Sancto Bernardo. Excussit Neapoli Dom. Anton. Parrin. ann. 1705. Vidi.

ANTONIUS A SANCTA ANA, Laicus, Provinciæ S. Pauli in Veteri Castella filius, ac fortis Martyr, de cujus Canonizatione actum est, scripsit:

EPISTOLAM igne potius, quam attramento. Fragmento fruere; cujus memoriam facit in sua S. Gregorii Philippinarum Chronica Fr. Antonius de la Llave Trienn. 16. Quando fui „ llevado (verba sunt Martyris) „ de los Olandeses, puse el Ha„ bito à enjugar en la Xarcia de „ el Navio, y amaneciò una „ mañana acribillado à cuchilla„ das, que le havian dado los „ Hereges, como en oprobrio „ de la Religion Christiana. O „ quien estuviera dentro de este „ santo Habito, para que fuesse „ compañero en los trabajos, „ como lo era quando yo le „ traìa puesto! O Santo Habito, „ y que envidia que te tengo! y „ què pesar, por no estar vesti„ do de ti! Mas que me quexo? „ que soi grande pecador, y no „ soi digno de tanto bien. Consule posteriorem hujus Bibliothecæ partem, Choro primo litera A.

ANTONIUS A BONAVENTURA, Martyr, gloria non exigua Provinciæ Discalceatorum S. Pauli in Veteri Castella, ubi solemnem Seraphicæ Regulæ professionem emisit, animarum zelo ductus ad S. Gregorii Philippinensem Discalceatorũ Provinciam se transtulit, indeque ad Japonense Regnum, ubi scripsit in vinculis:

EPISTOLAM spiritu, fide, & ardore plenam. Incipit: *Jesus sea con V. Charidad*, quam edidit Martinus à S. Josepho part. 2. suæ Chronic. lib. 4. cap. 25. Scripsit insuper:

LIBRUM variarum Concionum, manu propria exaratum. Incipit: *Vem à proposito este Evangelio.* Originale & authenticum vidi, & legi repositum in Archivio suæ S. Pauli præmemoratæ Provinciæ. Celebrant ipsum, ipsiusque gloriosum triumphum Martinus à S. Josepho, Petrus Antonius in suo Horto Seraphico tom. 1. fol. 319. Anton. de Huerta lib. 3. Histor. S.

Pe-

Petri de Alcantara cap. 25. Didacus à S. Francisco in Relationibus Japonensibus, & Fortunatus in Monologio Franciscano die 1. Septembris. De tribus Processibus pro Canonizatione hujus Martyris confectis, agam part. 2. hujus Bibliothecæ, Choro 1. littera A.

ANTONIUS DE BRAGA, Lusitanus, Provinciæ Discalceatorum S. Antonii alumnus, Custosque aliquando Brasiliensis Provinciæ, scripsit Lusitanè:

FLORES de S. Antonio colhidas de seus Sermoes. Unam, & alteram partem, cujus operis editionem promisit quædam Relatio Romam missa, teste Nicolao Antonio in Bibliotheca, & Balthasare de Medina in Centuria.

ANTONIUS CABRERA, Provinciæ Discalcearorum S. Joannis Baptistæ alumnus, Vir sanè ereditus, ac Sacræ Theologiæ Lector, Typis dedit:

SERMON de el gran P. S. Domingo de Guzman. Valentiæ 1696. Librum inscriptum:

GLORIAS DE PHELIPE QUINTO. Matriti 1708. in 4. Ineditos tandem reliquit:

VARIOS tractatus, Asceticos, & Morales Concionatoribus utilissimos, quos in tres partes distributos, decem tomis in 8. collectos adservat in Bibliotheca Conventus S. P. N. Francisci Oppidi de Carcagente, prælaudata Provincia. In tribus tomis primæ partis singulariter egit de habitu Fidei, martyrio, triumphis mirabilibus orationis, patrocinio Sanctorum, veneratione Reliquiarum, Imaginibus, Templis, dignitate Sacerdotali, ac triumphis Sanctæ Crucis. In tribus sequentibus agit de habitu Spei, ejus ornatu virtuoso, materiis quoque variis transcendentalibus. In aliis tandem de charitate in ordine ad Deum, proximum, ejusque propriis operibus v.g. de eleemosyna, exhortatione pro Defunctis, &c. Cuncta Indice cunctorum coronat.

ANTONIUS DEL CASTILLO, Bæticus, Maracitanus, Franciscanorum Discalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptistæ sodalis, Generalis Commissarius Terræ Sanctæ, Guardianus quoque Bethleemitici Conventus, propter morum innocentiam, & suavitatem, religiosa probitate & humilitate conjunctam laudatus ab Authore Bibliothecæ Scriptorum Hispaniæ; post alios plures, utiliter egit sacrorum Locorum nostræ salutis Typographum, scribens:

EL devoto Peregrino, Viage de Tierra Santa, ad Philippum Quartum Regem Catholicum, Matriti 1654. in 4. Iterumque ibidem Typis Regiis ad N. RR. Petrum Manerum Ex-Ministrum Generalem totius Seraphicæ Familiæ, Turiasonensem Episcopum, 1656. in 4. Anno 1660. etiam in 4. teste Petro de Alba in Militia. Agunt de ipso Nicolaus Antonius, & Medina. Prodiit tandem Parisiis in fol. 1666. Vidi.

ANTONIUS DE LA CRUZ, SEU A CRUCE, Ordinis Minorum Discalceatorum, natione Hispanus, Patria Valdemoranus, Conventus Sancti Antonii Abulæ Guardianus, Vir doctus, & divina prædicatione illustris, edidit:

DISCURSUS Evangelicos, & spirituales in præcipua Festa B. Virginis, excussos Barcinone Typis Jacobi Condrad anno salutiferi partus 1600. quo ipse clarebat. Hæc cum nostro Luca Vvadingo Hippolytus Marratius part. 1. Bibliothecæ Marianæ fol. 118. ex quo Petrus de Alba in Militia. Nihilominus existimo Authorem esse indistinctum à Valdemorano Alphonso de Cruce jam laudato, accuratius designato à R.A.P Hippolyto Marratio in Appendice suæ Bibliothecæ, verbo *Alphonsus de la Cruz*.

ANTONIUS DE CURARA, Provinciæ Pietatis in Lusitano Regno alumnus, Theologiæ, quæ ad mores spectat, peritus (quem inter Anonymos cum Nicolao Antonio, computarem, nisi R.P. Ludovicum Rebolledo in Cathalogo Scriptorum legissem) scripsit in 4.

MANUAL de Confessores, y Penitentes; Opus non semel impressum, recognitum, reformatum, & auctum studio illius Canonicæ doctrinæ fulgentissimi Luminis, Martini de Aspilcueta Navarri. Toleti in lucem prodiit ex Officina Joann. Ferrer 1554. in cujus capite affixam leges sequentem Epistolam memorati Doctoris vulgò Navarro denominati.

,, En la Carta, que os escribimos, pio Lector, quando la ,, otra vez se imprimiò este Manual, por tres respectos os diximos, sin lo saber el Author, ,, que por humildad no quiso ,, nombrarse, que à nuestro parecer no se havia imprimido ha ,, muchos años otra obra de su ,, tamaño, ni en Latin, ni en ,, Romance, Portuguès, Castellano, ni Francès, tan provecta para Confessores, y Penitentes: y que esto decia, como ,, quien havia visto, quasi todas ,, las de los Theologos, y Canonistas de esta materia en las ,, dichas lenguas impressas por ,, ha-

„ haver deseado desde niño sa-
„ berme confessar, y haver leì-
„ do Canones veinte y mas años
„ en las mui insignes Universi-
„ dades de Salamanca, y Tolo-
„ sa de Francia, y quince en esta
„ insignissima, mezclando siem-
„ pre con ellos la Theologia Mo-
„ ral, y Sacramental, de las quales
„ ninguna hai, donde el avi-
„ sado Lector no desee, ò no
„ deseche mas que en esta. Por-
„ que en las unas se desea ca-
„ si todo lo particular, en otras
„ las razones, textos, y autho-
„ ridades necessarias, y alega-
„ ciones especiales, y ciertas de
„ los lugares, en que los moder-
„ nos hablaron mejor que los
„ antiguos. En otras sobran fal-
„ sas opiniones; ò por creer mal,
„ que todo lo menos seguro es
„ dudoso; ò por no tardar lo jus-
„ to en ponderar sus fundamen-
„ tos. Y el Author de esta con
„ gran cordura, juicio, y dili-
„ gencia tecò lo general, y lo
„ particular. Rumiòlo todo mas
„ años, que para ello requiere
„ Horacio, y alegò lugares, aun
„ de los modernissimos, assi de
„ otras Ordenes, como de la su-
„ ya, sin retener nada de lo age-
„ no, como amador de la mui
„ alta pobreza, que profesò, y
„ guarda. Tomò la verdad de do
„ quier que la hallò, sin ningun
„ sabor de rancor, faccion, ò
„ parcialidad, sin ningun olor
„ de vanidad, envidia, ò ambi-
„ cion, con muchos perfumes
„ de charidad, y simplicidad
„ dignos de las Boticas de los
„ Padres Exemplares de su Pro-
„ vincia. Añadimos ahora lo pri-
„ mero, que os damos gracias
„ immortales, por avernos da-
„ do tanto credito, que en me-
„ nos de dos años se gastaron
„ dos mil, que se imprimieron,
„ y que el testimonio, que en-
„ tonces dimos, era conforme à
„ lo que concibieramos por la
„ primera vista, que le dimos,
„ para decir, si repugnaba con
„ la Fè Catholica, por mandado
„ de la Santa Inquisicion, y aun
„ conforme à lo que concebi-
„ mos por la segunda; que des-
„ pues de estar impresso con mas
„ atencion, y diligencia, le di-
„ mos, à ruego del mismo Au-
„ thor, y su buen Coadjutor, y
„ algunos otros, para decir, si
„ nos parecia bien todo lo en èl
„ contenido, aunque en esta de-
„ seamos cien declaraciones, que
„ al pie de nuestro testimonio se
„ imprimieron juntas. Lo segun-
„ do; que como le comenzè à
„ reveer tercera vez havrà ya
„ quasi dos años à ruego de los
„ mismos, para efecto de se im-
„ primir tercera vez, nos pare-
„ ciò, que se podia mui mucho
„ mejorar para mejor merecer
„ di-

,, dicho testimonio en el estilo, ,, alegaciones, sentencias, y re- ,, soluciones, y muchas cosas ,, envueltas, y obscuras se de- ,, senvolviessen, y declarassen, ,, y muchas se quitassen, mudas- ,, sen, y añadiessen con tanto ,, estudio, cuidado, y tiento, ,, quanto tan infinita, y varia ,, dificultad, sutilidad, y utili- ,, dad requieren. Y comunicado ,, esto con sus Paternidades, y ,, considerado, que por algunos ,, respetos no convenia, que es- ,, to se hiciesse en su solo nom- ,, bre, ni en el solo mio, ni que ,, distinguiesse lo del uno de lo ,, del otro, acordamos, que por ,, la charidad Christiana, que ,, principalmente busca la gloria ,, de Jesu-Christo, èl me comu- ,, nicasse los trabajos, que puso ,, en componerlo, y yo à èl los ,, que ponia por mi parte en re- ,, formarlo, y quedasse comun ,, de ambos, y hablassemos en ,, èl juntos, sin decir: Esto puso ,, el uno, y aquello añadiò, mu- ,, dò, ò quitò el otro, confor- ,, mandonos en todo, y quedan- ,, do unanimes, como es uno el ,, espiritu, que hemos deseado, &c. Quid pulchrius?

ANTONIUS DE ABILA, Provinciæ S. Josephi dignissimus filius, necnon Pater, Vir Philippo III. piissimo Hispaniarum Regi dilectus, virtutibus, ac miraculis clarus, vitam conscriptam reliquit cujusdam Venerab. Laici Discalceati, visionibus, ac revelationibus illustris, cujus conscientiæ, & spiritus arbiter, & Pater olim stitit in nostro S. Antonii Abulensi Conventu, nempè:

VIDA de el Ven. Fr. Felipe de Barcelona. Ad litteram ferè fideliter transcriptam in publicum miserunt Joannes à S. Maria lib. 3. part. 2. suæ Chron. cap. 35. Martinus à S. Josepho part. 2. à fol. 127. cum quibus tom. 1. mearum Chronic. lib. 4. à cap. 18. Floruit anno 1616. non exigua sanctitatis opinione.

ANTONIUS FERRER, Valentinus Joannis filius, quem in Algeriensi captivitate hera ejus adversus constantem propositi non temerandæ cum Infideli castitatis, irritata, fustibus occidi fecit, Excalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptistæ Ordinis Minorum Familiam eximia virtutum Apostolicarum dignitate, & miraculis decoravit. Hujus Mater gravida sibi visa est in quiete audire in albo catulum latrantem: quo somnio ejus eximiam prædicationem preinitiatam fuisse quis dubitet? Concionibus tam in Templis, quam sub diu ha-

habitis & Pœnitentiæ Sacramenti adminiſtratione, innumeris mortalibus viam ſalutis munivit, Chriſtiana humilitate, ac prophetico ſpiritu doctrinam mirabiliter commendantibus. Scripſit:

ARTE de conocer, y agradar à Jeſus. Oriolæ apud Ludovicum Beros 1620. in 4. Nicolaus Antonius, & Medina. Agit de eo ex profeſsò Antonius Panes in Chronic. præmemoratæ Prov. part. 2. lib. 6. cap. 50. cujus olim Sacræ Theologiæ Lector, multotiès Guardianus, bis Diffinitor, Cuſtos, & Provinciæ Miniſter. Non exigua ſanctitatis opinione ad meliorem vitam tranſiit in Conventu S. Joannis de la Ribera prædictæ Urbis, & Provinciæ anno 1644. die 22. Junii. In ejus utique laudabili, ac quatripartito opere ſeptem ſupra viginti elucidantur tractatus, videlicèt:

DECLARACION de toda la Doctrina Chriſtiana. --- De la Confeſsion, y de todas ſus partes. De las Indulgencias. -- De el Purgatorio. --- Exercicios para el Adviento, y como ſe ha de preparar el alma para recibir el Niño Jeſus en la Paſqua. -- Exercicios para el principio de el año, y en particular para el dia de Año nuevo. - Exercicios para la Semana Santa. -- Exercicios para la Paſqua de el Eſpiritu Santo. De lo que debe hacer el ſiervo de Dios cada mes, y cada ſemana. De las Ceremonias de la Miſſa, que ſignifican. Examen de conciencia para cada dia. Forma de acuſarſe en las Confeſsiones ordinarias. De la frequente Comunion. Preparacion para antes de la Comunion, y Mementos para la Miſſa. Oraciones para antes, y deſpues de comulgar. De el cilicio, y otras mortificaciones. Exercicios de la muerte, y para tener el penſamiento bien ocupado, y de las virtudes mas importantes. Exercicio admirable, con que en poco tiempo ſe puede aprovechar mucho. Exercicios, en que ſe empleaba la Virgen en el Templo. De las partes de el dia, y oraciones, que en cada una de ellas ſe han de hacer. Exercicios para el Oficio Divino. De lo que Chriſto padeciò en todas las horas. De unas admirables gracias para cada dia. De las tres vias purgativa, iluminativa, y unitiva. De la oracion mental, y vocal. De la altiſsima contemplacion. De la vida de el Salvador. Sunt tractatus diffuſi, & utiliſsimi. Legi.

ANTONIUS HUERTA, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi, in nova Caſtella, devotus alumnus, ſcripſit:

HISTORIA, y admirable Vida

da del glorioso Padre S. Pedro de Alcantara. Ad Excellentissimam Dominam Comitem de Oropesa. Matriti apud Mariam Rey, Viduam Didaci Diaz 1669. in 4. Ibid. simul cum prædicto opere prodiit in lucem:

PANEGYRIS, sivè Poema in laudem S. Petri de Alcantara, ipsius epilogans vitam à folio 497. Incipit:

Adsis Sacra Parens, adsis Sanctissime Christe,
Petrum laudare Angelicum (quem fata beatum. &c. Et à folio 503.

RELACION de la mui solemne fiesta, ceremonias, y aparato de la Basilica de S. Pedro de Roma en la Canonizacion de S. Pedro de Alcantara. Et in lib. 4. operis primò commendati:

TRATADO de la Oracion, y Meditacion, que compuso el Extatico S. Pedro de Alcantara, &c. Edidit insuper:

TRIUMPHOS gloriosos en la Canonizacion de S. Pedro de Alcantara. Matriti 1660. in 4. Vidi.

ANTONIUS JOANNES, Andreas de S. Josepho, patria Valentinus, antiquo sæculi nomine Joannes Andreas, ex Doctore Theologo & professore 22. annorum ejusdemmet Urbis Gymnasii, Minorita Excalceatus Provinciæ S. Joannis Baptistæ, Virque Apostolici fervoris in seminando Dei verbo edidit.

HISTORIA de la Imagen de Christo Crucificado, que se guarda en la Iglesia de Santa Tecla de la Ciudad de Valencia. Valentiæ 1625. iterumque apud Viduam Joannis Chrysostomi Garriz 1631. in 4. Vidi. Agunt de hoc sanè Venerabili Viro Medina, Martinus à Sancto Josepho, Nicolaus Antonius, & Antonius Panes in Historia laudatæ Provinciæ 1. part. lib. 11. cap. 42. memoriam faciens *duarum salutationum ab ipso scriptarum*, quarum una in honorem S. Josephi quem mirificè coluit, & alia in laudem Beatissimi P. N. Francisci (in cujus paupertate gloriabatur.) jussu Ven. Archiepiscopi Valentini D. D. Joannis de Ribera Typis data fuit. Ad Regnum Gloriæ, Christo vocante, hilari facie profectus est 24. Octobris 1603. sui desiderium, & Fratribus, & populo clamanti: *Apostolum Sanctum perdidimus,* relinquens.

ANTONIUS DE LA LLAVE, Provinciæ Discalceatorum S. Gregorii in Philippinis, Diffinitor, scripsit:

CHRONICA de la Provincia de los Menores Descalzos de S. Gregorio, ab anno 1522. ad usque 1623. ad Catholicum Regem

gem Philippum IV. Est opus quantitate magnum, & qualitate conspicuum. Ipsum M. S. sedulò legi in Matritensi nostro S. Ægidii Regali Conventu, approbationibus necessarsii fulcitum, quas inter censuram vidi Venerab. Martyris Gennesii de Quesada. In medium autem operæ pretium duxi & Authoris & operis ejus adducere judicium prælo datum in vita V. M. Hieronymæ ab Assumptione ab ipsomet Martyre ejus à Confessionibus elaborata, quam Matriti in fol. anno 1717. in publicum misit Fr. Augustinus de Madrid Provinciæ S. Gregorii Pro-Minister. Libro igitur 4. cap. 1.

,, De este assunto (loquitur ,, Censor, & Martyr) han escri-,, to algunos, aunque breve, y ,, sucintamente. Pero quien le ,, trata mui de proposito, y con ,, muy buen estilo, y verdad, co-,, mo hombre, que tiene mui ,, larga experiencia en estas Is-,, las, es el P. Fr. Antonio de la ,, Llave, Chronista de la Santa ,, Provincia de S. Gregorio, y ,, Difinidor en ella, en una ,, Chronica, que ya tiene dis-,, puesta para imprimir, y saldrà ,, presto à luz con el favor de ,, N. Señor, en la qual teniendo ,, por principal motivo tratar ,, de la Fundacion de la Santa ,, Provincia de S. Gregorio en ,, estas Islas Philipinas, tratá tam-,, bien de todo lo sucedido en ,, ellas, desde que en tiempo del ,, prudentissimo Rey Phelipe II. ,, las conquistaron nuestros Es-,, pañoles; y haze assimismo ,, una larga, y mui curiosa des-,, cripcion de todas, y en par-,, ticular de la Ciudad de Bo-,, lonia.

Reliquit insuper M.S. copiosam *Relationem virtutum V. M. Hieronymæ ab Assumptione.* Præ manibus habuit R. P. Fr. Bartholomæus de Latona pro efformatione sui libri intitulati: *Perfecta Religiosa*, ut ipsemet fatetur in Prologo lib. 1. num. 2.

ANTONIUS DE LA MAGDALENA, Provinciæ S. Pauli Apostoli in Veteri Castella sodalis, Sacræ Theologiæ Lector, Concionem habuit in celeberrimis Festivitatibus Purissimæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis in gravissimo S. P. N. Francisci Salmantino Conventu celebratis, publici juris factam ibidem per Didacum Cussio 1619. ex qua unà cum aliis librum in 4. efformavit R. P. Fr. Gaspar Vigachoaga, Prædicator, & Guardianus laudati Coenobii. Ejus meminit R. A. P. Fr. Petrus de Alba, in Militia universali fol. 108.

ANTONIUS A SANCTA MARIA, nobilibus Parentibus ortus Placentiæ, in Extremadura, ab incunabulis, virtutibus, ac litteris deditus, metro vulgari, & latino, itemque utraque soluta oratione excelluit. Doctorque in utroque Jure Salmanticæ evasit. Romam profectus, illic ob ingenij sagacitatem, adhùc nempè in sæculo constitutus, multis Cameræ Apostolicæ muniis functus est, donec obtento Beneficio, in Patriam reversus, ibique aliquot annis animarum cura intendens, altioris demùm vitæ desiderio incitatus, Frater Minor factus in Provincia Discalceatorum S. Gabrielis; postea ad S. Josephi transitum faciens, ejus interventu Provincia divisa fuit in duas, videlicèt, S. Josephi, & S. Pauli. Utriusque Pater fuit, & in S. Pauli Provinciam transiit, & finem vitæ mortalis accepit in Convent. S. Gabrielis Segobiensi anno 1602. die 18. Julii ætatis suæ 81. quorum 40. in Religione absque mortalis sorde peccati dicitur transegisse. Agunt de ipso Fr. Alphonsus Fernandez in Annal. Placentin. lib. 3. cap. 28. à Nicolao Antonio in sua Bibliotheca Hispana adductus, Vvadingus, Chronologus Provinciarum S. Gabrielis, S. Josephi, & S. Pauli, Arturus in Martyrolog. Francisc. 18 Julii, eodemque die Fortunatus in suo Monologio Franciscano, & Peregrinus in Catalogo Sanctorum, Beatorum, & Venerabilium Ordinis Seraphici, typis dato Taurini anno 1701. Tandemque Tiburtius Navarro, fol. 80. & 81. cap. 80. his verbis: „ In Conventu Segobiæ V. P. „ Antonii à S. Maria doctissimi, „ piissimi. Lauream Doctoris „ utriusque Juris in Salmanticensi Academia adeptus, Romæ quoque in magna scientiarum æstimatione aliquot annos transegit. Reversus in „ Hispaniam, Ecclesiastica munera dignè, & laudabiliter „ obiit. His tandem relictis, omnia mundi bona cum paupertate Seraphica commutavit, & „ habitu inventus ut Minor, omnibus ejus virtutibus effulsit; „ quibus eximiæ sibi virtutis nomen apud Christianos comparavit: in Regulam nostram „ omnibus Religionis delatoribus acceptissimum Manuale „ scripsit. Hactenus Recollectus Tiburtius. Ejus igitur opera hæc sunt.

ESPEJO espiritual, *sacado de las Obras de Ludovico Blosio*, cum aliis duodecim tractatibus. Unus:

CONSOLACION, *que hace N. Señor Jesu-Christo à una alma afligida*. Alter:

VI-

VIDA de San Antonio de Padua en Octavas. Anno 1588. in 8.

MANUAL, ò Sumario de la Regla de los Frailes Menores, con la medula de la Declaracion de los Summos Pontifices, y de los Doctores y Padres de la Orden, y otras cosas devotas, y un modo de enterrar Religiosos. Quæ sub verbis istis: *Con otras cosas devotas,* comprehendit, sunt:

ALPHABETO espiritual mui precioso, de Juan Taulero.

GRADOS de humildad, y obediencia.

INSTRUCCION, y doctrina, que todo fiel Christiano debe saber: aliaque hujusmodi: Matriti 1591. Cordubæ 1593. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1598. in 32. Valentiæ 1603. in 16. Gloriosum, apparuisse in conspectu Domini indicant sui corporis post mortem mirabilis flexibilitas, & color, virtutes non vulgares, revelationes, miracula, nec non suavis, immò cœlestis odor sepulchri, quo olim adstantes omnes mirificè recreabantur. Ad Astra migrasse die 18. Junii refert noster Martinus à S. Josepho part. 2. suæ Chron. lib. 5. cap. 4. Cæterum ex Libro proprio Conventus Segobiensis notum est mihi, non 18. Junii, sed Julii ejus transitum fuisse. Ejusdemmet Authoris ad Lectorem, de Libello, & Regula extat carmen initio præfatæ Expositionis affixum. Ejus exordium:

Qui fugis ad Sacri Francisci dogmata mira,
Accipe, quæ mitto, munera magna tibi. Scripsit insuper:

INSTRUCCION, y doctrina de Novicios, qua qui usi sunt in utraque S. Josephi, & S. Pauli Provincia, participes facti sunt amicitiæ Dei. Pro educatione filiorum præfatæ S. Pauli Provinciæ secundò in lucem prodiit Vallisoleti in Typographia Regia ann. 1645. in 4.

TRATADO de las Ceremonias ad usum earumdemmet Provinciarum, suppresso nomine, impressum Matriti an. 1595. in 4.

VIDA de San Francisco en octavas. Annum, & locum impressionis quæsivi, & non inveni. Consulatur Joannes à S. Maria 2. part. suæ Chron. lib. 4. cap. 19. ubi etiam de quibusdam aliis piis opusculis N. V. Authoris sermonem instituit, ex quo Arturus supra allegatus.

ANTONIUS A SANCTA MARIA, strictioris Observantiæ in Discalceata Sancti Josephi Provincia alumnus, edidit Valentiæ in 16. ann. 1603.

COMPENDIO de la Regla de

N. Seraphico Padre S. Francisco. Hæc Charissimus Fr. N. Fr. Balthasar de Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorum, immeritò ipsum distinguens à præfato N. Antonio à S. Maria olim Salmantino Doctore. Suæ Expositionis meminit R. A. P. Fr. Petrus de Alba tabula 2. sui verè aurei libri intitulati: *Portentum gratiæ.* Egimus supra de ipsa, & in meis Chronicis opinionem affero primarii Chronologi Provinciæ S. Gabrielis sic dicentis: *Compuso una breve Exposicion de nuestra Regla, con la qual nos criamos muchos de los que hoi vivimos: ojalà se huviera prohibido la impression de otras Exposiciones mas prolixas, &c.*

ANTONIUS A S. MARIA, alter (de quo id mihi liceat assumere, testarique, quod præ nimia dicendi copia inops & elinguis effectus sim) in Valle Athanasii, seu Tanais, Valtanàs vulgò, Palentinæ Diœcesis natus, nostram S. Pauli Discalceatam Provinciam, in ejus celeberrimo Salmantino Conventu, vulgò de el Calvario, habitum Seraphicum induens, illustravit, & illustrabit. Zelo incredibili, ad Fratres Minores Discalceatos Philippinarum transiit, ibidemque ad vesperam Theologiam docebat, illam ad Matutinum docente Martyre Domini Venerabili Gennesio de Quesada. Inde, ad opus conversionis Gentium segregatum, quantum & qualem fecit Dominus vineæ? Inter omnino (Gubernatis audis tom. 5. Orbis Seraphici lib. 2. cap. 1. §. 9. num. 301. fol. 455.) plu„mos, qui ad excollendam vi„neam fuere successivè postea „amandati, tota singularitate „emicuit (ut publicè dicebat hic „in Urbe Dominus Eliopolen„sis jam diù ibi versatus, inte„gerrimæ vitæ Prælatus, & Apos„tolicus Vicarius, cum summa „potestate per illa Regna cons„titutus) Pater Antonius à Sanc„ta Maria, è Reformata S. Pauli „Discalceatorum Provincia, „non minus sacra litteratura „quam Apostolico zelo cons„picuus, qui anno 1633. ad Si„nas ingressus, sanctis in labo„ribus exercitus anno 1643. „super Consodales suos in Sinis „Missionarios constitutus (ut „fusiùs alibi dicemus) ad an„num usque 1670. in Aposto„lico munere semper indefes„sus, Infideles innumeros Ec„clesiæ aggregavit Orthodoxæ, „Oratoria, atque domicilia, „sivè potiùs tuguria pro suo„rum habitatione in summa „paupertate constituit, sæpè „carceres, & vincula, ferasque „persecutiones, omnisque gene„ris

„ ris ærumnas pro Jesu Christi „ gloria lætissimè devoravit, & „ anno præfato 1670. pijssimè „ ibi requievit in Domino.

„ Nec oblivioni dandus „ Fr. Petrus de la Piñuela, in Ca- „ talogo Sinensium Missiona- „ riorum pag. 3. Antonius à Sācta Maria Hispanus, inquit, & „ Seraphicæ Missionis Fundator, „ venit in Sinas anno 1633. pri- „ mò in Provincia FoKien Evā- „ gelium prædicavit; deinde in „ Provinciam Nanquien perre- „ xit, unde excitata persecutio- „ tione, & inde per vim raptus, „ atque in Provinciam FoKien „ asportatus, in Philippinas re- „ meavit, ut ex inde transiret ad „ Curiam: in itinere ab Olandis „ captus, carceres, catenas, & „ probra diù sustinuit, qui postea „ redemptus, liberque dimissus, „ ab Innocentio X. Præfecti „ Apostolici munere decoratus „ est. Ad Sinas cum aliquibus „ sociis iterùm rediens primò in „ Metropoli Provinciæ Xan- „ tung Ecclesiam erexit titulo „ Sanctæ Mariæ Angelorum; „ hinc per loca, pagosque dis- „ currens, magno cum Fidei „ Christianæ incremento, varias „ fundavit Ecclesias, & Orato- „ ria, nec non multas aperuit „ Missiones. Exorta denùm ge- „ nerali persecutione, una cum „ Patribus Societatis Jesu, & „ Dominicanis in Provinciam „ Kuan tung sub custodia Mi- „ litum exul asportatus, sexage- „ nario major, in ejusdem Pro- „ vinciæ Metropoli ab exilio ad „ Celestem Patriam evocatus „ fuit sepultusque est ad Aus- „ trum fluvii. De cujus vita, & „ actis variæ extant relationes. „ In lucem ab eo edita sunt ope- „ ra sequentia:

Brevis declaratio principii, & finis rerum omnium.

Relatio Sinæ sectarum, latina lingua.

DE CONTROVERSIIS primogenitorum defunctorum. Confucii cultus.

Varii Tractatus aliorum Sinicorum Rituum.

De aliis operibus singillatim testimonium perhibuit egregius in Sinarum Regnis verbi Divini seminator R. A. P. Joannes Balat Societatis Jesu gloriosus alumnus in Panegyrico N. V. Authoris (de quo in meis Chronicis) Cantoni 17. Junii ann. 1669. sequentibus verbis:

„ Ab otio semper ita ab- „ horrebat, ut nusquam ei vaca- „ ret, quod ut fugeret longè à se, „ perpetua ei exercitatio, & „ quasi lucta fuit cum libris Si- „ nicis, vel legendis, vel eorum „ transcribendis caracteribus, „ vel eorum vestigandis errori- „ bus. *Bina de Christiana lege*

opus-

"opuscula Sinicè composuit, prælo-
"que dedit:

"*APOLOGIAM* insuper pro
"Fide Christiana in ejusdem
"acerrimum insectatorem Sinam,
"non sine multarum vigiliarum
"sumptu conscripsit.

"*GALLICAM* etiam de Magæ
"cujusdam reductione narra-
"tionem, eamque justo satis vo-
"lumine comprehensam Hispa-
"no idiomate donavit, improbi
"sanè laboris argumentum.
"Quin & in variis carceribus
"propter Fidem inclusus, non
"otiatus, nunc his, nunc illis
"salutis monita impartiebatur,
"variaque vicinorum carcerum
"receptacula penetrando, in
"omnibus Christianæ legis se-
"mentem jaciebat. Hactenus laudatus P. Balat. Præter ista, hęc posteris sui Apostolici zeli monumenta reliquit:

RELACION de la entrada de nuestros Religiosos en la gran China in folio.

DUDAS, y Resoluciones à cerca de la buena conversion, y Christiandad del gran Reino de la China in folio.

APOLOGETICO à favor de los Religiosos de NN. PP. Santo Domingo, y San Francisco, Missionarios en China in folio.

INFORMACION de lo que los Ministros Evangelicos, sentian de de la Conversion, y Mission de China in folio.

RELACION de la gran persecucion, que huvo, y comenzò en la China. In folio.

RELACION de la segunda entrada en China de los Religiosos Descalzos de N. P. S. Francisco. Ejus initium: *No serà fuera de proposito* In folio.

CATECISMO ordinario en lengua, y caracteres Chinos. Quod edidit Cantoni ann. 1660.

COMPENDIO de la Ley de Dios. Hoc opus una cum quibusdam devotissimis opusculis ab ipsomet elaboratis in publicum mittebantur ibidem ann. 1680.

MEMORIAL en defensa del modo de evangelizar el Reino de Dios en la gran China, ad Philippum IV. Hispaniarum Regem. Incipit: *Gloria Dei est zelare verbum, & gloria Regis investigare sermonem.* Vidi.

OTRO Memorial sobre el mismo assunto, ad supremum Hispanicum Sanctæ Inquisitionis Tribunal. Prima ejus verba: *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Vidi.

COMMENTARIOS, y declaracion à la Philosophia Ethnica de el Confucio, Maestro, y Doctor de la China. Præ manibus habuit Author Centuriæ Minorum Discalceatorum, ut ipsemet fatetur. Hoc opus tripartitam est. Agit in prima:

DE Sectis Sinensium Philosophorum. In secunda:

DE Sectis popularibus Idolis, ac Templis. In tertia:

DE agnitione Dei vivi, de ingressu, ac progressu Sacrarum Religionum in illis Regionibus. Dignum prælo judicavit Mutriti 6. Decembris anno 1678. Illmus, ac Rmus. N. Salizanes. Vidi.

APOLOGIA del Subtil Doctor. Hanc ad Goanos nostræ Fidei vindices misit anno 1644. in folio.

DEFENSORIO de la Authoridad del Santo Tribunal de la Santa Inquisicion. Huic finem imposuit tertio Februarii anni 1642.

MANIFIESTO de verdades. Solutiones sunt quarumdarum replicatum adversus memoratum Defensorium Authoritatis Inquisitorum.

DEFENSORIO del R. P. Fr. Benito de Christo, Gobernador de un Obispado. Ad S. Officium Goanum 6. Julii ann. 1641. in folio.

OTRO Defensorio de el mismo Gobernador, in folio scriptum. Non habet diem, neque annum. Legi.

EXPOSICION de la Bula de S. Pio V. contra los que ofendieren à los Ministros de la Santa Inquisicion. Scripsit in Macao 15. Februarii 1642. in folio.

EPITOME de la vida de la V. è iluminada Virgen Soror Maria Magdalena de la Cruz, Fundadora, y Abadesa de el Convento de Franciscas Descalzas de la Ciudad de Macao en la gran China. Legi. In folio.

DISCURSOS Theologicos. Agit in illis de visione divinæ Essentiæ, quam habuit in via Deipara semper Virgo. De opere isto testimonium perhibet, ut ocularis testis, R.P. Fr. Bartholomæus de Latona in suo libro inscripto: *La perfecta Religiosa*, lib. 1. cap. 27. num. 39. sequentibus verbis:
„ Pidiòle (loquitur de V. Sorore M. Maria Magdalena de Cruce ejus filia spirituali) que mirasse este punto en su Theologia, Escritura Sagrada, y Padres. Hizolo assi; y como comentando este papel, escribiò algunos discursos mui doctos. Estandolos escribiendo, le ordenò la Santidad de el Papa Inocencio X. que passasse à la gran China por Prefecto Apostolico, y fue en la ocasion, que yo lleguè à Philipinas: con que por su orden se me entregaron unos, y otros papeles; y me escribiò, que èl no los fiaria de otro, sino solo de mi; y que los mirasse con atencion, y los prosiguiesse, como lo hize, aunque con mui inferior, y desproporcionada erudicion.

PRO-

PROFECIAS concernientes al bien comun, y estado futuro de la Iglesia. Asservabatur Romę in Archivio Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. anno 1662.

TRIBUNAL de la conciencia. Agit de jurisdictionibus. Finem imposuit 20. Julii anni 1644.

RESOLUCIONES à la Consulta, si las Religiosas Descalzas de la primera Regla de Santa Clara, podian gozar proprios en comun. Ex Relatione Provinciæ S. Gregorii.

DEFENSORIO de el sentir de los Franciscanos en el modo de Evangelizar el Reino de Dios. Ad R.A. P.Ludovicum Gomez Societatis Jesu Visitatorem.

DE modo Evangelizandi Regnum Dei. Ejus exordium: *Quoniam apud te est fons vitæ.* Misit ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide. Legi.

DE modo Evangelizandi. In folio: Ad Eminentissimum Cardinalem nostri Ordinis Protectorem D. D. Franciscum Barberinum. Incipit: *Tu Cherub extensus.* Vidi.

TRACTATUM de Sinarum conversione. Scripserat Venerabilis Pater Nicolaus Longobardus Societatis Jesu; sed convertit in latinam linguam noster Author. Hujus operis non ultima laus est, Romam vidisse anno 1664. ibidemque ab Eminentissimis de Propaganda salutatum.

ANOTACIONES Dogmaticas, y Mysticas à la Floresta Franciscana. Hoc sub titulo extant tria volumina in folio illustrationibus Venerabilis Matris Mariæ Magdalenæ à Cruce, filiæ spiritualis nostri Venerabilis Antonii. Memorantur ab erudito, eorumque oculari teste Fr. Balthasare de Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorum; ipsa legi, ac cuncta ferè ejus opera, de quibus mentionem feci, quæ reposita asservantur in Archivii Generalibus Provinciæ Sancti Gregorii in Philippinis Insulis, nec non Provinciæ Sancti Pauli Apostoli in Castella Veteri. Agit quoque de nostro Scriptore, ejusque monumentis Venerabilis Noster Fr. Antonius à Martyribus in Historia M.S. Provinciæ S.Pauli.

ANTONIUS A MARTYRIBUS, vulgò de los Martyres, Provinciæ Discalceatorum S. Josephi, Concionator celebris, & Pater, scripsit:

VIDA, y obras marabillosas de la Virgen, y Esposa de Jesu Christo Agueda de la Cruz, Beata de el Orden de Santo Domingo. Ad Serenissimum Ferdinandum Hispaniarum Infantem, Toletanum Archipræsulem. Matriti apud

apud Didacum Flamenco 1622. in 4.

ANTONIUS A MARTYRIBUS, Venerabilis, & extaticus Vir, in Salmantino, vulgò de el Calvario, S. Josephi Conventu, & habitum Minoriticum lætus suscepit, & nomen Seraphicæ strictioris Observantiæ Militiæ in Provincia Sanct. Pauli fortis dedit, in qua quoadvixit Regulam ad litteram nudipes, pedester, exercitiis pœnalibus, studioque virtutum continuò deditus, servans, servavit. In juris Regularis intelligentia, Theologiæ quoque tam Scholasticæ, quam ad mores spectantis notitia singularissimè enituit. Occulta multifariam prædixit. Tandèm in Evangelica paupertate, quam semper amavit, stans plenus dierum eodem die, eademque hora, qua S. Petrus de Alcantara, diem clausit extremum Vallisoleti in nostro S. Didaci Conventu ann. 1682. Reliquit non exiguam sanctitatis opinionem, cui adhæret omnium suorum Confessariorum asserentium, quadraginta annorum spatio animam ejus gravi culpa maculatam minimè fuisse. Reliquit insuper opus in folio jussu Rmi. Samaniego à se elaboratum sub titulo:

BREVE compendiosa relacion de la Fundacion de la Provincia de S. Pablo de los Descalzos Franciscanos. Quod præ manibus habeo M. S. in folio.

ANTONIUS A NATIVITATE, Lusitanus, Discalceatorum Provinciæ S. Antonii, teste Medina, & Nicolao Antonio, ad prælum parata reliquit:

COMMENTARIA in Evangelia Festorum priorum sex anni mensium.

ANTONIUS PANES; Bæticus, in Discalceatorum S. Joannis Baptistæ Provincia Verbi Divini Præco, eleganter scripsit:

CHRONICA de la Santa Provincia de S. Juan Baptista de Religiosos menores Descalzos, duabus partibus: Valentiæ apud Hieronymum de Villagreca 1665. in folio. Vidi. Eo Authore se vidisse testatur Nicolaus Antonius:

VIDA de el esclarecido Varon, y ilustre Sacerdote Francisco Geronymo Simon. Item in publicum scripsit:

VIDA de el B. Fr. Pasqual Baylon. Valentiæ apud Hæredes Chrysostomi Garriz anno 1665. in 4. vidi.

ESCALA mystica, y estimulo del amor Divino. Valentiæ 1675. in 8. Scalam elaboravit soluta

oratione, stimulum autem metricè. Vidi. Ipsi adaptatum legi illud Virgilii:

Pan primus calamos cera conjungere binos
Instituit;Pan curat oves,oviumque magistros.

ANTONIUS DE PORTALEGRE, Lusitanus, strictioris Observantiæ Discalceatorum in Provincia Pietatis Professor, Mariæ Portugalliæ Principis Minister à Poenitentiæ Sacramento, dedit foras, nomen ipse occultans:

A PAIXAON de Christo metrificada, tam Lusitanè, quam Castellanè 1548. & postea Conimbricæ 1581. Nicolaus Antonius Medina.

ANTONIUS DE SERPA, Lusitanus, strictioris Observantię Professor in eadem Pietatis Provincia, Concionator celebris, electus Episcopus Cochimenensis in Orientis India, edidit:

EUCHARISTICAM Chronologiam ab ipso mundo, per figuras legis naturæ depictam, & enarratam, duobus voluminibus. Parisiis apud Sebastianum Cramoysi 1684. in fol. Nicolaus Antonius tom. 1. & 2. in Appendice cum Georgio Cardoso, Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorum, & Petrus de Alba in Militia.

ANTONIUS SOBRINO, Salmanticensis, natus ex illa inclyta propriis virtutibus, nec minus inclyta foecundissima omnium virtutum prole, quæ velut Symphorosa altera, aut Machabæorum Mater, filiorum ipsa pietate insignium, videlicet, Francisci Sobrino, Episcopi Pincia. ni; Josephi Sobrino, Regi Sacris Alberto, Austriæ Archiduci à studiis, Palentinæque Familiæ Parochi; Joannis Sobrino, Theologi, ac Medici Roderici à Castro, Hispalensis Præsulis; Thomæ Sobrino, Recollecti Franciscani in Religiosissimo Conventu de el Abrojo; Didaci de Sancto Josepho, Mariæ de Sancto Alberto, Cæciliæ à Nativitate; Sebastiani à S. Cyrillo, qui omnes nudipedum Carmelitarum Reformationi nomen dederunt. Ex hac, igitur, genere nobili conjuge foelice, filiis clara, atque multiplicis eruditionis meritò in æternum laudabili Coecilia Morillas, Salmanticæ natus noster Antonius Sobrino, ex primo Officiali Gabrieli de Zaifas, qui Philippo II. Regi à Secretis fuit, sodalis factus Minorum Discalceatorum, in Coenobio S. Bernardini Matritensis, Provinciæ S. Josephi strictioris

Ob-

Observantiæ nomen dedit. Tamque ibi, quam in aliis, quibus præfuit prædictæ Provinciæ Cœnobiis, virtutum omnium, quæ in Religioso homine expetuntur, emendatissimum præbuit exemplar. Methymnam veniens, ut legitimus Vocalis, dum in Capitulo Provinciali ibidem celebrato in Conventu S. Josephi divisa fuit Provincia in S. Josephi, & S. Pauli Provincias, electus fuit Diffinitor Provinciæ S. Pauli, ubi moram traxit. Postmodum Salmantinum Conventum S. Josephi, *vulgò de el Calvario*, gubernans, Provinciæ Discalceatorum S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno Commissarius Visitator institutus, suique Capituli Præses, functionibus Capitularibus completis, in præmemorata S. Joannis Provincia, præmissa licentia Ministri Provincialis S. Pauli, elegit abjectus esse; sed cum scriptum sit: *Qui se humiliat, exaltabitur*, ob eximias animi dotes, Angelicosque mores, in Provincia S. Joannis ter ad Guardianatus, semel ad Diffinitoriatus, sæpè ad Vicarii Provincialis honorem promotus, perpetuo Fratrum applausu fuit. Scripsit plures *Epistolas* tanto spiritualis Theologiæ Magistro dignas, quarum aliquas edidit part. 1. suæ Chron. lib. 6. cap. 28. Fr. Antonius Panes. Item reliquit: *DE LA VIDA espiritual, y perfeccion Christiana.* Valentiæ apud Joannem Chrysostomum Garriz 1611. in 4. Latino idiomate exposuit Apocalypsim cum elucidatione Commentariorum super Apocalypsim Arias Montani, quod mirabile opus M. S. in 4. probatum, ac licentia Rmi. P. Fr. Benigni de Genova, totius Ordinis Seraphici Ministri Generalis ad impressionem insignitum, Generale Archivium laudatæ Provinciæ S. Joannis conservat. Titulus autem hujus libri ecce adest:

IN DIVI Joannis Apostoli Apocalypsim per Fr. Antonium Sobrino, Minoritam, Sancti Joannis Baptistæ Excalceatorum Fratrum Provinciæ minimum, & immeritissimum Alumnum.

ACCESSIT huic operi elucidatio per eundem Authorem edita in Commentaria super Apocalypsim Benedicti Arias Montani.

DIALOGOS sobre el singular privilegio, y Mysterio de la Purissima Concepcion de la Virgen Maria Madre de Dios nuestra Señora. An iste liber (cujus memoriam fecit Hippolytus Marratius in Append. suæ Bibliothecæ Marianæ verbo Antonius Sobrino) decem Dialogos continens, editus in lucem fuerit, ignoro; scio tamen nostrum Antonium

Deiparam ſemper Virginem ab Adamitica labe immunem ſummoperè coluiſſe, librumque ſuum Dialogorum, Romam miſſum ad Paulum V. non abſque fœlici eventû. Scripſit tamèn:

THESOROS de Dios revelados à la V. Madre Franciſca Lopez. Opus tribus voluminibus contentum manu propria Sobrini exaratum, & Theſauri ad inſtar cuſtoditum.

Quadrageſimale, Adventuale, Sanctorale, varios Myſticos tractatus M. S. reliquit. Agunt de hoc eximiæ pietatis, & notiſsimæ virtutis Venerabili Viro Vvadingus, Nicolaus Antonius, Peregrinus in Catologo, Petrus Antonius de Venecia in Legendario Franciſcano die 10. Julii, Joannes à S. Maria part. 2. lib. 4. cap. 18. fol. 526. & tandem unus pro multis Antonius Panes part. 1. ſuæ Chronicæ à fol. 676. uſque ad 830. piè, & elegantèr virtutes, revelationes, raptus, miracula, omniaque mirabilia narrat. Ex cœtu mortalium ad Beatorum immortalem fœlicitatem glorioſo exceſſu properavit 10. Julii 1622. magno populorum concurſu parentante, & Deum laudante mirabilem in ſanctis ſuis. Hujus Beatificatio, teſte Fortunato Huever in Monologio Franciſcano §. 8. Hiſtoric. Proloquior. in Sacro pendet Romanæ Rotæ Tribunali.

ANTONIUS DE TRUXILLO, Concionator, bis Diffinitor, ſuæ celebris S. Gabrielis Provinciæ Chronologus, ac Religioſiſsimæ S. Petri de Alcantara, in Granatenſi Regno Commiſſarius Viſitator, publicavit:

VIDA de el V. Siervo de Dios Fr. Franciſco de Sancto Nicolao, Predicador Apoſtolico, Cuſtodio de la Provincia de S. Gregorio, è bijo de la de S. Gabriel. Prodiit in 4. ex Typographia Regia 168[illegible] Matriti. Vidi.

SATISFACCION Religioſa en defenſa de los Deſcalzos de N. P. S. Franciſco. Matriti apud Antonium Roman 1685. in 4. Vidi.

ARISTARCO, y Anotaciones Seraphicas en defenſa de la Regular Obſervancia de N. P. S. Franciſco. Valentiæ apud Benedictum Maze 1683. in 4. Vidi.

EXPOSITIONEM quandam votorum eſſentialium, & Seraphicæ Regulæ præceptorum.

ORATIONEM Funebrem inſcriptam: Edades de la vida. Cõpluri apud Nicolaum Xamares 1674. in 4. Vidi.

APOLOGETICOS Tractatus. Unum.

PRO JURE præcedentiæ Diſcalceatorum: Alium.

PRO authoritate JudicumConſervatorum. Inſuper librum val-

valdè eruditum sub titulo:
SAN MARCOS defendido. Matriti ex Typographia Antonii Roman ann. *1690.* in 4. Vidi. Tandem scripsit:

PARTEM secundam Chronicæ suæ Provinciæ, typis datam Matriti apud Antonium Roman anno *1693.* in folio. Vidi. Reliquit M. S. sub titulo:

TRIENNIOS Sacros, aliam suæ Provinciæ Historiam in Ordinis Archivio custoditam. Consulatur lib. 8. suæ Chronicæ cap. 24. n. 28.

ANTONIUS TUDANCA, Toletanus, Vir ob insignem doctrinam, & Religionem notissimus, Sacræ Theologiæ quatuor supra viginti annis Lector, dignissimus Diffinitor, & Provincialis Minister Provinciæ Discalceatorum S. Josephi, dedit in lucem:

TRATADOS de Discursos predicables para varios intentos. Matriti 1604. in 4. & iterum Matriti apud Gregorium Rodriguez anno *1656.* ad Excellentissimum D.D. Gasparem de Bracamonte, Comitem de Peñaranda. Spem fecit aliorum tractatuum, & latinæ expositionis libri Actuum Apostolorum. Reliquit M. S.

COMPENDIO de la vida de la V. Madre Soror Emerenciana Copones, Fundadora de el Convento de Capuchinas de Toledo. Unà cum ejus Funebri Concione ad Eminentissimum D. D. Paschalem de Aragon, Cardinalem Archiepiscopum. Ex Nicolao Antonio, Medina, & Relatione ejusdemmet Discalceatorum Provinciæ. Et vidi.

APOLLINARIUS FRANCUS, ex Oppido Aguilar de Campò, & antiqua S. Jacobi Provincia, nostris Discalceatis Insularum Philippinarum aggregatus, eorumque Commissarius Japonensis, ac demùm Martyr inclytus:

EPISTOLAS varias in vinculis conscripsit suo spiritu dignas, quarum duas in publicum misit Salmanticæ apud Franciscum Garcia, anno 1722. Chronologus laudatæ S. Jacobi Provinciæ lib. 5. cap. 3. duarum aliarum ignita fragmenta edita sunt part. 2. Chron. Fr. Martini à S. Josepho lib. 4. cap. 15. quorum unum ecce adest.

,, V. C. no sè, que se haze
,, allà. Ojalà no le ayan sabido
,, bien las cebollas de Egypto.
,, Buelva, buelva, que aora es
,, tiempo, quando se coge el
,, fruto de lo sembrado. Bueno
,, es morir en una Celda rodea-
,, do de Hermanos; pero mejor
,, es morir en una Cruz crucifi-
,, cado, ò quemado por Christo

Se-

„Señor nuestro. Ojalà oyga „V. C. dezir, que à su Hermano „no Apolinario lo quemaron, „por confessar el nombre Santissimo de mi Jesus. Ea, Hermino, buelva al Japòn, y „trayga Obreros, que cultiven „esta heredad, regada con sangre de tantos Martyres. O ignita eloquia vehementèr! Qui habet aures audiendi audiat, quìd spiritus dicat Verbi Dei præconibus. Ipsius meminerunt Petrus Antonius de Venecia in suo novo Franciscano Legendario 11. Septembris, Antonius de Huerta lib. 3. Histor. S. Petri de Alcantara cap. 15. Peregrinus in Catalogo.

AUGUSTINUS A CONCEPtione, Matritensis, in Provincia Discalceatorum S. Josephi Concionator, Vir mysticus scripsit:

DOCTRINA DE NOVICIOS. MANUAL.

CEREMONIAL de las Missas. Edita hæc sunt; sed tantummodò vidi Ceremoniale, quod Conchæ ex Officina Salvatoris Viader prodiit in lucem ann. 1647. in 4.

AUGUSTINUS A MAGDALENA, Provinciæ S. Pauli Apostoli in Veteri Castella filius in celeberrimo Conventu, vulgò de el Calvario, Salmantino Conventu, zelo animarum ductus, ad Provinciam Discalceatorum S. Gregorii Philippinarum gradum faciens, ejus Procurator Generalis factus, typis dedit:

ARTE de la lengua Tagala, anno 1678. vidi.

AUGUSTINUS A MATRITO, Concionator, ac S. Officii Qualificator, in S. Josephi Discalceatorum Provincia professus, zeloque animarum ad S. Gregorii Philippinarum translatus, quam V. Martyr Gennesius de Quesada, Carthaginensis Provinciæ filius, tandem ejusdemmet S. Gregorii alumnus, elaboraverat vitam, paucis additis, edidit, videlicet:

VIDA de la V. M. Geronyma de la Assumpcion, Abadesa, y Fundadora de el Convento de las Descalzas Clarissas de la Ciudad de Manila. Matriti apud Antonium Morin anno 1717. in folio. Vidi. Pro Beatificatione, & Canonizatione hujus V. M. Processus fiunt authoritate Apostolica.

AUGUSTINUS A MATRITO, ejusdem Provinciæ filius, quem à præcedenti indistinctum, judico, edidit:

RELACION del viaje, que hizo el Abad Don Juan Baptista

Sia

Sidoti, desde Manila al Imperio del Japon, embiado por N. SS. P. Clemente XI. Matriti 1717. in fol. Item:

MEMORIAL de el estado de la Santa Provincia de S. Gregorio en Philipinas, y de las Missiones de el imperio de la gran China, &c. Ad Catholicum Hispaniarum Regem Philippum V. Matriti 1715. in folio. Vidi.

AUGUSTINUS A SANCTO PASCHALE, de quo grandis sermo apud nostrum Charissimum Sacræ Theologiæ Lectorem, Definitorem Generalem, Patrem, & Chronologum Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Granatensi tom. 1. suæ Chron. lib. 3. à cap. 8. mundo spreto, strictiori Observantiæ Discalceatorum in Valentino S. Joannis à Ripa, Conventu anno 1636. nomen dedit. A sua dilectissima Provincia coram gentibus convulsis, & dilaceratis, primò in Insulis Philippinis in Provincia S. Gregorii plantatus, postmodumque in Sinarum Provinciis transplantatus, armaturam zeli accipiens, ut homo verè Apostolicus, Angelusque velox nomen portavit Jesu-Christi. Verba Fr. Petri de la Piñuela in suo Catalogo Religiosorum S. P. N. Francisci, qui Sinarum Imperium ad Jesu-Christi Evangelium prædicandum ingressi sunt ab anno 1579. usque ad 1700. de tanto Authore, ejusque clarissimis operibus testimonium perhibentis: fol. 3. & 4. ecce adsunt: „ Augustinus à S. Paschale, Hispanus, anno 1672. ex Provincia Kuan-tung in Provinciam „ FoKien profectus est, ubi unã „ fundavit, erexitque Ecclesiam; „ Rebellionum, bellorumque „ tempore multas pertulit passiones, & probra. Postea ad „ Provinciam Xantung. Metropolim proficiscens, illam restauravit Christianitati. In diversis Sinarum Urbibus multas erexit Ecclesias, & demùm „ ad Romanam Curiam Procurator Missionis electus, in itinere ex Philippinis ad novam „ Hispaniam, sexagenario major, defunctus est, & in mari „ sepultus. Opera ejus sunt sequentia:

EXPLICATIO Symboli Apostolorum eleganter elaborata.

CONFUTATIO erroris transmigrationis animarum.

COMPILATIO rationum hominem in vera perfectione constituentium.

ID, QUOD credere, & sperare debemus.

BREVES Interrogationes super doctrina Christiana.

*VARII Tractatus de contro*ver-

versis Sinicis, & aliæ quam plurimæ, & perutiles quæstiones, lingua Hispanica. Unicum vidi conscriptum an. 1694. inscriptum:

OPUSCULO final de consciencia. Missionarii Sinarum, teste memorato Chronologo Provinciæ S. Petri de Alcantara ibidem pagin. 475. suum Augustinum plangentes, pangebant nostro idiomate:

Triste fracaso, muerte lastimosa,
Perdida grãde, pena desmedida!
Como cortaste, Parca inadvertida,
El hilo de una vida tan preciosa?
Marchitòse, ay dolor! la mejor rosa,
Que en el Pardo vergèl era nacida.
Yà sin ti, ò Agustin, se vè sin vida,
Muerta nuestra Mission, si antes gloriosa.
Cõtigo se acabò nuestra alegria:
La Corona cayò, q̃ nos hõraba;
Pupilos sin tal Padre nos hallamos,
Extinguiòse la luz, que nos lucìa,
Apagòse el Farol, q̃ nos guiaba,
Justo castigo, pues assi pecamos.

Nonnulla fragmenta sui tractatus de Ritibus Sinicis in publicum misit Episcopus Rosalensis, Vicarius Apostolicus in Regno Sinarum, oblata cum suis observationibus Pontifici Summo Clementi XI.

AUGUSTINUS DE TORDESILLAS, è gravissima Conceptionis Provincia, ubi Seraphicæ Regulæ professionem emisit, in Provinciam S. Josephi Discalceatorum transmigrationem fecit. Fuit unus ex primis Fundatoribus Provinciæ S. Gregorii Minorum Discalceatorum in Philippinis Insulis. Postea in Sinas profectus, in omnibus, & per omnia suorum Commilitonum Venerabilium, nempe, Fratruum Discalceatorum Petri de Alfaro, Joannis Baptistæ Pisari, ac Sebastiani à Sancto Francisco, aliàs Baeza, tribulationibus communicavit, à quibus separatus, & in Provinciam Fo-Kien adductus (teste Charissimo Fr. N. Fr. Petro de la Piñuela supradictorum nostrorum Religiosorum, qui ad Sinarum Imperium ingressi sunt, Catalogo, fol. 1. n. 4.) ibi quoque ex uno ad aliud Tribunal ductus, præclara Fidei suæ testimonia dedit; qui demùm ferè nudus cum hyemis rigore, aliarumque rerum penuria premeretur, in Philippinas iterùm remeans, scripsit:

DE LA TRABAJOSA jornada de los primeros Missioneros de la China. Operis, & Authoris memoriam facit R. A. P. Frat. Joannes Gonzalez de Mendoza in sua Historia rerum Sinensium

ſium lib. 2. cap. 1. fol. 205. Nicolaus Antonius, Balthaſar de Medina, Antonius de Leon in Bibliotheca Orientali, ac Fr. Antonius de Llave ſubdens in ſua Provinciæ Sancti Gregorii Hiſtoriâ, centenarium mortem aſpexiſſe.

PROXIMA PRIMÆ.

B *Ex Picinello.*

BALTHASAR DE HERRERA, verbi divini Præco Apoſtolicus, Auguſtini primitùs Regulæ ſubjectus, Franciſci inſuper ſub ſtrictiori Obſervantia Provinciæ Diſcalceatorum S. Gregorii Philippinarum, Epiſcopus electus novæ Caceres, ſcripſit:

SERMONES VARIOS, typis datos Manilæ 1675. in 4. teſte Fr. Balthaſare de Medina in Centuria Scriptorum Diſcalceatorum.

BALTHASAR DE MEDINA, omni eruditione repletus, Sacræ Theologiæ Lector, Commiſſarius Viſitator Provinciæ Diſcalceatorum S. Gregorii in Philippinis filius, Diffinitor, ac Chronologus Provinciæ Mexicanæ Diſcalceatorum S. Didaci, ſcripſit:

CHRONICA de la Provincia de San Diego de Mexico. Excudebat ibidem Joannes de Ribera 1682. in folio. A folio autem 214. prædictæ Chronicæ:

CENTURIAM compilavit Scriptorum Diſcalceatorum ſtrictioris Obſervantiæ S.P.N. Franciſci ex Vvadingo, Petro de Alba, & Authore Bibliothecæ Scriptorum Hiſpaniæ, nonnullis additis. Hunc quoque Authorem compilaſſe *Conſtitutiones ſuæmet Provinciæ* impreſſas Mexici 1698. legenti approbationem Chariſsimi Fr. N. Fr. Joannis de Huerta, olim laudatæ Provinciæ Miniſtri Provincialis, liquidò patebit. Scripſit inſuper:

VIDA, Martyrio, y Beatificacion de el invicto Protomartyr de el Japon San Phelipe de Jeſus. Ibidem eiſdem typis anno 1683. in 4.

BARTHOLOMÆUS BURgillos, à Provincia Diſcalceatorum S. Gabrielis in Extremadura in Provinciam Diſcalceatorum S. Didaci in Mexicano Regno ſe contulit, ubi Qualificator, & Conſultor S. Officii, & à Sacramento Pœnitentiæ Marchionis de Gelves; in Japonenſe Regnum à PHILIPPO III. miſſus unà cum Religioſiſsimo Viro Fr. Didaco de Sancta Catharina Provinciæ S. Pauli Veteris Caſtellæ

tellæ alumno, tandem præfatæ S. Didaci Provinciæ Minister Provincialis, scripsit:

QUÆSTIONES Regulares.

DE LAS Justicias, y Alcaldes Mayores de las Indias.

DE LOS tratos, que acostumbran en los reales de las Minas.

DE la compra, y venta de la plata, y cadenas de oro. Hæc Balthasar de Medina fol. 215. num. 584. & fol. 154. & Fr. Antonius de Truxillo, part. 2. Chron. Prov. S. Gabrielis lib. 1. cap. 1. & lib. 8. cap. 24. num. 16.

BARTHOLOMÆUS MOLINA, Provinciæ Discalceatorum S. Josephi in Nova Castella alumnus, & Diffinitor, in vulgus edidit:

BREVE tratado de las virtudes de Don Juan Garcia, Alvarez, de Toledo, Quinto Conde de Oropesa, Matriti 1621. apud Alphonsum Delgado in 8. Petrus de Alba, Nicolaus Antonius, Medina. Operis, & Authoris meminit quoque R. A. P. Fr. Mathæus Grogero in vita V. Matris Mariæ de Jesu Carmelitanæ lib. 2. cap. 4. fol. 111. ubi pro Medina lege Molina.

BEATRIX DE LANGA, ex Oppido Methymnæ de el Campo Veteris Castellæ, sanguine clara, Virginum, Nuptarum, Viduarum quoque exemplar, Tertiaria nostrorum Discalceatorum, immò moribus, ac professione strictioris Observantiæ Discalceatorum nostrorum gloriosa emulatrix, suis Confessariis obtemperans, scripsit:

DE Beneficiis, ac Revelationibus à Deo acceptis in Oratione, codices non paucos. Ipsos (quos etiam legi) consulens N. Chariss. Fr. Fr. Franciscus ab Ascensione, Provinciæ S. Pauli filius, ac Diffinitor, conscriptam reliquit vitam hujus Venerab. Mulieris, quæ floruit ann. 16... Elaboravit quoque laudata Beatrix:

EXPOSICION de el Pater Noster. Præ manibus habeo. Incipit: *Maestro, quien sino mi amado.* In meis Chronicis Provinciæ S. Pauli, & hujus Expositionis, nostræque Beatricis memoriam facio, tomo 1. lib. 2.

BENEDICTUS A S. HIERONYMO, Provinciæ Discalceatorũ S. Pauli in Veteri Castella Sodalis, Ecclesiastes, ac Diffinitor, posteritati reliquit:

VIDA espiritual, y Arte Divina. Vidi, & legi M. S. in 4. repositum in S. Gabrielis Conventus Segoviensis Archivio.

BERNARDINUS PEREZ DE MEGA, ex Discalceatis Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, Com-

Commissarius Hierosolymitanus in ditione Genuensis Reipublicæ, edidit:

EXERCITIA conformitatis, & unionis cum Deo, mediantibus Maria, & Josepho, &c. Addito, etiam facillimo modo meditandi inter externas occupationes. Prodiit Genuæ ex Officina Petri Calenzani 1638. in 16. an latinè nescio. Ipsius memoriam faciunt Lucas Vvadingus, Nicolaus Antonius, ac Balthasar de Medina.

BLASIUS A MATRE DEI, Provinciæ Discalceatorum in Philippinis Insulis filius, & Pater, vero zelo ductus, scripsit ad Manilensem GubernatoremHispanè *Apologeticum* quoddam suæ Provinciæ. Incipit: *Sabido he, que los Señores de la Real Audiencia.* Videri, & legi potest in Chronica laudatæ Provinciæ elaboratæ à Fr. N. Fr. Antonio de la Llave trienn. 11. cap. 2.

BLASIUS DE S. RAPHAELE, Deo ligatus in Provincia Discalceatorum S. Didaci in Bætica, Guardianus sui Gaditani Conventus, edidit:

CONQUISTA, y pelea espiritual de el alma. Hispali apud Andræam Grande 1636. in 4. Vidi.

ESPEJO de disciplina Regular de S. Buenaventura. Ibidem, & apud eundem, eadem tempestate, etiam in 4. Insuper edidit:

EXPOSICION de la Regla Seraphica. Agunt de ipso Nicolaus Antonius, Balthasar de Medina, ac Franciscus de Jesu Maria tom. 1. Chronicæ laudatæ Provinciæ fol. 366. num. 124.

BONAVENTURA IBAÑEZ, Provinciæ S. Joannis Baptistæ verè filius, ad negotium animarum peragendum, primò in Provinciam Discalceatorum S. Gregorii in Philippinis, ibique per aliquot annos Maniliæ commoratus est. Anno autem 1649. (Fr. Petrum de la Piñuela sequor in Catalogo Religiosorum, qui Sinarum Imperium ad Jesu-Christi Evangelium prædicandum ingressi sunt, edito in lucem ann. 1700.) Sinas ingressus, ac in Provinciam Xantung profectus, P. Fr. Antonio à S. Maria adductus est, à quo ad stabiliendam, & propagandam Missionem, Romam missus, inde in Hispaniam venit; ubi à Regina Matre, & à Catholico Hispaniarum Rege sociis impetratis, in Sinas rediit, ubi ejus cura, & solicitudine variæ sunt erectæ Ecclesiæ, ac senior confectus octogenario major in Metropoli Kan-tung mortuus,

& sepultus est in Cœmeterio Missionis nostræ. Librum edidit.

DE necessaria doctrina Dei: Agunt de ipso Charis. Fr. N. Fr. Thomas Montalbo, Generalis Diffinitor tom. 1. Chronicæ suę S. Petri de Alcantara Prov. lib. 3. cap. 9. num. 4. Et quotquot memores sunt Apostolici Viri, & Præfecti Sinensium Missionum V. Fr. Antonii à S. Maria Discalceati nostræ Provinciæ S. Pauli filii. Scripsit quoque:

DE prædicatione Evangelii in Regno Sinarum, ubi Præfectus Apostolicus, & opere, & sermone Sinensibus eduxit. Coloniæ anno 1700. Legi.

OBSIGNABAT DISTINguens. *Capa trina signũ pessimorum apud Antiquos.*

C COECILIA DE MORILLAS, aliàs HENRIQUEZ, Henrici Viri nobilis, qui Salmanticæ degebat, filia, Antonii Sobrini Lusitani domo Brigantini probitate eximia juvenis conjux, inclyta propriis virtutibus, nec minus inclyta fœcundissima omnium virtutum prole, qua multiplici & æquè sancta, velut Symphorosa altera, aut Machabæorum Mater, filiorum ipsa decem pietate insignium omnium genitrix, & Magistra, æquè ac vitæ innocentia, & præstantissimæ, atque multiplicis eruditionis meritò æternùm laudabitur. Quibus ea nota fuit, vix verbis assequi se posse credunt naturalium, & supernaturalium dotum, quibus ditata erat numerum, & præstantiam, miræque ejus ingenii, ad quæque addiscenda veluti facti, perspicaciæ, & capacitatis excellentiam. Formabat litteras non unius generis perfectissimè, & ad typorum usque invidiam, auroque, & coloribus variegabat. Pictoriæ artis ea peritia censebatur, ut vultus humanos, etiam absentium ex ideæ penu fidelissimè repræsentaret. Linguis Latina, & Græca, vulgaribusque Italica, & Gallica promptè utebatur. Grammaticam, Philosophiam, atque etiam Theologiã non solum Scholasticam, sed Expositivam, uti vocant, & Mysticam, apprimè noverat; quarum præcepta filios docuisse domi raro ad omnem posteritatem exemplo, ac fœlicissimo, ut mox dicam successu, testimonio æqualium refertur. Sacros utriusque instrumenti libros frequenti lectione familiares sibi adeò fecerat, ut memoria talium fidelissima penè retinere omnes vulg[illegible] crederetur. Nullius artis, aut disciplinæ non penetra-

travit adyta. Quare litteris quique aut pietate ſpectati eam frequentabant, & ad inſtar oraculi venerabantur. Pictoribus, Aurificibus, Scultoribus, Coſmographis, Geometris, Aſtrologis, & Architectis, de eorum uniuſcujuſque artibus quidquid quæſtionis eſſet, mira exponebat celeritate, & perſpicuitate. Quare nil prius Pinciam accedentibus, deque ejus Urbis rebus, quæ notatu viſuque digniora eſſent, quærentibus Cæcilia noſtra commendari mos vulgaris fuit. Muſicæ artis non tantum regulas ac Theoriam mente comprehenderat, ſed ad conſonantiam inſtrumenti, quod Clavicordium nos dicimus, quodque illa docta pulſabat manu, ſuavitèr admodùm ſacra carmina modulabatur. Qua arte filios omnes imbuit, quorum unus Philippo II. Regi ob ejus præſtantiam fuit gratiſsimus. Acu veluti penicillo utebatur; globumque inter hujuſmodi alia (ſic vocant) terreſtre orbis terrarum, ſcilicet, manuariam imaginem, ſic dimenſionibus perfectum, ſparſiſque opportunè coloribus variegatum Phrygia arte depinxit, quæ non minus imperitorum oculos venuſtatis lenocinio, quam Doctorum mentes abſolutione totius operis alliceret, ac detineret. Flores itidem arte imitati ejus apud nos invento planè ſunt; quibus impreſſa veri effigie perſpicatiores illudebantur. Ad hæc pectus virili fortitudine armaverat, animum verò, quod ſupra omnes aliàs ingenii, atque induſtriæ dotes glorioſum eſt, iis virtutibus, & ſanctitate vitæ, ut Philippo Regi nulla magis idonea viſa alia ſit, quam Eliſabethæ Mariæque Auſtriacis filiabus ſuis morum Magiſtram daret, niſi excuſaſſet ea conjugalem ſtatum, debitaque illa, non ſolum viro, quotidiani convictus, ſed, & propriis filiis, accuratæ educationis obſequia. Deceſsit Pinciæ tandem hæc, ævi ſui decus, Heroina, ultima die Octobris anni M.D.LXXXI. ætatis ſuæ XLII.: ſepulchroque honorificentiſsimo conditum ejus cadaver ſub hac modeſtiſsima inſcriptione ibidem jacet.

CÆCILIA MORILLAS

NATIONE HISPANA, GENERE NOBILIS,

CONJUGE FELIX, FILIISQUE CLARA, LITTERARUM artiumque varietate docta,

Obiit anno reparatæ salutis M.D.LXXXI. Octob. die XXXI. Ingenti desiderio sui relicto.

Novem ea filios ex Antonio Sobrino Conjuge, hoc est, non magis familiæ, quã Christianæ perfectionis totidẽ decora suscepit. Hi sunt Franciscus Sobrinus Pincianus Episcopus; Josephus, Regi à Sacris, Albertoque Austriæ Archiduci, dum inter nos versaretur, à Studiis, Palatinæque familiæ Parochus, Cœciliæ Parentis doctrinæ, omnisque industriæ simillimus; Joannes, Theologus, Medicusque Roderici à Castro Hispalensis Præsulis, Musicus, ac mirus artifex minutissima quæque ligno sculpendi, Græcèque sic doctus, ut omnes Hyppocratis libros curiosissimè triginta ferè annorum labore recognoverit, atque notatis locis, quid minus rectè Interpretibus excidisset latinis observaverit, quod opus luce dignissimum nescio, ubi adhuc latet: Antonius, qui ex Officiali à Secretis Regiorum ex ordine Conciliorum Italiæ, & status, Fratrum Excalceatorum S. Francisci aggregatus Ordini singularem sanctitatis opinionem, in Provincia, maximè S. Joannis Baptistæ Valentiæ Regni, & Beatæ miraculis pluribus confirmatam, quam vivus fuit adeptus immortalis jam, & Beatus, ubique sustinet; Thomas & ipse Franciscanus, ex Nudipedum Reformatione; Didacus de S. Josepho, Maria de S. Alberto, Cæcilia à Nativitate, ultimusque Sebastianus de S. Cyrillo Carmelitæ omnes Reformati. Quibus & fortunatissimæ Sanctorum tot Virorum, & Fœminarum Religiosissimorum Parenti canere lubet antequam ab eorum discedamus mentione Proverbiorum verba illa: *O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines.* Hæc D. Nicolaus Antonius tomo 2. Biblioth. Hispanæ in suo Gynæceo

ceo Hiſpanæ Minervæ fol. 343. Sed ad rem noſtram quid? Plane, qua Fr. N. Fr. Antonius Panes in ſua S. Joannis Provinciæ Hiſtoria gaudet, congaudet Provincia indiviſa Sancti Joſephi noſtraque Sancti Pauli, cujus primus Diffinitor Guardianus quoque noſtri Salmanticenſis Conventus vulgó de el Calvario, fuit ejus V. Filius N. Fr. Antonius Sobrino. Neque enim decere arbitrabamur de tanta Matre pauca non ponere in hac noſtra Bibliotheca, merito elogiis adornata in Bibliotheca Hiſpana.

CELESTINUS N. ſtrictioris noſtræ Obſervantiæ (Provinciam non novi) alumnus, latinè vulgavit:

COMPENDIUM morale Theologicum, in varios tractatus diviſum. Fides ſit apud R. P. Fr. Hieronymum Garcia Hieronymianum, qui tomo 1. ſuæ Politicæ Eccleſiaſticæ Tractatu 4. parte 2. à fol. 381. laudato opere utitur, Authorem noſtrum frequenter citans, cujus memoriam fecerat in ſuo prævio indice Authorum littera C. his verbis: *Celeſtino Franciſco Deſcalzo.*

CHRISTOPHORUS DE ARTA, Confeſſarius, Diſcalceatæ S. Joannis Baptiſtæ Provinciæ in Valentino Regno alumnus, cauſæ Canonizationis S. Paſchalis Baylon in Romana Curia Procurator, ejus vitam, quam Hiſpanè conſcripſerat, idiomati Italo traditam, vulgarem fecit ſub titulo:

VITA, virtù, è miracoli del B. Paſchale Baylon, Religioſo Scalzo, &c. Romæ apud Michaelem Ercole anno 1672. in 4. Vidi.

CHRISTOPHORUS CAPEL, ſtrictioris Obſervantiæ S. P. N. Franciſci in Granatenſi Provincia, S. Petro de Alcantara Sacra, Sacræ Theologiæ Lector, & Diffinitor, volumen edidit inſcriptum:

FAMA poſthuma de Urias Heteo. Granatæ anno reparatæ ſalutis 1681.

CHRISTOPHORUS GALLO DE S. JOSEPHO, Provinciæ Diſcalceatorum S. Didaci in Bætica ſodalis, olim Guardianus, ac celeberrimus Eccleſiaſtes, in publicum miſit duas graviſsimas Conciones habitas ad Gienenſes in ſolemniſsimo Immaculatæ Conceptionis die Octavo, quarum prima inſcripta:

LAS SIETE columnas en ſus ſiete materias de la Sapiencial Caſa de la Ciudad de la gracia Maria en el Immaculado Myſterio de ſu Concepcion Puriſsima. Luc ...

vidit in Giennensi urbe 1710. Secunda verò ad Catholicum, & invictissimum Hispaniarum Regem N. Philippum V. sub titulo:

MUNDO symbolico, originaria hermosura, y Hebdomada primera, la Concepcion Purissima de Maria Santissima Señora nuestra, laureada en un celeberrimo Octavario, que se celebrò en el Religiosissimo Convento de Franciscos Descalzos de esta Ciudad de Cadiz. Excussa ibidem fuit 1711. vidi. Paratos ad prælum habebat anno 1724. duos tomos. Primus, cujus titulus:

ARGUMENTUM contra suppositum, Circulo Immaculado, octo de Immaculata Virginis Conceptione continet Conciones. In secundo, cujus inscriptio:

DUO, & duo, & unum: Mundo, y su Palacio enigmatico: Agit primo: *De ejus divitiis.* Secundo: *De ejus honoribus.* Tertio: *De ejus scientia.* Quarto: *De ejus pulchritudine.* Ac tandem: *De volante fama.* Hæc ex Relatione Chariss. Fr. N. Francisci Soto de S. Antonio laudatæ Provinciæ Custodis didici.

CHRISTOPHORUS DE LISBOA, Lusitanus, Excalceatæ Familiæ Provinciæ S. Antonii Sacræ Theologiæ Lector, & apud Fidei Vindices Theologus Censor, scripsit vernaculè:

SANTORAL de varios Sermones de Santos. Ulyssipone 1638. in 4.

JARDIN de Escritura. Ulyssipone apud CraesbeK. Opus posthumum:

HISTORIA natural, è moral do Maranhan à gran Parà. M. S. ut ex Relationibus Lusitanis novimus. Obiit electus Congi, & Angolæ Episcopus. Hæc Medina in Centuria cum Nicolao Anton. tom. 1. fol. 188.

CHRISTOPHORUS ULYSSIPONENSIS, alter (ni fallor) strictioris Observantiæ Provinciæ S. Antonii Diffinitor, librorum Censor, & S. Officii Qualificator, edidit:

SERMONEM, quem habuit in Sacello Regio Dominica quarta Quadragesimæ. Ulyssipone apud Paulam CraesbeeK ann. 1641. in 4. Hæc Vvadingus.

CLAUDIUS A MARTYRIBUS, Legionensis, genere nobilis, ac Religionis zelo conspicuus, primus Provincialis Minister Provinciæ Discalceatorum S. Pauli, quam semel, ac iterùm plausu magno gubernavit, Provinciarum Discalceatarum S. Josephi, S. Gabrielis, nec non Arabidorum in Lusita-

niæ

niæ Regno Commissarius Visitator, primus quoque suæ laudatæ Provinciæ Chronologus, ex visu probatis, ac authenticis testimoniis efformavit:

MEMORIAL de la Santa Provincia de San Pablo. Præ manibus habeo, & olim habuit R. A. P. Daza, ut rectè observavit Charifs. Fr. N. Fr. Joannes à Sancta Maria part. 2. suæ Chronicæ lib. 4. cap. 15. fol. 500. Floruit non absque sanctitatis opinione in nostro S. Didaci Vallisoletano Conventu anno 1622.

DECIMANUM OSTENDIT.

D

Ex Paulo Manutio.

DAMASUS DE PRÆSENTATIONE, Lusitanus, ex Discalceatis strictioris Observantiæ Provinciæ S. Antonii, ejusque Diffinitor, & Custos, difficultatum Fidei Censor Theologus, magnæ pietatis Vir, scripsit:

OBRIGAZAM dò Frade Menor, em que se tratao as cousas, que està obrigado à guardar, assi em pa sua Regra, como por Ley Divina. Typis Antonii Alvarez in Conventu de Carnotal 1627. in 4. Nicolaus Antonius, Medina. Vidi.

DAMIANUS DE JESU, Provinciæ S. Josephi Discalceatorum alumnus, ejusque & aliarum strictioris Observantiæ Discalceatarum Matriti Generalis Procurator, in publicum misit.

COMPENDIO de la vida, y milagros de el glorioso S. Pedro de Alcantara, con el tratado de Oracion, y meditacion, que escriviò el Santo, sacado de su Original. Matriti. Typis Dominici Garcia Morras 1655. in 8.

DIDACUS DE SANCTA ANNA, strictioris Observantię alumnus Provinciæ Discalceatorum Sancti Gabrielis, scripsit:

TRATADO de Oracion mental. Hispali 1618.

COMPENDIO de doctrina de Religion, y espejo de Religiosos. Ibidem eodem anno in 8. Nicolaus Antonius, Balthasar de Medina. Lege Chronologum suæ Provinciæ.

DIDACUS ARANHA DE PASSIONE, Lusitanus, Bracharensis (verbis utor Nicolai Antonii tom. 1. fol. 205.) Ordinis D. Francisci strictionis Observantiæ, apud Marianam Mediceam Reginam Galliarum Christianissimam Orator Sacer, edidit ac recognovit:

CANTICA CL. *cum Hymnis XXX. totidemque orationibus in*

B. Josephum Deiparæ Virginis Sponsum. A Francisco Gemma, Clerico Capuano, olim scripta, quibus è penu sua subjunxit:

FLORES precum Sacræ Societatis Jesu, Mariæ, Joseph ex Sacra Scriptura, & SS. PP. collectos. Parisiis ann. 1624. in 16.

DIDACUS BERMEO, indivisæ S. Josephi Provinciæ filius, Sancti Officii Commissarius, Commissarius Provincialis in Japonensi Regno, semelque & iterum Minister Provincialis Provinciæ Discalceatorum Philippinarum, Vir doctus, ac Religiosissimus, priusquam emitteret spiritum scripsit in lectulo ad suum Successorem Vicarium Provincialem:

EPISTOLAM, notatu dignam. In medium adducitur à N. Fr. Fr. Antonio de la Llave, in Chronica laudatæ Provinciæ Triенн. 10. cap. 4. Ejusdem „ verba sunt ista, missis aliis. Pro- „ cùre siempre, que la Provin- „ cia vaya en aumento de vir- „ tud, y santidad, y estrecha „ pobreza, basa, y fundamento „ de todo el edificio de nuestra „ Sagrada Religion; y no des- „ maye, ni se le ponga por de- „ lante cosa alguna: que la Pro- „ vincia no ha de perder, por- „ que se poden ramas secas, que „ siendo con debida madurez, „ retoñarán con nuevos hijos, y „ fruto de virtud, &c. De esta „ cama 8. de Diziembre de „ 1608.

DIDACUS A S. BONAVENTURA, Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Bætica dignus sodalis, & Diffinitor, typis dedit librum inscriptum:

PRIMAVERA espiritual de las celestiales flores de la Reyna de el Cielo. in 8. Ejus memoriam facit, Fr. Franciscus à Jesu Maria, de S. Juan de el Puerto part. 1. Chronicæ ejusdemmet Provinc. fol. 860. n. 125.

DIDACUS DE LAS CASAS, ZEINOS, Lector Philosophiæ in Mexicano S. Didaci Conventu, edidit:

SERMON Funebre en la translacion de los huessos de el Capitan D. Joseph de Reyes, sub themate: *Deus visitavit vos, &c.* Excudebatur in Urbe Mexicana in Typographia Viduæ Francisci Rodriguez, anno 1691. in 4. In calce extat ejusdem Authoris Elegía, cujus initium: Què mysteriosa exaltacion errante! Vidi.

DIDACUS DE CONSUEGRA, Regius Ecclesiastes, Provinciæ Discalceatorum S. Josephi Diffinitor:

ORATIONEM Funebrem in exequiis Magni Philippi IV. Hispa-

paniarum Regis in publicum misit. Prodiit ex Officina Josephi Fernandez, Matriti anno virginei Partus *1666.* Item:

SERMONEM, quem habuit Matriti in Sacello Regio Dominica prima Adventus, typis dedit Didacus Diaz de la Curresa ann. *1665.* in 4. Vidi.

DIDACUS DE S. FRANCISCO, Hispalensis, Provinciæ Discalceatorum S. Pauli Minister, prælo matura reliquit:

CONCIONES in gratiam Prælatorum pro Capitulis, & Visitationibus Fratrum. Hispanè.

FORMULARIUM praxis judiciariæ. Vidi.

MATERIARUM Theologicarum volumen. Vvadingus, Nicolaus Antonius, & Matthæus à Nativitate in Chron. M. S. laudatæ S. Pauli Provinciæ. Lege Tiburtium Navarro fol. 81.

DIDACUS DE S. FRANCISCO, alter Provinciæ Discalceatorum Sancti Pauli gloriosissimus filius, Japonii cum esset Commissarius, & propter frequentes pro nomine Jesu toleratas ærumnas, maximè in horrendo Yendi carcere, appellatus Martyr, conscripsit:

RELACION verdadera, y breve de la persecucion, y martyrios, que padecieron por la confession de N. Santa Fè Catholica en Japon quinze Religiosos de la Provincia de S. Gregorio, &c. Manilæ apud Thomam Pimpin anno *1625.* impressum in 4. ad Philippum IV. Hispaniarum Regem eadem S. Gregorii Provincia misit. Secundò Mexici lucem vidit ann. *1626.* Vidi. Authoris, & operis meminere cum Vvadingo Nicolaus Antonius, & Balthasar à Medina. In operis præfatione hæc inter alia in medium adducit laudata S. Gregorii Discalceatorum Provincia:

„ Nuestro Charifs. Herm.
„ Frai Juan Baptista, Ministro
„ Provincial de esta Provincia,
„ llevado del zelo de Dios, y
„ gloria de la Iglesia Santa de el
„ Japon, honra de sus Santos
„ Martyres, y bien comun, y
„ utilidad de los Fieles, ha pro-
„ curado con todo su ingenio,
„ y fuerzas sacar à luz la ver-
„ dad (antes que se escurezca
„ con el olvido) à cerca de el
„ martyrio, y Martyres del Ja-
„ pon, y cosas notables anexas
„ à ellos, desde el año de 1613.
„ hasta el de 1624. (en que vi-
„ nieron las ultimas nuevas, y
„ relacion de lo sucedido en
„ Japon) y para esto por su par-
„ ticular Patente, y obediencia
„ mandò al Herm. Fr. Diego de
„ S. Francisco, Predicador, y
„ Comissario del Japon, y uno

,, de los mas excelentes Minis-
,, tros de aquella Christiandad,
,, y el que mas trabajos, enfer-
,, medades, destierros, y carce-
,, les ha padecido en Japon por
,, la conversion (que es el que
,, escriviò esta Relacion, y à
,, quien los Japones llaman
,, Martyr en vida) por lo qual
,, es mui abonado, para dàr
,, testimonio de la verdad, dis-
,, poniendole, que se hurtasse
,, à sì proprio de sus santos
,, exercicios. Predicacion, y ad-
,, ministracion de Sacramentos,
,, y ministerio de la conversion
,, algunos ratos, y dexasse à
,, Dios por Dios (como es len-
,, guaje del glorioso San Ber-
,, nardo) y no perdonasse al tra-
,, bajo; mas antes bien empre-
,, hendiesse de proposito el es-
,, cribir con verdad, y brevedad
,, lo substancial de la Historia de
,, los Martyres de Japon, y las
,, circũstancias necessarias, nom-
,, bres de los Santos Martyres;
,, de los Lugares, en que pade-
,, cieron; de los Juezes, y per-
,, sonas que los prendieron, y
,, atormentaron, con todos los
,, demàs sucessos, y cosas nota-
,, bles de aquel tiempo anexas à
,, sus martyrios, y origen de la
,, persecucion contra los Chris-
,, tianos en Japon, y el estado
,, presente de ella. Y aviendo el
,, sobredicho V. Herm. Fr. Die-
,, go de San Francisco obedeci-
,, do puntualmente, como tan
,, gran Religioso, y llevando
,, por el blanco de su trabajo el
,, servicio de Dios N. S. y mo-
,, vido del amor de la verdad
,, junto con el afecto à tantos, y
,, tan gloriosos Martyres Colè-
,, gas suyos, y compañeros en
,, el ministerio de la Predicacion
,, Evangelica, embiò esta pre-
,, sente Relacion escrita, y fir-
,, mada de su propria mano à
,, N. V. Herm. Provincial, &c.
Floruit anno 1630. non exi-
gua sanctitatis opinione. Con-
sule Josephum Sicardo in sua
Histor. Japon. lib. 3. cap. 20.
& 16. & Antonium de Leon in
Bibliotheca Orientali.

DIDACUS DE FUENSALI-DA, Vir sanè eruditus, Theologiæ, quæ ad mores spectat, Lector, Provinciæ S. Josephi Diffinitor, Diffinitor quoque Generalis Ordinis Seraphici, scripsit:

QUÆSTIONEM Regularem pro suffragiis Diffinitorum Generalium in suis Provincialibus Capitulis. Cœpit laborare *Memoriale* suæ Provinciæ idiomate latino his verbis: *Prudenter quidem*; sed morte preventus dimidiatum reliquit. Edidit (loquitur R. A. P. Fr. Petrus de Alba in
,, Militia pag. 326.) Opusculum
,, ligato sermone super Saluta-

„ tionem Angelicam, cujus pri-„ mæ litteræ ipsam integrè ex-„ primunt, eamque hic collo-„ camus, non propter Dedica-„ toriam, quæ sic se habet. *Eru-„ ditissimo Viro, ac de Marianis „ laudibus benemerito R. A. P. „ Fr. Petro de Alba, & Astorga, „ Lectori Jubilato, Supremæ In-„ quisitionis Qualificatori, atque „ Almæ Duodecim Apostolorum „ Provinciæ Patri, olimque to-„ tius Seraphicæ Religionis in „ Romana Curia Procuratori Ge-nerali*; sed propter dignitatem operis.

EPIGRAMMA.

Dum tua, Francisci, Romanas incolit arces,
Cui persona, dedit, sat reverenda, fidem.
Sors tulit, ut tibimet charus vocitarer amicus;
Ut cui grata dabas ora, redundet honos.
Solicitam nactus studiorum noscere curam,
Queis geris in Matrem, munera tanta, Dei.
Hujus ab exemplo conscripsi carmen opellæ,
Quam tibi tam parvam subdere tardus eram.
Sed Patriam reddiens, nova, te visurus agentem,
Excitor impavidus reddere quodvis opus.
Militiæ florum Marianæ jungis acervos,
Atque inhias laudi Virginis, hostis obex.
Floribus hos tantis foliorum texe maniplos,
Utrisque annexis culta vireta placent.
En tibi compactum carmen sine lumine subdo:
Det tua splendorem luminis, Alba, manus.

Ad Sacratissimam, veramque Dei Matrem, totius Universi Reginam, Angelorum Dominam, hominumque advocatam, Mariam semper Virginem absque peccato originali conceptam.

PRO SUA ANGELICA salutatione

PRÆFATIO.

Solvere, dum valuit linguam, dum curet alumnus,
Quid nisi promet, AVE, solvere dum valuit?
Quid nisi te cupiet, voces proferre, MARIA,
Dum velit affectus; quid nisi te cupiet?
Nil sonet aure mea, VIRGO, quod non tua pangat,
O, nisi laude tua, nil sonet aure mea.
Totus, ut insipidus, sapiam nisi temet inuror,

Vox, sonus absque tuis, totus, ut insipidus.
Tu mihi dulcis eris, Virgo, re, & nomine dulcis,
Mater amoris, amor tu mihi dulcis eris.
Cuncta soli maneant, sileant diffusa per orbem,
Nomen in aure tuum, cuncta soli maneant.
Tantulus haud potui, tantum nunc promere nomen,
Quid si efferre? magis tantulus haud potui.
Debet & Angelico solum praecone refundi;
Oreque proferri debet & Angelico.
Te super, arce, Deus, Coeli, preponitur unus:
Quis, nisi digna feret, te super, arce Deus?
Tu tamen apta parans, de te, quae parva daturus,
Suggere, & apta feram, tu tamen apta parans,
Sacra Minerva, tuo, cedas, quid dicat, alumno.
Da, quidquid dicet, Sacra Minerva, tuo.

Alma super cunctas terrae, Coelique propago.
Vera Dei Mater, Stellaque lucis, AVE.
Ecce per aethereas mentes, animasque MARIA,
Mensurus gradior quaeque, sed impar erat.
Altior undelibet cunctis, tua GRATIA semper
Regia, quo pluris nomina Matris habes.
Inde tui, primo conceptus limine, PLENA,
Agrum Evae culpa libera, gratia, inis.
Gaudet Adamaeo, DOMINUS jam plasmate facto
Ridet & Angelicis conditor ipse Choris.
At, majore, lubens, nexus vult, robore, TECUM
Tendere gratuitas, Rector, & esse manus.
Induturus enim carnis tegumenta Parentum,
Accumulat validus munera corde tuo.
Primus, & intacta velut è tellure Damasci,
Lucet ab intacta Matre secundus homo.
Et velut è terra nondum maledicta abit ille,
Nec maledicta unquam MATRE, fit agnus, ove.
An vetus Elisabeth frustra, inspirante canebat,
Dum BENEDICTA, Deo TU, tulit ore tibi.
Omnis IN Excelsis MULIERIBUS nempe refusa,
Major ab exemplo non benedictio erit.
Inferat hinc mulier tibi subjecamina quaequae

Nul-

Nulla tibi similis; te minor omnis adest.
Unde prior tecum poterit, nam, currere parque
Sistere, dum firmos, vix feret Eva gradus?
Terminet obsequiis senior tibi Sara trophæum,
Et tua proclamet, laus, sine labe fuit.
Concita subjiciat præconia casta Rebeca,
Unanimes solvant Debora, & Anna, Rachel.
Mitis Abigail, Sunamitis pulchra, triumphis,
Brachia solicitent subdere plena tuis.
Ensifera Augustæ reddat, victrice Juditha
Nidentes palmas, Numine victa, manu.
Estherisque decor cedat, placidusque, nitensque,
Dum diadema tibi, maxima quæque simul.
Ite, veni dulcis, cunctæ, nam sola, celebres,
Cunctarum formas extulit umbra tua.
Tuque, puerque tuus, nunquam maledicta tulistis,
Ast BENEDICTUS adest, tu Benedicta venis.
Tantula, femineo, Virgo, benè, munere, sexu,
Ut FRUCTUS VENTRIS, numine, dicta TUI.

Immunem prolem vis, labis origine liquit,
Nec te permisit gratia, labe tegi.
Majestas potuit, te, te, voluitque superna
Univocè primo condere gratam homine.
Lucentem geniis voluit te luce creatis
Instanti vitæ ferre priore, diem.
Et Joanne, licet nullus surrexit (ut ipse
Rector ait) major, te minor ille cadens.
Inde tuo exultans adventu, voce Parentis
Balbutit, Domini Mater, & unde mihi?
Unus & expertem peccati proderet, agnum
Sicuti tollentem crimina prodit item.
Eximium toto, quidquid præfulsit in Orbe,
Talus ab incepto, possidet, esse tuus.
Balsama præstantis, Conceptio fudit odoris,
Excipit, at, Cœli, te, tua, rore, Deus.
Nardus & hinc cecinit, dum Rex accumberet alto,
Ecce, sinu Patris, pollet odore mea.
Divite nam decuit tractu sic spargat odorem,
Inclyta, quæ fructum tollet in Astra, rosa.

Chara tua semper proli, quæ est conditor, adstas,
Te, & sibimet similem Legifer ipse facit.
Ubere te proprio verbum candore recingit,
Suggat ut hoc veniens ubera munda caro.
Fructus ab immunda penitus, ni carne sequester,
Redditur in fidis, qua homo parte reus.
Undelibet reliqui veniant de semine nati,
Congenitis veniunt criminis inde notis.
Traxit ab Æthereis tuus at solummodo fructus,
Ut sine peccato, tuque, etiam ipse foret.
Signa dabas tanti prænuntia germinis arbor
Vivere dum Matris, non lue, ventre tenes.
Et bene gens potius Benedictam dixerit omnis
Nunc, quia post fructus tam benedictus inest.
Trina parat forti Majestas promere dextra,
Rara, sua, membris, menteque, dona tuis.
Inde reus culpæ conceptus quilibet extat,
Sola tui fructus, tu sine labe comes.
Tu, tu sola nites conceptu, raraque Phœnix,
Unquam te, neque Adæ criminis umbra videt.
Immensus prodivit amor, qui ex Matre, sagittis
Jam pridem auratis, te Venus alma ferit.
Eduxit nam ejus sapientia temet amori
Sacratam, quando quilibet aptus odi.
Utque sit omnigenus perfecte morte Redemptor
Sublevat & casos, te cadere haudque sinit.
SANCTA igitur semper Virgo, semperque MARIA,
Agglomerat quamvis turpia suavis hebes.
Naufragus, & fidei temerator, manè Cerinthus
Carpere blasphemo non timet ore, tua.
Tum licet impietas Ebionis solvit habenas;
Albanensis item consita *dona* negat.
Marcionista fremit, Manichæus despicit, atque
Arnaldus, Basilus, mordet is, ille rugit.
Respuit Helvidius, Nestorius, Albigus, Huttus,
Illiricus, Molnus, Barlus, Ubaldus, Eon.
Audet inexemptam Calvinus, crimina fingit.
Matrem, alter renuit, mordicus, esse Dei.

Al-

Alter & enixæ præconia Virginis aufert,
Tu tamèn & pura es Virgo, DEIque PARENS.
Et cunctas perimis fallaces hęresis artes,
Retrahis hostiles, luceque sola manus.
Dum superas ergo, sistis dum major in armis,
Et velut inducto tincta colore micas.
Immaculata viro, cui Sponsa, & Mater inhæres,
ORA ad eum, NOBIS sordida nostra lavet.
Redde bonum mulier, pomo, quod prima removit:
Adde charismatibus pellere quodque malum.
Peccatum est nobis, verum tibi gratia semper:
Respice grata Deo, suscipe vota, Pia.
Offer ei, dulci, puras munimine mentes,
Namque refert nostras tergere, Virgo, tua,
Officium si Matris habet succurrere stirpi;
Blammate si immunis purificare suos:
Ignavi renuunt operis attendere nati,
Suppressi miseræ pondere quique luis.
Pastor inest nobis, mortisque Parentis imago,
Et parcato, hosti, crimine, pegma sumus.
Corruimus cuncti, vitiato stipite, rami,
Continuòque ipsis singula nostra ruunt.
Absona, quæ primum rimabar, consona, cernes,
Turbata aspicies quæque serena prius.
Observat primùm famulans, veneransque supremam,
Respuit, inferior, parsque repellit eam.
Insipit hinc ratio, pugnat jam serva voluntas,
Bellica & adversus Numina signa movet.
Una veni, repara, proli, similisque beata,
Sola tot insidias, sospita tot misera.
NUNC precor, ò pietas, ruinę miserere tuorum;
Undantis retine fluxa doloris, Ave.
Nunc ora, nunc siste, tonantis fulmina frange,
Culparum labes, tu sine labe lava.
Erigere est semper casos, tibi Virgo necesse,
Traduce, nam cadimus semper in arcta aditus.
Ingemina vires precibus, dum germina, Mater
Noxia nunc etiam non geminare sinunt.

Hostis erat nobis, semper nunc hora nocendi,
O, tua, si Mater nosque juvandi aderit!
Regia dum sentit natura juvamina; quamvis
Attrita adjaceat, surgere fulta valet.
MORTIS ET IN NOSTRÆ fac, intercesseris HORA,
Obsidium nam acer tunc inimicus obit.
Rapturus timidos pretendit vertere, postque
Tentat ab incerta nos revocare fide.
Inseret is facie torvus phantasmata menti:
Suggillans, oculis horrida spectra refert.
Nostra parat scripto, peccata ostendere nobis;
Optat enim nostris posse favere suis.
Suffundit potius peccatis ora rubore,
Torqueat ut nostris nosmet, & ipse, datis.
Refrena insultus rugientis, Virgo, Leonis,
Æmula dum geniti conteris ipsa caput.
Attendas precibus Natorum, munda, precamur.
Mater, in auxilium curre, misertta vola.
Effluere in nobis, facias virtutis acervos,
Ne male quid factum, tunc ferat hostis, AMEN.

Item edidit aliqua pulcherrima Anagrammata ex litteris contentis in illis Apostoli verbis: *Omnes in Adam peccaverunt*, in laudem, & gloriam Immaculatæ Conceptionis, educens ex hac petra durissima aquam, lac, oleum, mel, &c. & extant M. S. apud ipsum. Hæc clarissimus Alba. Anagrammata centum centum Epigrammatibus explicata, quibus Author finem imposuit 18. Julii ann. 1678. inedita; sed integra vidi, & legi in Regali Conventu S. Ægidii Matritensi, cujus in Archivio asservantur. Sequentibus fruere.

PROGRAMMA.

Omnes in Adam peccaverunt

ANAGRAMMA.

Unam puram decantes Nicæo.

EPIGRAMMA.

Concilii semper consultum dogma receptum
A cunctis meritò, corde Fidelibus est.
Conveniens quare fuerat tangentia mundæ

Con-

Conceptæ, in Synodo, Judice
tanto agier.
Et singillatim, decet, in, de Virgine rebus,
Quas Synodus tractat Pneumate juncta sacro.
Sicuti NICÆO, DECANTES contra Photinum
Mente, UNAM PURAM, solus,& ore vales.

ALIUD ANAGRAMMA.

Sancta, Pia, eo mundum cerne.

EPIGRAMMA.

Qui pius, & Sanctus, justus, qui semper habetur,
Utilis est semper, omnibus, ore, manu.
Sunt oculi in faciem, cernentes pauperis artus,
Ut tegat, ut faciet,stamine, fonte, cibo.
Qui miser in mundo, peccati pondere tractus,
Indiget auxilio, Virgo Sacrata tuo.
Tu, PIA, SANCTAque, EOque & luce coruscans
CERNE tua MUNDUM, qui jacet orbus, ope.

ALIUD ANAGRAMMA.

Unne secum Deiparam canto.

EPIGRAMMA.

Magnificans animus Dominam laudare præoptat,
Magna, quod existat, pura ter, atque quater.
Magnificat Dominum, quod magna, & pura sit acta,
Spiritus exultat gratus & in Domino.
Exultans, Dominam collaudat spiritus,inde
Glorificat Dominum lætus, & ore meus.
DEIPARAM ubi Dominam, SECUM sua limina CANTO
UNNE, voco, ut sapias, quod sine labe nitet.

ALIUD ANAGRAMMA.

Ariane, mundè concepta sum.

EPIGRAMMA.

Abstulit hic à Matre parum non, plurima nato
Abstulit, arcendo Filium ab esse Dei.
Perfidus hæreticè blasphemat dogmata sancta;
Sed nocet in Matrem, quod Genito nocet et.
Insane obmutesce; retardet perfidus ora,
Nam Geniti, Matris utraque corda ferit

MUNDE, ARIANE, simul præ-
SUM CONCEPTA, nitensque
Filium, & in, Matrem perfidus
ore licet.

ALIUD ANAGRAMMA.

Des, manè, unico cantu puram.

EPIGRAMMA.

Cum Dominum saltu Præcursor
laudibus effert,
Grata ipsi faciens munera ven-
tre data:
Occinit; at meliùs canet & Pu-
rissima Virgo,
Nam pro majori munere manè
canit.
Gratificat sexto, dominans, huic,
mense peracto
Gratificat Matri, limine in, esse
sui.
MANE PURAM CANTU,
quæso *DES UNICO*, in
Orbe;
Cui Cœlum placidè flectit ubi-
que genu.

ALIUD ANAGRAMMA.

Peccamus: non una Dei Mater.

EPIGRAMMA.

Concludit meritò Paulus Pro-
grammate dicto:
Peccarunt omnes crimine Patris
Adæ.
Nullus enim potuit (nam quis
sine crimine vivit?)
Non peccavi in eo, dicere in
orbe soli.
Nec loquitur Paulus de ipsis
tangentibus alto
Consilio, sumptæ carnis in esse
Dei.
Nos omnes *PECCAMUS*, at
UNA DEI rosa MATER
NON peccat, nam esset turbida
Mater ei.

Authoris nostri memoriam fa-
ciens Hippolytus Marratius in
Appendice suæ Bibliothecæ Ma-
rianæ, verbo *Didacus de Fuen-
salida*, inquit: *Edidit Opusculum
ligato Sermone super Salutatio-
nem Angelicam* ::: Item edidit
Anagrammata pulcherrima, &c.

DIDACUS DE MADRID, à
Concionibus Hispaniarum Mo-
narchæ Philippi V. & Chronolo-
gus suæ S. Josephi fœcundissi-
mæ Provinciæ, communem fe-
cit Orationem Funebrē in Exe-
quiis Magni Ducis Florentini
Cosmæ tertii de Medicis sub ti-
tulo:

*FRAGMENTOS de el Espejo
mas claro de Christianos Princi-
pes, quebrado al fatal golpe de la
Parca.* Et Funebrem Orationem
in gravissimis Exequiis Catholi-
cæ Majestatis Ludovici Primi
Hispaniarum Regis intitulatam:
AMAR-

AMARGO llanto de la mas fina, y religiosa lealtad sobre la Corona de este año de la divina benignidad, reducida al semicirculo de medio año, por la divina indignacion. Utraque prodiit Matriti ann. 1724. Vidi. Et sequentem sub titulo.

ORACION Funebre, Panegyrica en la anual parentacion de N. Catholico Monarcha D. Luis I. In Regio Sacello habitam, & Matriti impressam ann. 1726. Nec non ibid. in publicum misit eodem anno:

ORACION Funebre en las Exequias à los Fieles difuntos, que perecieron en la fatal ruina de el Colegio de Santo Thomàs, ad Hispaniarum Principem D. D. Ferdinandum de Borbon.

DIDACUS A MATRE DEI, Numantinus, Provinciæ Discalceatorum S. Pauli dignissimus filius, Sacræ Theologiæ Lector, & Pater, Vir pietate, virtutibus, ac puritate conscientiæ (à læthali enim peccato immunis semper) scripsit duos tractatus. Primum:

THEOLOGIÆ mysticæ speculativa. Secundum: *Ejusdem Theologiæ practicæ acceptæ.* Quos in unum tomum redactos sub titulo,

ARTE MYSTICA, Excudebat Salmanticæ Eugenius Antonius Garcia 1713. in 8. Scripsit insuper:

EXEMPLAREM vitam V. Fr. Joannis à Jesu Maria (Villacè) ejusdemmet Provinciæ Patris, Sacræque Theologiæ Lectoris. Vallisoleti in Generali Archivio ejusdemmet Provinciæ servatur, & prælum expectat. Vidi.

DIDACUS A SANCTA MARIA, Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Bætica alumnus, Sacræque Theologiæ Lector, ad prælum paratos habebat:

QUOSDAM Morales Tractatus, anno 1723. teste Fr. Francisco à Jesu Maria de S. Juan de el Puerto part. 1. Chronicæ laudatæ Provinciæ. fol. 862. num. 130. Legi laudatos tractatus anno 1727. approbationibus, ac licentiis necessariis fulcitos, quorum inscriptio est:

INSTRUCCION general de Missioneros para todas las Missiones de el mundo, Dogmatica, Moral, y Predicable. Sunt duo tomi in 4. Item scripsit:

Politica celestial de Terceros Seraphicos, y gobierno de el alma en vida, y muerte. Prodiit in 4. 1724. ex Typographia Gaditana Hieronymi de Peralta.

DIDACUS MAZON, Murciensis, fervidus Concionator, in Discalceata S. Joannis Baptis-

tæ Provincia, summa vitæ austeritate, virtutibus, revelationibus, ac ardentissima erga pestilentia contactos charitate excelluit, ac sui spiritus monumenta relinquens, scripsit:

MEMORIA de los favores, que recibiò de Dios. Nonnulla hujus tractatus fragmenta vulgavit Fr. Antonius Panes tom. 2. suæ Chronicæ lib. 7. cap. 10. Multas quoque conscripsit:

EPISTOLAS in publicum summatim missas à laudato suæ Provinciæ Chronologo ibidem cap. 13. & sequentibus. cap. 21. subdit testimonium sui Confessarii V. Fr. Francisci Emper, Provinciæ Patris, dicentis: *Sus palabras, y escritos tan llenos de fuego de el Espiritu Santo, que le pegaba à aquellos, con quien comunicaba, &c.* Obdormivit in Domino die 1. Novembris ann. 1647. Ejus corpus, suavem spirans odorem, sese commovit, suæque propriæ manus levi contactu protinùs facies ejus in aliam candidam, rubicundam, & pulcherrimam mutata fuit. Consule laudatæ Provinciæ Historiographum, & Chorum 3. part. 2. hujus Bibliothecæ.

DIDACUS DE OCCA, Provinciæ Discalceatorum S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno alumnus, Sacræ Theologiæ Lector, Pater, Commissarius Visitator Provinciarum S. Didaci in Bætica, & S. Petri Alcantarensis in Granatensi Regno, semelque & iterum Provinciæ Discalceatorum S. Gabrielis, dedit in lucem:

DOCE pares de Sagrados Panegyricos, y Evangelicas oraciones. Valentiæ Typis Matthæi Penen 1681. in fol. Vidi.

VIA CRUCIS. Valentiæ 1681. in 8. Ex Relatione laudata S. Joannis Provinciæ. Vidi. Vidi quoque.

SERMON de el glorioso Patriarcha S. Phelipe Neri. Valentiæ apud Hieronymum Villagrasa anno 1671. Item vidi ejusdemmet Authoris impressam Valentiæ anno 1668. Concionem eruditam sub titulo:

ORACION Panegyrica de el B. Pasqual Baylon.

DIDACUS A S. ROSA, Provinciæ S. Pauli filius, Apostolicus Concionator in Sinensium Regno, ibidem quoque Commissarius Provincialis Provinciæ S. Gregorii Philippinarum, de fructibus nostrorum Missionariorum Sinensium nonnullos scripsit Tractatus, in folio asservatos in Archivio laudatæ Provinciæ, ex quibus, quem scripserat ann. 1712. legi Matriti ann. 1727. Incipit: *Despues de las ultimas*

Car-

Cartas. Meritò opportunè prælo dignum judicans, sequentia in medium adduco: Desde „ primero de Diziembre (in„ quit) de 1708.hasta el presen„ te dia de 1712.han baptizado „ nuestros Religiosos siete mil „ docientos y veinte y uno por „ lo menos. Digo por lo menos; „ porque solo cuento lo que me „ consta de cierto por las Car„ tas, que he recibido; empero „ sin duda son muchos mas, &c. Alia mitto scitu digna.

DIDACUS A SPIRITU SANCTO, Discalceatæ S. Didaci Provinciæ in Bætica, celebris Ecclesiastes, Diffinitor, Custos, ac Provinciarum S. Gabrielis in Extremadura, nec non S. Pauli in Veteri Castella Commissarius Visitator, pro alumnis Scholæ Christi completa M. S. reliquit in 8.

DOCUMENTOS espirituales para la Santa Escuela de Christo, part. 1.

DOCUMENTOS espirituales para la Santa Escuela de Christo. part. 2.

EXERCICIOS, y Platicas para la Santa Escuela de Christo. tom. 1.

EXERCICIOS, y Platicas para la Santa Escuela de Christo. tom. 2.

EXERCICIOS, y Platicas para la Santa Escuela de Christo, tom. 3. Hæc opera pietate abundantia vidi, & legi in Conventu S. Bernardini Lucensis præfatæ Provinciæ.

DIDACUS DE SYLVA, Lusitanus (verbis utor Nicolai Antonii tom. 1. Bibliothecæ Scrip„ tor. Hisp. fol. 244.) ex Fran„ ciscanorum Observantium, „ quos vocant, ad Minimorum „ Ordinem (si vera fama est) se „ transferens, doctrina excellen„ ti cum esset, atque aliis animi „ dotibus cuicumque magno „ haud impar muneri, obtinuit „ à Paulo III. Pont. Max. ut des„ tinatio sui ad supremum fidei „ causarum recens creatum in „ Lusitania Magistratum à Joan„ ne III. Rege facta Pontificio „ diplomate sanciretur: de quo „ Franciscus Lanovius in Chro„ nica Minimorum ad ann. „ 1535. num. 4. Ludovicus Pa„ ramo de Orig. Inquisit. lib. 11. „ cap. 15. num. 2. Lucas de „ Montoya ejusdem Ordinis „ vernaculè lib. 11. cap. 10. Au„ bertus Miræus in Biblioth. „ Eccles. Reliquit, moriens, „ immaturè:

„ *TRACTATUM de obscurio„ ribus ex manifestioribus pro„ bandis*. Factum fuisse Septen„ sem in Africa Episcopum do„ cuit nos Seraphinus de Freitas in

„ in Additionib. ad Rodericum „ de Cunha, & ex eo Laurentius „ de Peirinis ad Constitutio- „ nem secundam Julii Papæ II. „ §. 12. in de Privilegiis Regu- „ larium. Hactenus iste clarissi- mus Author. Cæterum laudatum Didacum alumnum fuisse stric- tioris Observantiæ in Provincia Discalceatorum nomine Pieta- tis insignita in Lusitano Regno, suique Regis Joannis III. à Sa- cramento Pœnitentiæ, Septen- sem Episcopum, Bracharensem- que Archiepiscopum Memoria- le prænominatæ Provinciæ tes- tatur „ cum quo Daza 4. part. Chronic. lib. 1. cap. 12. num. 58. Clarius Haroldus ad ann. 1534. num. 10. Ad Septensem in Aphri- ca assumtus est Fr. Didacus à Sylva virtutibus, & sanguine illustris. Et ad ann. 1539. num. 5. Fr. Didacus de Sylva, in sæ- culo nobilis, & in Regno Lusi- taniæ scelerum puniendorum Judex, terribili visu ex illo vitæ genere ad Religionem vocatus est, & habitum suscepit in Pro- vincia Pietatis

Regis Confessarius, in- de Septensis Episcopus, & Su- premus S. Inquisitionis Lusita- niæ Præfectus, hoc, licet sequen- ti anno reliquit Cardinali Hen- rico Regi Germano Fratri, ac- cepto Archiepiscopatu Bracha- rensi, &c. Immeritò igitur cum Illmo. Fr. Joanne Alburquer- quio Provinciæ quoque Pieta- tis filio connumeratus legitur cum Episcopis, & Archiepisco- pis Provinciæ S. Jacobi in tom. 1. suæ Chronicæ fol. 107. in lucem edito Salmanticæ anno Virginei Partus 1722.

DIDACUS A S. THOMA, Lector Sacræ Theologiæ, & Diffinitor Provinciæ S. Didaci Discalceatorum in Mexicano Regno, Mexici in 4. ann. 1660.

Ceremoniale, & Manuale Mis- sarum edidit. Medina.

DIDACUS DE VERA, S. Pauli „ Provinciæ filius, Salmanticen- „ sis Universitatis Doctor, sim- „ plicitatem Minoriticam in „ Conventum Calvarii Fratrum „ Discalceatorum professus est. „ Nemo pauperior, humilior, „ & austerior illo, & nemo SS. „ Patribus inopi Francisco, & „ pœnitenti Petro similior fuit. „ Totius Ordinis Diffinitor Ge- „ neralis factus, ad gravissima „ ejusdem dubia solvenda sæpis- „ simè consulebatur: Moritur „ denique miraculis clarus, & „ Abilæ sepelitur. Post septem „ autem annos à morte ejus „ elapsos, inventum est cere- „ brum ipsius ita integrum, & „ recens, quasi nondum spiritus „ informatione privatum. Hæc

Ti-

Tiburtius Navarro fol. 81. cap. 18. Sed de hoc Viro grandis Sermo in Chronicis nostris. Edidit:

APOLOGIAM in favorem Vicarii Generalis Discalceatorum. Agit de hoc Memoriali N. Gubernaris tom. 2. lib. 7. cap. 2. numer. 61. his verbis: Modestiores denique, Seraphicæque Regulæ Professoribus digne fuerunt Apologiæ hæ in corcartatione à plurimis editæ: unam pro suis Discalceatis composuit Fr. Didacus de Vera Discalceatus. Hæc Gubernatis. Tanto Viro Provinciæ S. Pauli Patri, Commissario Visitatori Provinciarum S. Gabrielis, & S. Joannis, Diffinitori Generali, & Præsidi Generalis Discretorii in Generali Capitulo Romæ celebrato ann. 1625. unà cum aliis Patribus Statutorum Generalium Compilatio, & Reformatio commissa fuit in Generali Congregatione Segobiæ celebrata anno Domini 1621. Compilationem autem factam idiomate Latino, quoad vixit manibus, & corde semper gestavit. Legatur Chronologia Seraphica fol. 600. & 601. & Gubernatis tom. 3. fol. 621.

DOMINICUS DABILA, Provinciæ S. Gabrielis Provincialis Minister, jussu Rmi. Fr. Joannes à Palma suæ met Provinciæ *Historiam* quousque ad ann. 1645. pervenit, elaboravit. Ibidem M. S. asservatur, teste præfatæ Provinciæ Chronologo Fr. Antonio Truxillo lib. 8. cap. 24. num. 8.

DOMINICUS DE JESU, Concionator, Provinciæ S. Pauli alumnus devotè cantavit cunctis solemnitatibus Purissime semper Virgini Mariæ

ELEGIAM Epanalepticam, Pentametricam, & Exametricam Gratulatoriam. Incipit:

Sit benedicta dies hilaris, qua destinat antè.

Te Deus alta Parens; sit benedicta dies.

Communem faciam infra, verbo Matthæus à Nativitate.

DOMINICUS À S. MICHAELE, Provinciæ Discalceatorum Sancti Pauli Prædicator, & Guardianus Regalis Conventus S. Froilani Legionensis, formavit:

CEREMONIALE Missale, typis cussum Vallisoleti apud Josephum à Rueda ann. 1684. in 4.

DOMINICUS DE LA SOLEDAD, Provinciæ S. Didaci in Bætica alumnus, Concionator, ac Tertiariorum Commissarius in Gadibus vulgavit ferè cunctas

excellentias Venerabilis Tertii Ordinis Seraphici volumine parvo inscripto:

SOL SERAPHICO. Opus est erudita devotione plenum, Professoribus quoque Tertii Ordinis utilissimum. Vidi.

OMNES DICUNT A, VEL

E

EMMANUEL A L C O N C H E L, strictioris Observantię Discalceatorum in S. Gabrielis Provincia Novitiorum Moderator in domo Hispalẽsi, scripsit:

REGIMIENTO de la vida espiritual. Hispali ann. 1612.

TRACTATUM de oratione mentali, qui à primo indistinctũ credidit Nicolaus Antonius, & Balthasar de Medina. Antonius Truxillo tom. 2. Chronicæ præfatæ Provinciæ lib. 8. cap. 24.

EMMANUEL A S. ANTOnio ex Oppido Fuente la Peña in Veteri Castella Provinciæ Sancti Pauli filius, Collegio Saguntino Missionatiorum aggregatus, Vir pius, ac zelo animarum insignis M.S. reliquit:

DOCTRINA Christiana para Missiones. Sermones varios de Mission. Opera sanè Apostolicis Concionatoribus perutilia, à nonnullisque, magna diligentia transcripta.

EMMANUEL A S. ATHANASIO, Lector Theologus, S. Inquisitionis in Lusitano Regno Qualificator, ac Discalceatæ S. Antonii Provinciæ Religiosus Pater, scripsit:

SERMAM em açcam de Graças por tres motivos, ab ipso declamatum in Ecclesia S. Antonii Ulysiponensis die 20. Octobris ann. 1686. qui anno sequenti 1688. fuit Ulysipone impressus, typis Michaelis Manescal. Vidi.

EMMANUEL FRAGUELA, Provinciæ Discalceatorum S. Antonii Portugalliæ alumnus, atque alterius Provinciæ Brasiliensis, Custos, edidit Lusitanica lingua:

DAS edades do Homo. Ulysipone. Item:

Observaciones Mathematicas Quod opus moriens ineditum; sed perfectum reliquit. Nicolaus Antonius, Medina.

EMMANUEL A S. JOANNE, Hispanus, Provinciæ S. Pauli clarissimus filius, post ipsius ingressum in Provinciam Sancti Gregorii Philippinarum, salutis animarum zelo plenus, anno 1694. Sinas ingressus, & in Provinciam Kan-tung profectus,

tus, ibi duas erexit Ecclesias, in quibus Apostolico ministerio deditus, in lucem dedit:

PSALTERIUM B. Mariæ Virginis ex D. Bonaventura. Ex Petro de la Pinuela in suo Catalogo Religiosorum S.P.N. Francisci, qui Sinarum Imperium ad Jesu-Christi Evangelium prædicandum ingressi sunt. fol. 5.

EMMANUEL DE ISLA, strictioris Observantię Discalceatorum in Provincia S. Antonii Portugalliæ, scripsit:

HISTORIAM suæ Provinciæ, velut supplementum eorum, quæ Illmus. Gonzaga scripserat. Ejus memoriam faciunt Vvadingus, Nicolaus Antonius, & Medina.

EMMANUEL DE S. MARTINO, Provinciæ Discalceatorum Sancti Josephi alumnus, Ecclesiastes, & dignissimus Custos, typis dedit in 4. librum inscriptum:

FIESTAS de la Canonizacion de S. Pedro de Alcantara, celebradas en Arenas. Prodiit Matriti anno 1670. Vidi.

EMMANUEL MONFORTE, Concionator, ac dignus Provincialis Minister suæ Provinciæ Pietatis in Lusitano Regno, elaboravit laconicè:

CHRONICA da Provincia da Piedade. In publicum misit Ulysipone Michael Deslandes Typographus Regius ann. 1696. in 4. Ex Relatione laudatæ Provinciæ ad me missâ ann. 1737.

EMMANUEL DE NIZA, Lusitanus, strictioris Observantię Discalceatorum ejusdemmet Provincię Pietatis in Portugallia alumnus, scripsit:

HISTORIA da Provincia da Piedade dos Padres Capuchos. Leg. M. S. Memores sunt Georgius Cardoso in Apiologio Lusitano die 3. & 8. Maji, ac Nicolaus Antonius tom. 2. in Append. fol. 322.

EMMANUEL DE PLASENCIA, Provinciæ Discalceatorum S. Gabrielis, Vir sanè mitis, & humilis corde, Theologiæ, quę moribus regulas præfinit, Lector, suę Provinciæ Diffinitor, Custos, Vicarius Provincialis, ac diligentissimus Chronologus, scripsit:

TERTIAM partem Chronicæ suæ Provinciæ, quam prælo paratam, una cum *Memoriali* in folio ad Sanctissimum pro declaratione Indulgentiæ Porciunculæ lucrandæ, vel non lucrandæ à Christi Fidelibus in Conventibus Monialium, tam Regulari-

bus, quàm Episcopis subditarum, olim vidi, laudatam Prov. visitans.

EMMANUEL RAMIREZ, Minorita Discalceatorum Provinciæ Granatensis S. Petri de Alcantara, Sacræ Theologiæ Lector, & dignissimus suæmet Provinciæ Pater, dedit Granatę ad prælum apud Franciscum Ochoa, ann. 1704.

CORO interior de el alma, in 4. Et ibidem 1699. in 4.

NACIMIENTO de Christo en el alma. Vidi.

EMMANUEL RODRIGUEZ, Lusitanus, in Oppido Extremoz ann. 1546. mundo, ann. 1570. Religioni Seraphicæ in celeberrima S. Jacobi Provincia, & ann. 1623. in Conventu S.P.N. Francisci Salmanticensis natus fuit Cœlo, non exiguam sanctitatis opionem relinquens. Vir doctissimus maximè Juris Canonici, Theologiæ vulgò Moralis appellatæ: semel atque iterum sua Sancta Provincia immersus studiis alia munera, etiam domestica, constantissimè respuit, Provincialatus fugiens honorem. *Inter Excalceatos* (verba sunt Nicolai Antonii tom. 1. Biblioth. Scriptor. Hispan. f. 271.) *hoc est, Reformatos Francisci Parentis Sectatores, decus maximum vixit*. Hucusque Nicolaus. Quos inter? Inter Discalceatos Provinciæ S. Joannis Baptistæ consortio fruens; ac colloquiis S. Paschalis Baylon, & inter Discalceatos Provinciæ indivisæ S. Josephi in Conventu S. P. N. Francisci Oppidi de Alaexos, ad Provinciam S. Pauli expectantis, quos inter non solum vixit; sed diu moratus est. Quadraginta tribus annis Deo inservivit hic V. Author in Seraphica Familia, numerato suæ probationis anno. A sua S. Jacobi laudata Provincia (Deo inspirante) missus fuit ad S. Joannis, & S. Josephi Provincias, ut Theologiam diceret, quam primus in eademmet S. Joannis Provincia docuerat Fr. Petrus de el Monte, Apostolicus Prædicator, olim novella planta in horto fertili Societatis Jesu, ut fatetur Antonius Panes part. 1. Chron. lib. 1. cap. 2. fol. 8. sicut primus illam docuit in S. Josephi Provincia, quem Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus replevit, humillimus Fr. Narcissus Joannes, testibus Martino à S. Josepho, & Joanne à S. Maria in ejus vita: ut ingenti numero sapientum, è quorum numero quatuor ad Provincialatum Provinciæ S. Joannis ascendere meruerunt, gloriari posset B. Rodericus, aliquot anni nu-

numerandi sunt, ut ipsemet Author in Præfatione sui libri inscripti:

EXPLICACION de la Bula de la Santa Cruzada, quem Salmanticæ excudebat Joannes Fernandez ann. 1597. enumerat, dicens: *Assi lo he procurado ser de algunos años à esta parte, que ha que mis Prelados me mandaron venir de mi Provincia de Santiago à leer en las de S. Joseph, y S. Juan Baptista.* Hucusque ipse. Mansisse in S. Josephi Provincia quindecim annos opinatur (non tamen rectè) Chronologus Provinciæ S. Jacobi 1. part. lib. 5. cap. 3. ut in meis Chronicis tom. 1. lib. 2. Lectori patebit. In Provinciam S. Joannis non solum Theologiam docuisse, sed composuisse eruditissimam Bullæ Cruciatæ expositionem testatur ibidem idem Chronologus celeberrimæ S. Jacobi Provinciæ. Adde igitur quindecim annos (tot numerat R. P. Jacobus de Castro præallegatus; sed in rei veritate non fuit sic) expletos in S. Josephi Provincia, aliquot annos Lecturæ in S. Joannis Provincia, & invenies fere tot annis in Provinciis Discalceatorum prædictis, ac in S. Jacobi Provincia mansisse hunc celeberrimum Authorem; cujus opera, luce clariora, sunt sequentia. Scripsit:

QUÆSTIONUM Regularium, & Canonicarum tria volumina. Salmanticæ 1598. Lugduni apud Horatium Cardon 1609. & 1613. Antverpiæ apud Belleros 1616. & 1638. in folio. Coloniæ apud Petrum Hening 1613. in 16. Adjungitur his omnibus editionibus quartæ partis, seu tomi Pauli Bertii Lucensis Augustiniani:

PRAXIS criminalis Regularium, & Sæcularium. Quam Author ipse Appendicem Emmanuelis nostri trium partium, etiam cum scriberet, designavit. Compendium hujus operis confecerunt Patres Recollecti Provinciæ S. Andreæ in Belgio per aphorismos alphabetico ordine digestos, edideruntque apud Belleros Antverpiæ 1622. atque aliis locis. Deinde aliud copiosius formavit Hieronymus Rodriguez Emmanuelis nostri ex Fratre Nepos, atque edidit Lugduni 1634. in 8. Ad finem tertii voluminis prodiit ubique:

COLLECTIO, Compilatio Privilegiorum Apostolicorum Regularium Mendicantium, & non Mendicantium ab Urbano II. usque ad Clementem VIII. concessorum. Seorsimque duobus tomis Lugduni 1609. Antverpiæ 1616. Duaci 1613.

OPINIONUM communium cir-

circa casus conscientiæ. Librum unum Venetiis 1616. Hispanè verò scripsit:

SUMMA de casos de conciencia. Cui additur:

UN TRATADO del orden judicial, que los Prelados, y qualesquiera Eclesiasticos deben guardar en sus visitas, quatuor tomis, seu duobus voluminibus. Prior bis prodiit Salmanticæ 1604. & 1607. deinde Barcinone 1616. Matriti, atque alibi. Posterior Cæsaraugustæ apud Joannem de la Naja 1607. Nempe Autor duas Summas, seu duo integra alphabetica casuum conscientiæ formavit; postremam, scilicet, postquam edidisset primam, ex his, quæ prætermissa fuerant, quotidieque sibi in mentem, & examen veniebant. Has in unam eamdemque redegit, atque Salmanticæ edidit 1616. Vvadingus noster. Primum horum volumen, statim ac foras fuit emissum, latinitati donavit Balthasar de Canonizat. Palentinus, quę interpretatio Duaci prodiit 1614. Coloniæque apud Hyerat 1620. 4. & Venetiis 1622. Italica etiam ibidem excussa est ann. 1603.

CATECISMO de Doctrina Christiana, Salmanticæ 1602. Denique scripsit:

Explicacion de la Bula de la Cruzada con Adiciones. Elucidatis simul propriis Motibus Pii V. de Censis, & de non admittendis fœminis in Religiosorum domos inferiores. Hoc opus dedit in lucem Salmanticæ 1594. & ibidem 1599. præmissa licentia V. Ministri Provincialis Provinciæ Discalceatorum S. Josephi Fr. Bartholomæi à Sancta Anna: & in Privilegiis Regum Castellæ, & Lusitaniæ Censuris, ac in fronte libri Discalceati nomine hic præclarissimus Provinciæ S. Jacobi filius insignitur. Item Compluti 1590. & ibidem 1589. apud Joannem Iñiguez. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1597. ibidem 1607. 1612. ac Valentiæ 1610. Transtulit hoc opus in Italicum Julius Cæsar, Valentinus, Capineti in Sabinis Parochus, prodiitque cum Additionibus Vincentii Ricci, Messinensis, Panormi, ann. 1620. Hæc ex Vvadingo, Nicolao Antonio, Jacobo de Castro lib. 3. arboris Chronologici Prov. S. Jacobi cap. 6. fol. 129. & lib. 5. à cap. 4. Hieronymo Rodriguez, aliisque domesticis Authoribus. Vidi. Meminit tandē hujus perillustris Authoris R. A. P. F. Elias à Sācta Theresia, t. 2. de Purgatorio in Indice Authorum, littera M. dicens: Emmanuel Rodriguez, Lusitanus Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum, Professor

Theo-

Theologiæ Provinciæ S. Josephi, edidit *Explicationem Bullæ Cruciatæ*: Item *Summam casuum*, & *aliquos tomos qq. Regularium.*

EMMANUEL A SS. SACRAMENTO, Provinciæ Discalceatorum S. Pauli Apostoli in Veteri Castella sodalis, Philosophiæ Lector, Concionator Apostolicus; quem zelus animatum comedit, ardore singularis cultus erga Purissimam, ejusque dulcissimum Sponsum accensus, tractatum edidit:

PRIVILEGIOS de Maria SS. y de su Esposo S. Joseph reducidos à dos exercicios breves para sus devotos, sacados de la Mystica Ciudad de Dios. Prodiit Mentosæ ex Typographia Thomæ Copado anno 1705. in 16. Ad Astra migravit in Conventu S. P. N. Francisci de Alaexos non exigua sanctitatis opinione; quare ipsum adnotavi in Catalogo Venerabilium præfatæ, meæque Provinciæ elaborato ad Capitulum Generale, Romæ celebratum anno 1723. Vidi. Reliquit M. S. *Doctrina para Missioneros.* Ipsa utilitèr usi sunt Missionarii non pauci, maximè in Castella nova, & in Bætica.

EUGENIUS A S. JOSEPHO, Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitor, & Custos Provinciæ Discalceatorum S. Josephi, necnon Commissarius Visitator Provinciæ S. Petri de Alcantara in Granatensi Regno, Orationem funebrem habitam Matriti 21. Decembris ann. 1700. inscriptam:

Regio competidor de el mas pacifico Salomon, en los virtuosos, y mejores honores de el reinar Don Carlos II. in publicum misit anno 1701. Vidi. Aliam quoque, videlicet:

SERMON en la Canonizacion de San Juan de Dios; habitam in populo gravi; vulgavit R. A. P. Joannes Sanctos anno 1693. in suo libro inscripto: *Laures Panegyricos en la Canonizacion de S. Juan de Dios.* Est in ordine decimus septimus, & incipit: *Hoi declara la evidencia* fol. 305.

FOELICIBUS CORONATIS

F

FOELIX MOLINA, in Provincia S. Joannis Baptistæ Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitor, & Custos, ac Commissarius Visitator Discalceatorum Provinciæ S. Josephi, Concionum eruditarum Ternarium edidit quarum primam sub titulo:

EL SANTO Santissimo por participacion S. Pasqual Baylon, ad

ad Ayorenses in solemnitatibus suæ Canonizationis habuit ann. 1691. Secundam inscriptam:

La Santa de el Santissimo Santa Barbara, Virgen, y Martyr; ad Valentinos ann. 1692. tertiam denique, cujus titulus:

La Santissima entre las puras criaturas, y Ave de gracia llena en su Purissima Concepcion; ad eosdem ann. 1692. Valentiæ apud Franciscum Mestre anno 1703. Vidi.

FRANCISCUS A S. AGNETE, Peñarandiñus in Salmantino Episcopatu, Provinciæ S. Pauli in Veteris Castellæ Regione filius, Sacræ Theologiæ Lector, semel atque iterum Pater, ac Chronologus floridissimæ Provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis, elaboravit duobus tomis in folio:

CHRONICA de la Santa Provincia de S. Gregorio de Franciscos Descalzos. Unum, ac alium jussu R. A. P. Fr. Dominici de Noriega, Nova in Hispania Commissarii Generalis, Censoris munere vidit eruditus Author Chronicæ Provinciæ Mexicanæ S. Didaci anno 1681. ad prælumque maturos ipse judicavit. Ex ipsomet Balthasare de Medina in Centuria Script. Discalceatorum.

FRANCISCUS AB ANGELIS, sanguine clarus, ac celebris Concionator, Provinciæ S. Pauli strictioris Observantiæ, dedit in publicum, latino idiomate:

CONSIDERATIONES pias super Antiphonam Tota pulchra; additis Analogiis utriusque nostri Patriarchæ, nempe, S. Dominici cum Seraphico Francisco, Matriti 1643. & 1648. apud Franciscum Garcia, in 4. Vvadingus, Nicolaus Antonius, Petrus de Alba, Balthasar de Medina, Matthæus à Nativitate, ac Hippolytus Marratius in Appendice Bibliothecæ Marianæ. Insuper M. S. reliquit nobis eodem idiomate, & in folio tomum secundum, cujus titulus est:

CONSIDERATIONES in Evangelia Festivitatum Christi, & Angelorum cum Patriarchis nostris Dominico, & Francisco cum aliis Sanctis. Incipit: *Cur sancta Religio?* Custoditur in S. Didaci præfatæ Provinciæ Vallisoletano Conventu originale approbatum, & cum Ordinarii licentia ad impressionem. Tomus tertius sub titulo:

CONSIDERATIONES in Evangelia præstantiorum Dei Mysteriorum, Sanctorumque nostræ Seraphicæ Religionis. Incipit: *Cur Christus baptizari voluit?* Ibidem stat tomus quartus:

CON-

CONSIDERATIONES in Evangelia Festivitatum Sanctorum cum Historia Ruth. Incipit: *Consideratio prima de S. Joanne Baptista.* Tomus quintus continet:

Elucidationes in fere totam Sacram Scripturam, initio caret.

Elucidatio in Genesim sic incipit: *Quis fuit primus Scriptor?*

In Exodum incipit: *Rabbanus in Præfatione.*

In Leviticum incipit: *Quid significet Leviticus?*

In libr. Numer. incipit: *Sanctus Athanasius.*

In Deuteronomium incipit. *In Oleastri Commentariis.*

In libros Josue, Judicum, & Ruth incipit: *Censet Abulensis.*

In libros Regum, Paralypomenon, Esdræ, & Tobiæ incipit: *Cajetanus notat.*

In Judith, & Esther incipit: *Liber Judith.*

In Job incipit: *Doctissimus Titelman.*

In Psalmos incipit: *Concilium Tridentinum.*

In Proverbia, & Ecclesiastem incipit: *Magister Curiel.*

In Cantica, librum Sapientiæ, & Ecclesiasticum incipit: *Sanctus Augustinus.*

In Prophetas Majores incipit: *Hanc magnum.*

In Prophetas Minores incipit: *Lege Elucidationem.*

In libros Machabæorum incipit: *Sixtus Senensis.*

In S. Matthæum incipit: *Asserit Bellarminus.*

In S. Marcum incipit: *Sancti Marci.*

In Sanctum Lucam incipit: *Noster Stella.*

In S. Joannem incipit: *Cur Sanctus Joannes.*

In Acta Apostolorum incipit: *Venerabilis Beda.*

In Epistolas S. Pauli incipit: *Beatus Petrus Damianus.* Scripsit insuper:

ELUCIDATIONEM in Evangelia. Incipit: *Multa de ipsis Evangeliis.* Tomus sextus bipartitus est. Agit in prima:

DE Sermonum speculatione. Incipit: *An maximus Rethorum.* In secunda pro Sermonum praxi perfecit:

Adventuale, Quadragesimale, & Mariale. Incipit: *De Angelo nuntiante.* Ibidem cum præcedentibus reponitur, ubi non semel vidi, & legi.

FRANCISCUS ANGOSTO, patria Carthaginensis, sanguine clarus, olim Salmantinæ Academiæ alumnus, ejusque Supernumerarius Juris Cathedraticus, Religiosissimus Vir, abstinentia, humilitate, zelo paupertatis, & animarum donatus, magnus Prædicator, Provinciæque S.

Joannis Baptistæ Custos, posteritati reliquit M.S. opus inscriptum:

BONA MORS, quod in 4. vidi in nostra S. Antonii Abulensis Bibliotheca. Insuper scripsit:

DEFENSIONEM Franciscanæ paupertatis, aliósque non spernendos Tractatus, de quibus Antonius Panes part, 2. suę Chronicæ pag. 639. Reliquit etiam M. S.

QUÆSTIONEM Regularem super quartum caput Seraphicę Regulæ, quæ quæstió in Archivio Generali suæ laudatæ Provinciæ in Valentino Conventu S. Joannis de la Ribera asservatur unà cum alio suo opere. M. S. in fol. inscripto:

EPILOGUS discursus Morales continens. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

FRANCISCUS A SANCTA ANNA, Provinciæ S. Josephi Discalceatorum filius, perpetuusque Pater, Regiusque Ecclesiastes edidit in lucem:

SERMONEM unicum de SS. Francisco, & Dominico, impressum anno 1647. teste Fr. Petro de Alba tabul. 1. Aurei sui operis *Naturæ prodigium* inscripti:

DISCURSOS predicables para todos los dias de Quaresma. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ibar 1641. in fol. Vidi. Desideratur latino sermone opus aliud sub titulo:

Seminator Cœlestis, in calce sui Prologi promissum. Vidi. Typis quoque dedit Matriti 1642.

SERMON en las Exequias funerales de la Christianissima Reina de Francia. Item aliam Concionem in tempore belli habitam, & inscriptam:

EXORTACION Catholica. Excudebat ibidem Carolus Sanchez 1640. Legi.

FRANCISCUS A D. ANTONIO, Cantaber, alumnus primò Mexicanæ S. Didaci Provinciæ, demùm verò Discalceatæ S. Didaci in Bætica, Sacræ Theologiæ Lector, ac S. Officii Qualificator, scripsit:

OFFICIUM Parvum S. Antonii de Padua. Ipsum legi noviter excussum, & emmendatum. Matriti 1705.

FRANCISCUS A S. ANTONIO, Provinciæ S. Gregorii Philippinarum alumnus, elaboravit:

ARTEM, & Vocabularium linguæ Tagalæ sub titulo: *Institutio linguæ Tagalæ*, opus sanè Missionariis valdè necessarium, à quibus M. S. præ manibus habetur, teste Chariss. Fr. N. Fr. Francisco à S. Petro de Alcantara-

tata, Provinciæ S. Pauli filio, & præfatæ S. Gregorii Provinciæ Custode hoc anno 1723.

FRANCISCUS A S. ANTONIO, Pater Provinciæ S. Pauli, Regiusque Concionator, jussu Rmi.P. Fr. Bonaventuræ Poerio totius Ordinis Ministri Generalis edidit in 4.idiomate proprio, Vallisoleti 1695.

COMPENDIUM gratiarum Provinciæ S. Pauli factarum à Catholicis Regibus Hispaniarum. Suppresso quoque nomine in publicum misit ibidem secundò, typis Josephi de Rueda anno 1703.& 3. anno 1708.

OPUSCULUM mortis ex Seraphico Doctore deprompium. Novitèr emmendatum sub titulo: *Purissima erga Dei Genitricem devotio ad impetrandam gratiam pro articulo mortis,* vulgavit Emmanuel Ruiz de Murga, anno 1703.Noster Author sanguine, & devotione erga Deiparam clarus, trium Provinciarum Visitator fuit, terque Sermonem habuit ad tria Generalia nostri Ordinis Capitula, de quibus, & aliis in Memoriali nostræ Provinciæ ad Capitulum Generale Romæ misso 1723. meisque in Chronicis.

Demum M.S. reliquit *volumina quatuor Sermonum Christi, & Christiparæ Sanctorum,ac Defunctorum*, quæ studiosè conservantur in Bibliotheca N. Conventus Salmantini, vulgo de el Calvario.

FRANCISCUS AB ASCENSIONE, ex Oppido Aguilar de Campò Diœcesis Legionensis, Provinciæ S. Pauli Diffinitor, Vir sanè Theologiæ mysticæ valdè deditus, cultui SS. Sacramenti addictissimus, universæ mortificationis, ac strictioris Observantiæ communi calculo exemplar, elaboravit in 4.

VIDA de la Sierva de Dios Doña Beatriz de Langa. Præ manibus habeo,ut in meisChronicis publici usus faciam. Floruit in nostro S. Didaci Vallisoletano Conventu an. 1654. Cujus vitam scripsit extaticus Fr. Antonius à Martyribus in Hist. M. S. Provinciæ S. Pauli Conv.1.fol.13.

FRANCISCUS A S. AUGUSTINO, Lector Theologus, Provinciæ S. Antonii in Lusitano Regno, Sermonem habitum in Regio Sacello, videlicet:

SERMAO da Soledade de nossa Senhora communem fecit. Excudebatur Conimbricæ in Typographia Viduæ Emmanuelis Carvalho ann. 1664. Vidi.

FRANCISCUS A S. AUGUS-

TINO, MACEDO, Lusitanus, Conimbricensis, vix major annis Societatem ingressus Jesuitarum, in ea plures annos mansit, cum Rethoricam, tum Philosophiam, & rationem temporum, hoc est, Chronologiam docens multa eruditionis, & eloquentiæ, ac Poeticæ facultatis fama. Hinc tamèn in sodalitium Franciscanorum Fratrum se conferens, Franciscique à S. Augustino Macedo nomen præseferens, ea tempora adeptus est, quæ calamitatem rebellionis Portugalliæ invexerunt; cujus æstu abreptus, & ipse non in Anglia solum, sed in Gallia, lateri eorum adhærens, qui rebellem. Brigantinum apud eos Reges tuebantur ascititio Legatorum honore conspicui, hanc causam voce, & scriptis promovere non extitit, Parisiis edito *Propugnaculo*, de quo postea dicemus, aliisque hujus argumenti. Romæ demùm tradidit, urbanæque tum habitationi, tum professioni, vegetem adhuc senectutis fructus in Collegio Urbano de Propaganda Fide addictus polemicæ Theologiæ docendæ, ac necessariis exhibitus; insuperque in Romano Sapientiæ Gymnasio Cathedra ornatus Ecclesiasticæ Historiæ, Sanctique Officii Censor Theologus. Acumine ingenii, memoriæ præsentia, multarumque disciplinarum præstanti eruditione clarissimum Romæ vidimus majorem septuagenario, priusquam ad Patavinam Theologiæ, qua nunc, quo tempore scribimus, detinetur, professionem ante biennium evocatus fuisset, libris tamen adhuc immersum, ut procudendis sui monumenti in gratiam posterorum. Ediderat in Societate, ut Philippus Alegambe Jesuitarum Bibliothecæ Author, retulit:

THESES Rethoricas, quas Matriti publicè proposuit:

APOTHEOSIN S. Francisci Xaverii lyrico carmine, lib. III. Ulysipone 16. 20. 8.

APOTHEOSIN S. Elisabethæ Reginæ Lusitaniæ, libro unico, 1625. in 4.

ARTEM Poeticam, justo volumine, præter Elegias quasdam in mortem P. Francisci de Mendoza, quæ æstant ad calcem ipsius Mendozæ Viridarii. Hispanicè verò:

EPITOME Chronologico desde el principio de el mundo hasta la venida de Christo. Matriti 1633. in 4.

LA VIDA de Don Luis de Atayde, Virrey de la India. Matriti ann. 1629. in 4. Extra Societatem edidit multò plura scilicet:

PROPUGNACULUM Lusita-

tano-Gallicum contra calumnias Hispano-Belgicas, in quo fermè omnia utriusque Regni, tum domi, tum foris præclarè gesta continentur. Parisiis apud Antonium Bertier 1647. in fol.

ELOGIUM Eminentissimi Michaelis Mazzarini, Ordinis Prædicatorum, S. R. E. Cardinalis Parisiis.

ROMAM Poema epicum. Romæ 1641. in 4.

HONOREM vindicatum. Rupellæ anno 1642. in 8.

ELOGIA Gallorum. Aquis-Sextis 1642. in 4.

TESSERAM Romanam authoritatis Pontificiæ adversus buccinam Thomæ Angli. Londini 1654. in 4.

LITUUM Lusitanum, hoc est, *Apologiam mentis Innocentii X. adversus Thomam Anglum.* Londini 1654. in 4.

SCRUTINIUM Divi Augustini de prædestinatione, gratia, & libero arbitrio. Parisiis 1648. in 4. Monasteriique per Christophorum Hongalt 1649. in 4.

MENTEM divinitùs inspiratam SS. P. Innocentio X. super quinque propositionibus Cornelii Jansenii. Londini anno 1643. in 4. apud Nortonum.

DOMUM Sadicam. Lugduni 1653. in fol.

DE clavibus Petri, libris IV. Romæ apud Philippum Mariam Mancini 1660. in folio.

OFFICIUM Sancti Joannis Evangelistæ. Ulysipone.

De jure succedendi in Regno Lusitaniæ. Parisiis anno 1641. in 4.

VITAM S. Joannis de Matha, & Felicis de Valois, Fundatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum. Ulysipone apud Angelum Barnabo anno 1660. in 8.

THEATRUM Metheorologicum. Ibidem apud Jacobum Dragondelli in 16.

DIATRIBAM de adventu S. Jacobi in Hispaniam. Romæ 1662. in 4. typis Philippi Maria. Vidi.

PHILIPPICA Portuguesa. Ulysipone 1644. in folio. Latinè item post hæc omnia:

SCHOLAS Theologiæ positivum ad doctrinam Catholicorum, & refutationem Hæreticorum apertas. Romæ apud Philippum Maria Mancini 1664. in folio. Hæc Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Scriptorum Hispaniæ. Vidi. Sed de tanto Viro restat grandis Sermo.

Fuit sanè iste Saul inter doctos S. Ignatii, primitùs Regulę subjectus, sed sub Frãcisco penitus militare decernens, strictiorem Observantiam professus fuit in Provincia Discalceatorum S. Antonii Ulysiponensis in Conventu Paduano Doctori Sacro præfatæ Civitatis, & Pro-

vin-

vinciæ in manibus Charifs. F. N. Fr. Berardi à Martyribus Provincialis Miniftri die 28. Decembris anno 1648. difpenfatis fex menfibus fui anni approbationis ab Urbano VIII. Elapfis autèm aliquot annis, quibus in præfata Difcalceatorum Provincia Philofophiam, Theologiam quoque docuit, à Concionibus Joannis III. Regis Lufitaniæ, hujufque Regni Chronologus latino fermone factus, novo fpiritu ductus inter Regularis Obfervantiæ profeffores, velut inter ignes Luna, minores affulfit Romæ, Paduæ, ac Venetiæ. In Tyburini Conventus PP. Obfervantium Bibliotheca vidi decentèr erectum vile candelabrum fequenti agnomine infignitum *Hoc eft candelabrum, quo Pater Macedo litteris vacabat.*

Quibus autem, & qualibus litteris? Confidera opera fua, adverte ejus genium, ac ingenium, & me herclè in ftuporem abibis. R. A. P. Fr. Antonius Caftell, Regularis Obfervantię alumnus, Lector bis Jubilatus, Cæfarauguftanæ Univerfitatis Sacræ Theologiæ Doctor, & Aragoniæ Provinciæ Ex-Minifter Provincialis in publicum mifsit Cæfarauguftæ opus in folio infcriptum: Francilogium Sacrum, vel potius Francifcanam integram Bibliothecam. In fuo lib. 2. cap. 12. fub nomine Obfervantium confultò Anonymos relinquit Difcalceatos Hifpaniæ, Reformatos Italiæ, ac Recollectos Galliæ. Ait enim loco allegato num. 357. *Amplifsima Minorum Religio in quinque extat diducta Familiis: Primò, Clauftralium: Secundò, Capucinorum: Tertiò, Pœnitentium, five Tertiariorum: Quartò, Monacharum: Quintò, Obfervantium.* Quo circa eodemmet libro fpatiofifsimam luftrans Provinciam Macediani Lycœi, ulla abfque diftinctione *noftrum* vocans. §. „ 8. cap. 15. ifta defcribit: Confultò hic apponere decrevimus, five in Chartam derivare, memoranda, & admiranda illa celeberrima, & nunquam fatis pro dignitate plaudenda Scholaftica Themata à N. R. A. P. Fr. Francifco à Sancto Auguftino, Macedo, amplifsimo litterario Orbi ad Solem, & Lydium propofita, & per Octonum diem continuum Venetiis fubtili, ac fublimi ingenii acie, & fœcundo, ac facundo Eloquentiæ labro ab ipfo pro roftris expofita. In Scheda lege, & perlege ejus Authographum, ut ipfius Encydopediam haud fine ftupore mireris.

LEO-

LEONIS MARCI

RUGITUS LITTERARII

per dies octo cuntinuos opera Patris Macedi Observantis Minoritæ prolati.

I. SACER.

SERENISSIMO PRINCIPI DOMINO D. DOMINICO Contareno Venetiarum Duci.

De Sacra Scriptura, tum Veteris, tum Novi Testamenti deque ejusdem sensibus, Versionibus, Interpretatione, Expositione.

II. SACER.

ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO D. ALOYSIO D. Marci Procuratori Contareno

De Romanorum Pontificum serie, Succesione, Authoritate Suprema: deque Conciliis OEcumenicis, ac eorum causis, Præsidibus, doctrina.

III. DICATUS

ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO D. ANDREÆ D. Marci Procuratori Contareno.

De Historia Ecclesiastica, tum ab Adamo usque ad Christum, tum à Christo usque ad annum præsentem.

IV. DICATUS

ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO D. ANGELO D. Marci Procuratori Corraro.

De Sanctorum Patrum, & Græcorum, & Latinorum ætate, & doctrina, ac præcipuè S. Augustini, cujus opera omnia exponentur; sententiæ afferuntur, defenduntur.

V.

V. CONSECRATUS

ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO D. NICOLAO D. Marci Procuratori Sagredo.

De tota Philosophia, & Theologia speculativa, & Morali, ac illius Scholis, præcipuè Scotica, Thomistica, Jesuitica: deque Sacris Canonibus, & Institutis, ac libris Juris Civilis.

VI. CONSECRATUS

ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO D. BAPTISTÆ D. Marci Procuratori Nanio.

De Historia Græca, Latina Barbara, præcipuè Itala, & Veneta.

VII. DEDICATUS

ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO D. PETRO D. Marci Procuratori Basadona.

De Rethorica, ac illius Arte, ac methodo: ad usum ita redacta, ut quamcumque quis Quæstionem dicenti ponat, de ea extemporè dicentem audiat.

VIII. DEDICATUS

ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO D. Antonio Grimano ad Summum Pontificem Oratori electo.

De Poetica ad mentem Aristotelis, deque illius formis, & versibus. Poetis præcipuis Grecis, Latinis, Italis, Hispaniis, Gallis. Oblata quævis materia, extemporalis eam Poeta suscipiet, & versu describet.

CUI-

CUILIBET DISPUTATURO PONERE, ET ROGARE quid velit licitum esto. Incipient à die Lunæ 26. Septembris 1667. Publicè in Ecclesia Sancti Francisci de Vinea Venetiarum.

Venetiis Superiorum permissu.

HIERONYMUS DE SOUSA, Lector Jubilatus almæ Provinciæ Castellæ Regularis Observantiæ, in Præfatione ad Lectorem Philosophiæ futurorum contingentium, secundò editæ Matriti anno 1706. agens de Authoribus propugnantibus decretum prædiffinitivum actus liberi, memoriam fecit nostri Macedo, in medium proferens „sequentia: Inter Scotistas no„vissimè, ac subtiliter hanc „sententiam docet celebris ille „nostri ævi Doctor, & Seraphi„cæ Religionis splendor Fr. „Franciscus à Sancto Augusti„no, Macedo, Conimbricen„sis Magister, Lector Jubila„tus, Professor publicus Pata„vinus, Venetus Civis, omni „Scientiarum genere excultus, „ultra quadraginta librorum „Author, & in Orbe litterario „novissimus. Major autem est „numerus. Ipsum quinquaginta librorum Authorem proclamat R. A. P. Fr. Benedictus Ferdinandus, Carmelitanus, Theologus, ac Sorbonicus Doctor, initio tomi tertii suarum Collationum, de quibus infra redibit sermo. Occurrunt nunc sequentes nostri Authoris doctissimæ elucubrationes in laudem S. Augustini, videlicet:

CONCENTUS Euchologicus Sanctæ Matris Ecclesiæ in Breviario, & S. Augustini in libris. Adjuncta armonia Exercitiorum S. Ignatii Societatis Jesu Fundatoris, ac operum S. Augustini Ecclesiæ Doctoris. Venetiis 1668. apud Cieras in folio. Vidi. Scripsit etiam:

COLLATIONES doctrinæ S. Thomæ, & Scoti cum differentiis inter utrumque. Patavii 1671. Typis, & sumptibus Petri Mariæ Frambolti in fol. Vidi. Operis hujus meminit. R. P. Fr. Hieronymus de Lorte fol. 349. suæ Mappæ, subtilis subdens Authorem *scripsisse quamplurima alia Theologiæ Sacræ ingentia volumina.* Et meritò. Scripsit enim denique in folio.

COLLATIONES doctrinæ S. Thomæ, & Scoti in Secundo Sententiarum. Patavii 1673. eis-

dem typis, Eminentissimo Cardinali Ottobono. Vidi.

COLLATIONES S. Thomæ, & Scoti in tertium sententiarum. Sanctissimo Innocentio XI. Patavii apud Codorinum anno 1668. Ecce tanti Authoris, à quo disces laborem, fortunam veró ex aliis; Encyclopędia. Alia ejus opera (sunt sanè septuaginta ejus opera) quæsivi, & non inveni. Romæ in Aracœlitano Conventu extat appositum sequens Epicedium, Epitaphiumvè historicum suorum munerum, ac elucubrationum, licet Paduæ mortem viderit. Ipso fruere.

P. M. S.

VIRO OMNISCIO P. Fr. FRANCISCO A S. AUGUSTINO MACEDO.

Patria Lusitano, Veneto Civi. Minorum Observantium Provinciæ Portugalliæ Lectori Jubilato. In Patavina Academia Ethicæ professori. Galliarum Reginæ Annæ Concionatori, & Consiliario. Regis Lusitaniæ Joannis IV. Chronologo Latino. Sancti Officii Romæ Qualificatori. In Collegio Propaganda Fidei controversiarum Lectori. In Romana Sapientia Historia Ecclesiásticæ Magistro. Poetæ extemporáneo celeberrimo. Pluribus in Catholicæ, & litterariæ Reipublicæ obsequium laboribus claro. Encyclopædicis non paucis speciminibus, ac certaminibus illustri. Adversæ fortunæ ictibus intrepido. Ingenio acri, memoria infallibili. Septuaginta Voluminum Patri. Die 1. Maji 1681. ætatis suæ ann. 88. Paduæ ad Superos profecto.

FRANCISCUS AZEBEDO, Custos Provinciæ S. Gabrielis in Extremadura vulgo dedit:

SERMON Capitular. Salmanticæ in Officina Susannæ Muñoz excudebatur anno 1615 Legi.

SANCTUS FRANCISCUS BLANCO, Provinciæ S. Jacobi filius; sed audiatur Tiburtius „ Navarro fol. 34. cap. 6. Genuit „ Ordini Seraphico Franciscum „ Blancum Regularis Observantia; sed eum Ecclesiæ, & „ Cœlo Philippini Conventus „ educarunt, in quibus domicilium habitationis accepit, & „ Minoribus Discalceatis est asso-

„ associatus. Iste Sanctissimæ „ Virgini Deiparæ addictissimus fuit, orationi, & pœnitentiæ indefessus vacabit: tèr „ singulis diebus disciplina corpus afflxit, puritatem cordis, „ & linguæ innocentiam semper „ coluit. Cum in Japonium „ transisset, intra tres menses „ sufficientem Confessionibus „ audiendis linguæ intelligentiam acquisivit: Summa charitate leprosis servivit. His „ virtutum; & bonorum operum gradibus ad Crucis mortem pervenit, quam læto, & „ sereno vultu aspiciens, & in „ hæc verba erumpens: *In manus tuas, Domine, &c.* se lanceis transfigendum obtulit, & „ ad ultimum usque halitum à „ divinis laudibus non cessans, „ stolam jucunditatis accepit in „ sanguine Agni de albatam. Hactènus Navarro. Consulantur Arturus, & Fortunatus.

EPISTOLAS fervore plenas scripsit, ac

MONITA quędam ad Comitem de Monte Rey, quorum meminit V. P. Fr. Marcellus de Ribadeneira, lib. 5. Histor. Jap. cap. 16. sequentibus verbis: „ Aunque para edificacion del „ Letor pudiera poner aqui algunas Cartas, que desde el „ camino escribieron los gloriosos Martyres con harta „ priessa, y sobresalto, por estorvarselo las guardas, segun „ el papel, letra, pluma, y tinta „ publicaban, las quales aunque eran breves de razones „ eran ricas de sentimientos espirituales. Paucisque interjectis subdit: El dichoso Fr. Francisco Blanco, vencido de el „ amor natural, que le tenian „ sus Padres; porque reparassen, „ quan preciosa avia de ser delante de el Señor su muerte, „ por ser muy gloriosa la causa „ de ella, les escribiò vna Carta. Y conociendo la mucha „ devocion, que el Conde de „ Monte-Rey (cuyo vassallo era „ este Santo) à quien por la mucha prudencia, y Christiandad, avian dado el Gobierno „ de la Nueva España, tenia à la „ Religion Franciscana, le escribiò algunas advertencias „ de lo sucedido en Japon, para „ que las escribiesse à su Magestad; como tambien lo escribia el glorioso Comissario. „ Tambien me escribiò à mi „ otra Carta, como à particular amigo suyo, la qual adelante le pondrà. Vulgasse in Regno Japonensi Mysterium Immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis Mariæ refert in sua Militia universali Fr. Petrus de Alba ex Daza in tract. de Conceptione cap. 6. fol. 44. Con-

sule Fr. Balthasarem de Medina.

EPISTOLAM, ab ipso consceptam Japonico idiomate, latinam fecit R. A. P. Ludovicus Frois *De morte 26. Crucifixorum* cap. 10. & est quæ sequitur: Quo-
„ tidiè expectamus mortem
„ amore Domini Nostri subeun-
„ dam, eaque ex re ingentem
„ capimus consolationem; ma-
„ ximè cum videamus Christia-
„ nis tantum inesse animi, ut
„ etiam carnificum moram mo-
„ lestè ferant. Id verò longè
„ majorem nobis affert stupo-
„ rem, quod & Fuscimo & ex
„ montibus longè remotis ac-
„ currant, & dicant: Si Christia-
„ ni, quia Christiani sunt, mor-
„ tem oppetant propter Chris-
„ tum, se quoque in illam Socie-
„ tatem adscribi debere, quan-
„ doquidem & ipsi Christiani
„ sint. Nobis autem fas non est,
„ cum illis sermonem ullum ha-
„ bere. Pudet me mei, dum vi-
„ deo homines in fide tam no-
„ vitios non expavescere mor-
„ tem. Hucusque ille.

FRANCISCUS à S. BONAVENTURA, Provinciæ S. Didaci in Bætica alumnus, prælo dedit in 4. Hispanè adversus luxuriam indumentorum utriusque sexus.

BREVE tratado de el adorno de el alma, y descuido de el cuerpo, Hispali 1644. Medina, Nicolaus Antonius.

FRANCISCUS à S. BONAVENTURA, Provinciæ S. Josephi alumnus, ac Sacræ Theologiæ Lector communem fecit.

SERMON Panegyrico de la milagrosa, devota, y sagrada Imagen de Maria N. Señora de el Prado. Matriti Typis Regiis, ann. 1715.

FRANCISCUS à S. BONAVENTURA, Sacræ Theologiæ Lector, ac suæ S. Didaci Discalceatorum Provinciæ in Bætica Diffinitor, mirabilem vitam, gloriosumque martyrium Sancti Fr. Joannis de Prado sub titulo:

Sol de Marruecos. Prodidit in 4. Hispali ex Officina Joannis Francisci Blas 1691. Laudatur à Chronologo ejusdemmet Provinciæ lib. 7. cap. 5. num. 126. vidi. Italis nonnullis locupletatum additionibus communem fecit Doctor Joannes Baptista Vaccondio, Romæ ann. 1714. in 4. vidi. Scripsit insuper:

TRISAGIO Seraphico, en tres Sermones de N. Seraphico P. S. Francisco. Prodiit Hispali ex Officina Francisci Garài, ann. 1712. in 4. vidi. Concionem gravem ejusdem Authoris habitam ad Gaditanam Civitatem in Solemnitate Canonizationis S.

S. Joannis de Deo leges à fol. 355. libri inscripti : *Aparato solemne*, impressi Ulyssipone ann. 1693.

FRANCISCUS à S. CLARA, Theologiæ Lector, & Custos S. Josephi Provinciæ, à Concionibus Regiis, ac S. Officii Qualificator, tres Conciones ad Catholicum Regem Hispaniarum Carolum II. in publicum misit, quarum prima:

Sermon de el Santissimo Sacramento de el Altar. Matriti 1692. Secunda:

Oracion Funebre en las Exequias de la Reyna N. Señora Doña Mariana de Austria. Ibidem ann. 1696. Tertia.

Sermon de la Dominica Quarta de Adviento. Ibidem, 1693. ejusdem Authoris.

Aliam de S. Petro de Alcantara Concionem, habitam ad Capitulum Generale Toletanum leges in ejusdem Capituli Historia missa in publicum Matriti à R. P. Fr. Alphonso Magdaleno Provinciæ Castellæ Chronologo.

FRANCISCUS à CONCEPTIONE, Hispanus, in nostra S. Pauli Apostoli Veteris Castellæ Provincia strictiorem Minorum Observantiam professus, in Provinciam Discalceatorum Philippinarum Manilæ degebat, an. 1700. Anno verò 1672. in Sinas profectus, in Provincia Kuantung Metropoli fidem nuntiavit. Apud Magnates, ipsumque Regulum singulari gratia pollens, prope ipsius Palatium Ecclesiam obtinuit, ædificavitque. Aliarum Ecclesiarum fundationes promovit, omnibus semper acceptas, & gratus, in lucem edidit.

Quæ essentialitèr requiruntur ad Legem Dei amplectendam, & Sanctum Baptismum recipiendum. Petrus de la Piñuela in Catalogo Religiosorum S. P. N. Francisci, qui Sinarum Imperium ad Jesu-Christi Evangelium prædicandum ingressi sunt, excusso à Joanne Josepho Gullena Carrascoso ann. 1700. in 4. Hic Vir Deo, & hominibus dilectus, & contemplationi valdè deditus, scripsit anno 1695. librum scriptum:

Atajo Espiritual, para llegar à la ultima union con Dios. Vidi. Aliud opus spirituale, cujus titulum ignoro, valdè commendatum ab Illmo D.D. Fr. Emmanuele de Jesu Maria, Episcopo NanKinensi. Etiam vidi Matriti ann. 1727. Incipit : *Ante todas las cosas.* Est opus in 4. sicut primum.

FRANCISCUS à CONCEPTIONE, dignus Minister Provincialis Provinciæ S. Didaci in Bætica, Sanctique Officii Qualifi-

lificator, elaboravit in folio, foraſque emiſit ann. 1654. Tractatum juridicum ſub ſequenti inſcriptione:

Progreſſo, y eſtado de el litigio, ſobre el Articulo de precedencias entre los RR. PP. Auguſtinos, y Deſcalços Franciſcos. Vidi.

FRANCISCUS à CRUCE, Amburgenſis, Sacræ Theologiæ Lector in Arabidorum Diſcalceata Provincia, Concionem habitam ad Sereniſsimam Britanniæ Reginam, ſub titulo:

Sermam do Patriarcha S. Ignacio, in publicum miſit. Prodiit Ulyſsipone ex Officina Dominici Carneiro an. 1688. Vidi.

FRANCISCUS DURAN, in Diſcalceata S. Petri Granatenſi Provincia profeſſus, Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor, extraordinariam Concionem vulgavit, nempè:

Sermon Panegyrico, en la Colocacion de dos Imagenes, &c. Granatæ apud Franciſcũ de Ochoa, ann. 1697.

FRANCISCUS GALVE, Martyr inclytus, Patria Valentinus, ſtrictiorem Obſervantiam profeſſus in ejuſdem Regni S. Joannis Diſcalceata Provincia, ut non ſolum verbo, ſed opere, etiam defunctus Japonenſes doceret, tranſtulit ex Caſtellæ ſermone in Japonicum, librum:

De Vitis Sanctorum, alioſque libros aſcæticos. Ex oculari teſte V. Didaco à S. Franciſco in Relatione Martyrum Japonenſium Manilæ impreſſa ann. 1625. cap. 19. Auguſtinianus Sicardo lib. 3. Hiſtor. Japon. fol. 416. Conſule Chorum hujus Bibliothecæ ſecundum, litt. F.

FRANCISCUS à S. JACOBO, Diſcalceatæ S. Gabrielis Provinciæ filius, prophetiæ dono, ac inſigni vitæ ſanctitate conſpicuus, ſcripſit tractatum:

De los favores, que recibiò de Dios, y de ſu Madre Santiſsima. Deiparam ſemper Virginẽ ſummè dilexit, ejuſque juſſu, annulo ſingulari ab ipſa accepto, Myſterium Immaculatæ Conceptionis ſuæ coram Regibus, & populis publicatum, uſque in ſtuporem docuit. In ſchedula ſua manu exarata, clientulum puriſsimæ Virgini hiſce verſibus legimus:

Señora, ſi os dignais de recibirme,
Indigno ſiervo vueſtro quiero hazerme;
No permitais de vos el divertirme;
Ni ceſſeis mi Morena, en ſocorrerme.
Preſtad atenta oreja, para oirme;
Porque quiero en ſerviros deshazerme,

Y dando fin, os digo, que me alabo
De ser Francisco el negro vuestro
esclavo.

Animam reddidit suo Creatori die octavo Immaculatæ Conceptionis Virginis purissimæ anno 1617. Agit de ipso Chronologus Provinciæ S. Didaci in Bætica, part. 1. lib. 1. cap. 10. & sequentibus. Sed fusius Joannes à Trinitate part. 1. Chron. laudatæ Prov. S. Gabrielis lib. 3. Ubi non pauca fragmenta prædicti tractatus, unà cum vita V. Authoris vulgaria facit. Ipsum Consule lib. 3. cap. 42. fol. 835.

FRANCISCUS à JESU MARIA, de S. Juan del Puerto, Missionarius Apostolicus Regnorum Africæ; Sacræ Theologiæ Lector, Sancti Officii Qualificator, Historiographus Generalis Missionum Marochii, ac Terræ Sanctæ, peculiaris quoque suæ S. Didaci Provinciæ in Bætica, ejusque olim Diffinitor, sequentia in publicum emisit:

Mission Historial de Marruecos. Hispali apud Franciscum Garài ann. 1708. in fol. vidi:

Primera parte de las Chronicas de S. Diego de Andalucia, de Religiosos Descalços de N. P. S. Francisco. Ibid. in nostro S. Didaci Conventu 1724. in folio vidi.

Patrimonio Seraphico de Tierra Santa, & ad Catholicum Regem Ludovicum I. Matriti, ex Officina causæ V. Matris Mariæ Jesu de Agreda, anno 1724. in fol. vidi. Conscripserat quoque, ut ocularis testis.

BREVE descripcion de las festivas demonstraciones, con que los Cautivos Españoles solemnizaron en Mequinèz el felìz Nacimiento de Don Luis Primero de España. Hispali apud Franciscum Garài, 1708.

FRANCISCUS à S. JOANNE EVANGELISTA, Provinciæ S. Pauli Discalceatæ alumnus, in Philippinis Provinciæ S. Gregorii Commissarius Provincialis, ac Guardianus Conventus Libonienſis, idiomate illius Provinciæ M. S. reliquit anno 1681.

Explicationem Doctrinæ Christianæ. Vidi.

FRANCISCUS à S. JOSEPHO, de Suessa, ex nostris Discalceatis, Pœnitentiarius in Ecclesia Lateranensi, tractatum illum in folio:

De Canonizatione Mysterii Immaculatæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis, Romæ impressum, Sanctissimoque Paulo V. Pontifici Maximo oblatum, elaboravit. In suffragium hujus asser-

asserti vocatur Author à R.A.P. Christophoro de Vega in suo perillustri, & erudito opere Theologiæ Marianæ part.1. Palestra 3. certamine 18. & ab Illustrissimo D. D. Fr.Payo de Ribera in suo tomo inscripto: *Explicatio Apologetica*,tr.de probabilitate Canonizationis Matris Mysterii Conceptionis passivæ Dei §. 2.nu.22. fol.255. subdens nu. 25. quam grata fuerit Ægidio hæc sententia, quamtumque in ea sibi complacuerit, constat ex eo, quod semel, bis, terque dixerit fuisse gavisum, ut sibi consentientem invenit Franciscum à Sancto Josepho, & novissimè opinionem, quam ipse statuerat, defendentem. Meminit nostri Authoris Fr. Petrus de Alba, in Militia, ut sui moris est. Fuisse Discalceatum asserit expresse laudatus, ac V. Payus de Ribera.

FRANCISCUS de JARAICEJO, Sacræ Theologiæ Lector, almæque S. Gabrielis Discalceatæ Provinciæ Minister Provincialis, edidit.

Aliam de Cruce, aliam de SS. Sacramento Concionem;teste ejusdemmet Provinciæ Chronologo erudito Fr. Antonio de Truxillo lib.8. cap.24. num.21.

FRANCISCUS à S. LAURENTIO, in Provincia Discalceatorum, S. Didaci in Bætica, olim Novitiorum Magister, tandemque Diffinitor, piissimum, atque utilissimum tripartitum librum, sub titulo:.

Thesoro Celestial, y Divino, para rescate, y consuelo de las almas, in publicum misit semel, atque iterùm in 4. Memoriam ejus facit Chronologus nominatæ Provinciæ, part.1. n.111. fol.86. Vidi.

FRANCISCUS LONGI, Provinciæ S. Antonii in Lusitano Regno alumnus, in publicum misit tomum inscriptum:

Breviarium Chronologicum. Adducitur à R.A.P. Emmanuele Leal, Lusitano, in opere, cujus titulus: *Chrisol purificativo*, in Catalogo Scriptorum asserentium Magnum Patrem S. Augustinum Ordinis suorum Eremitarum & Authorem, & professorem fuisse fol. 355. his verbis: *Fr. Francisco Longi, Capucho, no suo Breviario Chronologico* pag. 110. Et infrà adducit Capucinorum Franciscum Coriolanum, Authorem quoque alterius libri paritèr *intitulati*: *Breviario Chronologico.*

FRANCISCUS à S. LUCA, Placentinus, professione laicus, in Provincia S. Gabrielis fuit, è qua

qui in Philippinis zelo animarum ductus, Provinciæ S. Gregorii sodalis factus, verbo, & opere Apostolico ministerio inserviens, propriis manibus quindecim mille Indos, à se in lege Domini instructos, baptizavit. Scripsit opus Missionariis utilissimum, nempè:

Dictionarium idiomatum principalium illarum Insularum. Floruit ann. 1639. Consulatur Fr. Antonius Truxillo lib. 8. Chronicæ laudatæ S. Gabrielis Provinciæ, cap. 22. & cap. 24.

FRANCISCUS à MATRITO, in Toletano S. Josephi Conventu Franciscianum Discalceatorum Sacram Thologiam legens, dedit eruditissimam Orationem inscriptam:

Sermon de gracias, reducido à dolores gloriosos, &c. Toleti apud Augustinum de Salas, anno 1711. Prodiit Regi Catholico sacra.

FRANCISCUS de MONTILLA, Provinciæ Discalceatorum S. Gregorii in Philipinis alumnus, & Custos, Magister Sancti Philippi à Jesu in Novitiatu, Commissarius Visitator Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Mexicano Regno, Vir verè Apostolicus, ac zelo animarum insignitus, ad suam S. Josephi Discalceatorum Provinciam, unde exiit, giratis Indiæ Orientalis diversis Regnis, reversus, morte præoccupatus in Oppido de Almodovar de el Campo, ejus Parochialem Ecclesiam suo corpore, post animæ separationem in illis verbis: *In manus tuas, &c.* ditavit, copiosam sanctitatis opinionem relinquens. Lege Martinum à S. Josepho, Petrum Antonium de Venecia, in suo novo Legendario Franciscano, die 31. Decembris, Joannem à S. Maria, Arturum, Peregrinum, & Fortunatum Huever in Monologico Franciscano, die 19. Octobris. Reliquit M. S.

De la propagacion de la Fè en las Filipinas. Testes adduco Fr. Antonium de Remasal in Histor. Prædicatorum de Chiapa, & Guatemala, ex quo Nicolaus Antonius, Medina in Centuria, ac Antonius de Leon in Bibliotheca Orientali.

FRANCISCUS à S. NICOLAO, SERRATE, Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Bætica Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor, in publicum seæmet Provinciæ utilitatem misit sequentia:

Ceremonial de la Missa, y Oficio divino.

Manual de las funciones de tiempo, y Processiones, &c. Vidi.

Traducion de la Regla, y Testamento Seraphico, y de las dos Decretales. sobre la Regla::: Exiit, & Exivit. Vidi.

Doctrina de Novicios con los Compendios de exposicion de la Regla, y de la Theologia Mystica. Vidi. Laudatur à Fr. Francisco à Jesu Maria p. 1. Chron. laudatæ Provin. lib. 7. cap. 15. num. 172. Communes quoque fecit duas graves funebres Orationes. Unam sub titulo:

Sacro Funebre, è Historico contexto: in luçem) codiit Hispali ex Officina Francisci Garài, ann. 1712. Vidi: Aliam inscriptam.

Sermon Funebre en las Honras de el mùi R. P. Fr. Luis de la Concepcion, &c. Etiam Hispali ex Officina Joannis Francisci de Blas 1703. Incipit: *Aora si lobrego acento, Coraz escollo, inevitable Syrte, y soberbio Carybdis de la vida.* Vidi. Devotione ductus vulgarem quoque fecit:

Novena de San Pasqual.

FRANCISCUS PINTO, in Sancti Josephi Provincia professus, Philosophiæ Lector, Theologus, & Examinator Nuntiaturæ in Hispania, Revisor peculiarium Bibliothecarum Matriti, edidit in 4. tomum primum:

Orationum Panegyricarum, & moralium apud Josephum Rodriguez, ann. 1708.

Tomum secundum ibidem, apud eumdem 1711.

Adventuale cum Orationibus Panegyricis, & moralibus, in 4. apud Didacum Martinez 1711. etiam Matriti.

Concionum Quadragesimalium tomum primum in 4. Matriti apud Didacum Martinez,

Tomum secundum eod. anno ibidem, & apud eumdem Vidi.

FRANCISUS de QUESADA Concionibus deditus in Conventu S. Petri Apostoli Oppidi de Priego spæ S. Provinciæ S. Petri de Alcantara in Granatensi Regno, ineditum reliquit opus verè spirituale, quod sub titulo elaboraverat in 4.

Arte general de Meditacion, y Contemplacion, fundada en el Arte General de el Doctor iluminado, y Martyr gloriosso Raymundo Lullio. Vidi in nostro S. Gabrielis Conventu Segobiensi.

FRANCISCUS ROMERO (teste Fr. Antonio de Truxillo Provinciæ S. Gabrielis Chronologo lib. 8. cap. 24. num. 22.) Ecclesiastes devotus, ac Guardia-

nus Valentinus in Extremadura, communem fecit.

Orationem habitam ad Capitula Provinciale suæ Sanctæ Matris jam memoratæ, anno 1675. Ejus titulus: *Idea de un perfecto Prelado*. Vidi.

FRANCISCUS de el ROSARIO, Lusitanus, Portuensis, sodalis Excalceatorum Provinciæ S. Antonii Brasiliensis, Cœnobii S. Mariæ de Nivibus Oppidi Pernambuco conversus, singularis pietatis Vir, scripsit vulgari gentis Lusitanæ lingua:

De los Ritos, costumbres, y trages de el Marañon. Cecidit hic liber in manus Hollandorum cum eodem Pernambuco Oppidi. Scripsit item:

Catechismum Brasilica lingua. Obiit in Urbe Bahia hujusmet Regni Regia 28. Junii 1649. Balthasar de Medina cum Nicolao Antonio.

FRANCISCUS à SANCTIS, Segobiensis, inter Patres Trinitarios primò adscriptus, mox ad strictiorem vivendi formam à Deo vocatus, plantatus in Provincia Discalceatorum S. Pauli Apostoli, jejuniis, mortificationibus, oratione, ac animarum zelo omnibus exemplar fuit. Romam pedester, nudisque pedibus migravit, Neapolimque veniens, suis ferventissimis Concionibus tota commota est Civitas, multisque extitit causa salutis. In suam Provinciam reversus, ejusque sæpè Guardianus, ac Diffinitor factus, Regalem S. Froilani Legionensem Conventum regens, ad meliorem vitam transiit 31. Decembris, ann. 1612. Ejusque sanctitatis fama excitatus illustrissimus Legionensis Antistes, & cæteri Religionum Prælati illius exequias piè celebrarunt. Scripsit, non tamen edidit:

COMMENTARIA *in Evangelium S. Joannis*. Memores ipsius sunt Vvadingus, Nicolaus Antonius, Peregrinus in Catalogo, Arturus in Martyrologio, die 29. Decembris, Petrus Antonius, tom. 1. fol. 31. & Chronologi Provinciarum S. Josephi, & S. Pauli, præcipuè autem noster valdè doctus Matthæus à Nativitate in Chronic. latino, fol. 35. hisce verbis: „ Franciscus de SANCTIS, Segobiensis, sæpè Guardianus, „ Diffinitor, ac Commissarius „ Provincialis, scripsit: *Commentaria continua in Sacrosanctum* „ *Evangelium D. Joannis*, quem „ testor me vidisse, pluraque „ legisse in ipso volumine M.S. „ & inscripto in initio, & subscripto in fine manu Authoris in nostro Conventu Sancti

„ ti Bernardini Matritensis.

FRANCISCUS de SIGUENZA, strictiori Observantiæ deditus in Provincia Discalceatorum S. Josephi Theologiam Moralem docens, edidit:

DECLARACION breve de la Regla de S. Francisco. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1613. in 4. Deinde Italicè Venetiis apud Joannem Baptistam Combi 1627. in 16. Medina cum Nicolao Antonio. Vidi.

FRANCISCUS à SPIRITU SANCTO, Pater Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Mexicano Regno scripsit:

Instruccion, y doctrina de Novicios. Prodiit in 4. ann. 1636. Balthasar de Medina in Centar.

FRANCISCUS de TORREJONCILLO, celebris Concionator Provinciæ S. Gabrielis in Extremadura, prælo dedit Hispana lingua:

CENTINELA contra Judios. Matriti 1676. apud Josephū Fernandez de Buen-dia. Vidi. Agit de ipso Fr. Antonius de Truxillo, lib. 8. Chronicæ laudatæ Provinciæ, cap. 24. nu. 26.

FRANCISCUS VELAZQUEZ Prædicator, & Diffinitor Provinciæ S. Joannis Baptistæ, posteris reliquit:

Tractatum de doctrina, & disciplina Novitiorum, excussum Valentiæ ann. 1650. apud Viduam Josephi Gasch. Medina. Vidi.

FRANCISCUS URBINA, Provinciæ Discalceatorum S. Gabrielis, Sacræ Theologiæ celebris Lector, in Cauriensi, Pacisque Augustæ Episcopatu Synodalis Examinator, Sancti Officii Qualificator, ejusque Supremi Consilii, Regiusque Concionator, edidit Conciones varias, singillatim, videlicet:

Sermon de el Nacimiento de Nuestro Redemptor ad Catholicos Hispaniarum Reges. Matriti 1693. apud Antoniū Román.

Sermon de la Reina de los Angeles, en su Magestuosissima Imagen de Val-de-Ximena. Salmanticæ apud Eugenium Garcia, 1698.

Sermon de el Mandato. Prodiit Matriti 1702. ex Officina Antonii Gonzalez de Reyes.

Sermon de la Concepcion, in quo probat Conceptionem in gratia, & gloria. Legi.

FRANCISCUS XIMENEZ, duodecim Patrum, qui Indis Evangelii lucem primi intulerunt, decimus, Provinciæ S. Gabrielis (teste Vvadingo de Script. Or-

Ordin. Minor.) Vir sanè Pontificii juris studiosissimus, pietate, propagandæ Religionis zelo, ac humilitate insignis, qui ne in albo Episcoporum censeretur à Carolo V. Imperatore, ac Hispaniarum Rege, qui Tabasco Indorum imponere ipsum voluit, constanti ad recusandum quidquid honoris esset Pontif. animo impetravit. Mexicano idiomate, quod egregiè callebat, scripsit:

Dictionarium, & *Artem hujus linguæ*, librosque omnes Mexicanè ab aliis editos jussu Superiorum revolvit, ac recensuit.

Vida de el P. Fr. Martin de Valencia; anno ab illius morte tertio, qui liber, teste Possevino, & Vvadingo, unico dempto quaternione, temporum injuria excidit.

De la naturaleza, y virtudes de los Arboles, Plantas, y Animales de la Nueva España, en especial de la Provincia de Mexico, de que se aprovecha la Medicina. Mexici 1615. Memores sunt nostri Francisci Vvadingus, Nicolaus Antonius, Gonzaga, 4. p. in descriptione Provinciæ S. Evangelii, Hernandez Dominicanus cap. 11. suæ Historiæ Ecclesiasticæ, Arturus in Martyrologio, die 31. Julii §. 15. Antonius de Venetia, in Legendario novo Franciscano die 31. Julii, Peregrinus in Catal. ac Chron. Provinciarum S. Jacobi, & S. Gabrielis, misso Mariano Orscolor in suo Francisco redivivo, & aliis, quos inter R. A. P. Fr. Augustinus Dabila Padilla, lib. 1. Historiæ Dominicanæ Prov. S. Jacobi in Mexicano Regno, præfati Dictionarii, ac Artis memor maximam eorum utilitatem comprobat, dicens: Esto „ deben, entre otras cosas, à la „ Orden de San Francisco, los „ que despues acà aprehen- „ dieron la lengua Mexicana: „ que de aquel santo habito „ han sido los que imprimieron „ Arte, y Vocabulario, y otros „ libros, que han sido luz, y „ principio fundamental de lo „ que despues acà se ha perfi- „ cionado. Nostri Authoris, suorumque operum meminit etiam Antonius de Leon in Bibliotheca Orientali.

GRAMMATICI CARLILI

G *Ex textore in Officina.*

GABRIEL JOANNES, Concionator Apostolicus, ex Provinc. S. Joannis Discalceatorum in Valentino Regno, edidit: *Orationem funebrem Panegyricam V. Dominæ Victoriæ Galvalda*

da Zorita. Valentiæ 1697. Ex Relatione hujus Provinciæ.

GABRIEL MONTAñES, memoratæ Provinciæ alumnus, & Ecclesiastes, in publicum misit Valentiæ ann. 1723.

Sermon de la Virgen de el Milagro. Ex Relatione ipsiusmet Provinciæ missa ann. 1724.

GARSIAS de CISNEROS, Provinciæ S. Gabrielis, septimus inter duodecim illos Patres, qui ad Indos Mexicanos Navigarunt, Vir prudens, & circunspectus, ut in promovenda illorum salute æstuabat, absens eis prodesse, studens plerasque Mexicano idiomate abs se conscriptas Conciones, sui in eos amoris Mnemosynen reliquit; quas illorum peritiores festivis diebus, convocato Fidelium cœtu, perlegerent. Instituto à se Collegio de Tabiculco, ubi Mexicanorum pueri instruerentur, & prima elementa caperent, & deinceps necessarijs disciplinis extollerentur, doctos sui instituti viros præfecit. Floruit Carolo V. Imperatore: sepultus est in Cœnobii Mexicani Templo. Hæc Vvadingus. Agunt de nostro Authore quotquot meminerunt Apostolici, ac Venerabilis Viri Martini Valentini. Ejus meminit Concionum Antonius de Leon in sua Bibliotheca Orientali, & Occidentali.

GASPAR à S. BERNARDINO (Provinciam ignoro) scripsit:

Itinerario desde la India por tierra hasta Portugal. Impressum fuit Lusitana lingua anno 1611. in 4. Testem adduco Antonium de Leon in sua Bibliotheca Orientali, & Occidentali, Hispanè editum Matriti anno 1629. in 4.

GASPAR LUSITANUS, Minorita, Discalceatorum in Provincia Pietatis Lusitani Regni dedit vernaculè:

Cartilla de la doctrina Christiana en lengua de Congo. Eboræ in 8. jussu Henrici Cardinalis, & Portugalliæ Infantis. Medina, Nicolaus Antonius.

GASPAR PATO, Lusitanus, Verbi Dei Concionator in Provincia Discalceatorum S. Antonii memorati Regni, inter alia M.S. reliquit.

Medullam Quæstionum communium Sacræ Scripturæ locorum. Medina cum Nicolao Antonio, & ex Relatione Romam ex Portugallia missa.

GASPAR à SPIR. SANCTO,

Sacræ

Sacrę Theologiæ Lector, Diffinitor, Custos, ac Pater Provinciæ Discalceatorum S. Josephi, ad Serenissimum Dominum Cosmam III. magnum Florentiæ Ducem in lucem misit.

Relacion de la vida, y muerte de el Siervo de Dios Fr. Joseph de la Torre, Religioso Descalço de N. P. S. Francisco de la Provincia de San Joseph. Excussit Matriti anno 1722. Hieronymus Roxo in 4. Vidi. M. S. reliquit.

Concordiam Vulgatę cum Versione LXX. Interpretum, de cujus utilitate, ac Authoris eruditione testimonium perhibet R. P. Fr. Franciscus Garcès, insignis Ecclesiastes, Ex-Diffinitor Provinciæ Burgensis, Procuratorque GeneralisCausæ V. M. Mariæ de Jesu de Agreda, approbans relationum Servi Dei hisce verbis:

„ Conozco mui bien à „ este Author, sus grandes „ prendas en todas materias, en „ especial en Theologia Dogmatica, Expositiva, y Scholastica, y Historia Eclesiastica, „ con el qual se han comunicado estas materias puntos mui „ arduos; y en especial tengo „ una disertacion suya de la „ Concordia entre la Vulgata, „ y la Version de los Setenta „ Interpretes, que adelanta lo „ mas, que hasta hoi se ha dicho en materia tan ardua; y „ espero darla à luz, y abre un „ camino clarissimo para entender cõ brevedad la Chronologia universal, que escribiò el Illmo. Señor Don Juan „ de Leyva, Obispo de Almerìa, que tambien en la Concordia con los Setenta hizo „ un trabajo grande, y mui „ digno de perpetua memoria. „ No es poco, que la Religion „ haya conseguido de la humilde este Sujeto, diesse este pequeño Volumen: lo que puedo afirmar es, que es una Libreria unica; y si huviessemos „ la fortuna, que escribiesse, y „ diesse à luz algunos puntos „ singulares en todas materias, „ q̃ alcãza, tendriamos muchos „ Libros, de grandes, y singulares doctrinas. Este es mi „ sentir. En S. Francisco de Madrid à 28. de Junio de 1722. „ Fr. Francisco Garcès.

GENNESIUS de OCAÑA, Minorita, Provinciæ S. Didaci in Bætica filius, Venerabilis Martyris Fr. Joannis de Prado Socius, scripsit, ac edidit in 4.

Relacion de el viage, que hizo à Marruecos por Embaxador de el Señor Felipe IV. el Padre Fr. Francisco de la Concepcion, Provincial de la misma Provincia.

tia: Chronologus memoratæ Provinciæ part. 1. cap. 15. num. 173. Prodiit Hispali ex Officina Joannis Cabezas anno 1675. Vidi.

GENNESIUS de QUESADA, præclarissimus Provinciæ Carthaginensis Regularis Observantiæ filius fervens, magni Regis Præco in Provincia Discalceatorum S. Gregorii Philippinensis plantatus, à Confessionibus fuit V. Matris Hieronymæ ab Assumptione, post cujus fœlicem transitum ejus vitam, virtute, & miraculis plenam scripsit (in publicum postea missam à Fr. N. Fr. Augustino de Madrid anno 1717. in folio) ac in Japonium, ut nube, seu columba volans, gloriosissimi Martyrii palma, velut Apostolorum Princeps decoratus, in Cœlum evolavit. Agunt de ipso Antonius de Huerta in Histor. S. Petri de Alcantara lib. 3. cap. 15. Tiburtius Navarro in suo S. Petro de Alcantara post mortem redivivo cap. 17. Præfati operis meminit Bartholomæus de Latana in suo lib. scripto: *Perfecto Religioso*, in Prolog. lib. 1. num. 2.

GEORGIUS à NATIVITATE, Provinciæ Discalceatorum S. Antonii in Lusitano Regno Prædicator, & Custos, tomum eruditione plenum subtili calamo in folio elaboravit, editum Conimbricæ à Josepho Ferreyra anno 1698. sub hoc titulo:

Centurias predicaveis dos Evangelios das Domingas Segundas, Terceiras, Quartas, Sextas, & Sabados de Quaresma. Vidi.

GREGORIUS à SANCTO BONAVENTURA, Provinciæ S. Josephi Discalceatorum Prædicator, & in Romana Curia Canonizationis S. Petri de Alcantara Procurator, ann. 1669. Romæ suppresso nomine, in publicum misit: *Vitam S. Petri Alcantara Scripturę Sacrę sententiis, & Christianę Poeseos flosculis delineata*; ut sequitur:



SANCTI PETRI PUERITIA.

Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. *Sap. v. 19.*

EPIGRAMMA.

Ingeniose puer, mentis das signa sagacis
Falsa videns Mundi gaudia, vera Poli.

Receptio in Religionem

Quicumque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Lucæ 9. v. 48.

EPIGRAMMA.

In puero Petro Christum Minor Ordo recepit;
Egit enim pueri initia facta Dei.

Ultra fluvium mirabiliter portatur.

Apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis sui. Daniel cap. 14. vers. 35.

EPIGRAMMA.

Qui mundi, sortisque fugit discrimina vanæ;
Ille volat, fluidas præteriturus aquas.

Habitu indutus vitam sanctissimam ducit.

Fecit quod placitum erat coram Domino, & ambulavit per omnes vias Patris sui; non declinavit ad dexteram, sive ad sinistram. 4. Regum cap. 22. vers. 2.

EPIGRAMMA.

Ambulat in medio; dextrum latus atque sinistrum
Nescit Evangelicis mens operata viis.

Factus est exemplar pœnitentiæ.

Ipse est directus divinitus in pœnitentiam gentis. Eccles. cap. 49. vers. 3.

EPIGRAMMA.

Petrus, vt in sociis sit nomen, resque Minorum;
Membra studet modicis extenuare cibis.

Vocatus est à Deo ad Reformationem promovendam.

Scio enim, quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se; ut custodiant viam Domini, & faciant judicium, & justitiam. Gen. 18. vers. 19.

EPIGRAMMA.

Pauperiam sequitur, Francisci legibus hæret;
Hocque docet Fratres pergere ad astra gradu.

A Regibus honoratur.

In conspectu Potentum admirabilis ero, & facies Principum mirabuntur me. Sapient. 9. vers. 12.

EPIGRAMMA.

Cœli Dux humilem Petrum cernebat ab alto;
Quidni Regali lumine cernat homo?

Super flumina ambulat.

Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina nun operient te. Isai. 23. vers. 2.

EPIGRAMMA.

Terrena de face nihil cum Petrus haberet;
Ecce quod ignito subditur unda pedi.

Nih

Nix in aere mirabiliter suspenditur.

Dixit, & stetit spiritus procellæ. Psalm. 106.

EPIGRAMMA.

Num tu Divino cum totus amore caleres) Idest per Antipa-
Lucisti oppositas Petre regere nives.) ristesin.

Baculus plantatus crevit in ficum.

Sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aaron, & surgentibus gemmis, eruperant flores, & foliis dilatatis in amagdalas deformati sunt. Num. 17. vers. 48.

EPIGRAMMA.

Summus in Hebreis hoc signo cernitur Aaron,
Cerneris in cœtu Petre minore Minor.

Cibi propter nives impediti, in Conventmm mirabiliter deferuntur.

Serve Dei tolle prandium, quod misit tibi Deus; & ait: recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. Daniel 14. vers. 37.

EPIGRAMMA.

Igne Dei plenus flammis elementa requirit,
Dat Deus; in niveis non patiuntur aquis.

Cibus ei in deserto providetur,

Pane Cœli saturavit eos. Psalm. 104. Respicite volatilia Cœli. Matth. cap. 6.

EPIGRAMMA.

Petrus avi similis penna precis æthera scandens,
Sæpè fuit Cœli munere dignus ali.

Orationi deditissimus erat.

Nostra conversatio in Coelis est. Ad Philip. cap. 3. vers. 20.

Testimonium Caroli V. Imperat.

Verè iste non est homo hujus sæculi : manet semper ab sortus in Deo, & conversatur cum beatis spiritibus Coeli.

EPIGRAMMA.

Debet homo terræ, vel celsi fœdera Cœli
Quærere; si Mundum respuat, astra petit,
Ergo quid mirùm, si Petrus mortuus Orbi
fixerit in veris vota, precesque bonis.

Efficacia suæ orationis pluviam impetrat.

Vivit Dominus Deus, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros, & pluvia, nisi juxta oris mei verba. 3. Reg. cap. 17. vers. 1.

Cumque se verteret huc, atque illuc, ecce Coeli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluvia grandis. 3. Reg. cap. 18. vers. 45.

EPIGRAMMA.

Heu toties Domino lachrymarum fuderat undas,
Et se mœroris sæpè rigarat aquis.
Nunc qui Sanctorum centeno dona coronat
Munere, pro lacrymis larga fluenta refert.

Efficacia intercessionis Sancti Petri.

Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Joan. 11. vers. 22.

Testimonium Sanctæ Theresiæ. Vita suæ cap. 27.

Mihi aliquando à Domino dictum est, quod quidquid ab eo quicumque petierit in nomine Sancti istius Viri, ei concedit. Quæ autem ipsa rogavi eum, ut à Domino postularet; omnia vidi impleri.

Ja-

*Jacob.*Non dimittam te, donec benedixeris mihi.Gen.32.verſ.14.

EPIGRAMMA.

Noctis in unius luctâ benedictio Cœli
Hebræi generis linquitur ampla Patri.
Iste quaterdeni noctes pertransiit anni;
Ut sibi devota possit adesse prece.

Puerum corpore suo cadaveri ejus applicato suscitavit.

Incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. 4. Reg. cap.4. verſ.34.

EPIGRAMMA.

Carmeli Sobolem fovit ſucceſſor Eliæ,
Par unde in geſtis Sanctus uterque fuit.
Ecce reformantis Petrus pia vota ſecundat
Thereſiæ: inſignis verè Eliſæus erit.

Apparet multis, licet abſens.

Illi autem dicebant, Angelus ejus eſt, Petrus autem perſeverabat pulſans; cum autem aperuiſſent, viderunt eum, & obſtupuerunt, Act.12.verſ.14.

Teſtimonium S. Thereſiæ. Vitæ ſuæ cap. 27.

EPIGRAMMA.

Spiritus obſtrinxit legi terreſtria membra,
Porrò (ut plura paucis complectar) fuit Noster Discalceatus Haye Vir subtilissimus ingenio, eruditionis omnigenæ lucculenta varietate instructus, tam scripto quam verbo facundissimus, Hæbraicæ, Græcæ, Latinæ, pluriumque aliarum linguarum notitia pollens, geminæ verbi Dei intelligentiæ germanæque illius interpretationis peritissimus, cujus Religiosa conversatio, hilaris convictus, ac desiderabile consortium nullam habebat amaritudinem, ac multiplicem peperit utilitatem, cujus officiosissima inter omnes propensio, tot ferè sibi devinctos, aut salèm addictos conciliavit, quot ad illius notitiam virtutum ejus, ac meliorum charismatum fama pertraxit: cujus denique miro ingenio locupletatæ adstant Bibliothecæ propriis evulgatis, ac alienis renovatis, sicque suis quodammodo effectis. Consule R. A. P. almæ Provinciæ Franciæ, ac Doctorem Theologiæ Sacræ Fr. Petrum Serpe, sic, tum ex evidenti notitia, tum ex fide indubitata, censentem, ex quo Chronologus Provinciæ laudatæ S. Didaci lib. 7. cap. 12.

Sed quasi à strictiori Observantia Minorum Discalceatorum nihil boni venire posset, emissa inter Discalceatos professione, ad Familiam Regularis Observantiæ transitum fecisse, scripsit (nescio, quo spiritu ductus) Author aliunde doctus, quasi frustra non jaceretur rete ante oculos pennatorum. Non sic Reverendissimus P. Fr. Joannes Baptista Campanella, totius Ordinis Minister Generalis tom. 1. in Genesim: Tenore „ præsentium, inquit, R. P. Fr. „ Joanni de la Haye, Parisino, quondam Primario Theologiæ Professori, nunc autem „ Christianissimi Regis, & Reginæ Ecclesiastæ clarissimo, „ Provinciæ nostræ S. Didaci „ Discalceatorum Alumno. Non sic Reverendissimus P. Generalis Fr. Angelus Michael de Sambuca tom. 1. operis mirabilis „ meritò inscripti; *Biblia Maxima*: R. P. Fr. Joanni de la „ Haye, Parisino, inquit, Concionatori Regio, & in Gal„ lia Ordinis Procuratori Ge„ nerali, nostræ S. Didaci Discalceatorum &c. Non sic Generalis Annalista Vvadingus in tomo de Scriptoribus Ordinis Minorum verbo Joannes. *Joannes de la Haye*, ait, *Parisiensis, Vir doctus, & prudens, Provinciæ S. Didaci strictioris Observantiæ alumnus &c.* Ecce in ore trium testium, & talium tes-

testium, stat hoc verbum verum, nempe, hunc sapientissimum Virum semper Discalceatum fuisse, semper strictioris Observantiæ alumnum; cum PP. verò Observantibus aliquando connumeratum fuisse negat ipsemet Author suis propriis litteris ad Ministrum Provincialem laudatæ S. Didaci Excalceatorum Provinciæ, in ejusque Archivio repositis in lucem editis à suo Chronologo erudito tom. 1. lib. 7. cap. 15. quas in medium adducere ratio postulat.

JESUS MARIA.

Padre Nuestro:

,, Aunque no tengo ventura ,, de saber quien es V. P. bastame no ser ignorante de mis ,, obligaciones, que son de reconocer al Padre Provincial ,, de la mui Religiosa Provincia de S. Diego por mi Superior; porque aunque ha algunos años, que salì de ella, ,, para venir à esta Corte por señalado Predicador de su Magestad Christianissima la Reyna; pero no me he incorporado en Provincia alguna, ,, queriendo vivir, y morir hijo de la de S. Diego: y assi à ,, V. P. como à P. Provincial ,, de ella le doi la obediencia, y ,, como à tal le doi razon de mis ,, ocupaciones de por acà. Sirvo à la Orden en calidad de ,, Procurador General de Corte, que suplico à N. Reverendissimo recien electo se ,, sirva de continuarme, y con ,, essa ocupacion no dexo de ,, trabajar. He compuesto unos ,, Tomos sobre el Genesis, ,, otros sobre el Exodo, y otro ,, sobre el Apocalypsis. Tengo ,, escritos otros, que contiene la Biblia Magna de Anotaciones literales. Tambien ,, las Obras de N. P. S. Francisco, de S. Antonio, y de S. ,, Bernardino, y aora voi trabajando à la Biblia Maxima ,, de todas las versiones diferentes de la Sagrada Ecriptura con su Concordia. Si tuviera ocasion de embiar todos los Libros, que he impresso, lo hiciera de mui buena voluntad, para ponerlos ,, en mi Convento de S. Diego ,, de Sevilla, donde he tomado ,, el Santo habito, y hecho mi ,, professsion; pero espero, que ,, el tiempo serà mas favorable, para embiarlos. Suplico ,, à V. P. se sirva mandar à su ,, Secretario, que me escriba, ,, y dè razon de los Superiores ,, de ella, y de los que han ,, muerto de mis conocidos, ,, para que yo los encomiende

,, à

„ à Nueſtro Señor , à quien „ ruego nos guarde à V. P. co- „ mo yo deſeo. En Paris à 7 de „ Abril de 1645. De V. P. mui „ humilde hijo , y ſiervò : Fr. „ Juan de la Haye.

Sed quia ætatem habebat, palàm locutus fuit pro ſe , & clariſsimè , ipſemet eruditiſsimus Haye. Tomo enim 2. in Exodum in lucem edito Pariſiis ann. 1641. in Indiculo Patrum Litt. P. loquentes mendacium perdit ſequentibus formalibus verbis : B. Petrus de Alcantara „ Ordinis noſtri Seraphiçi , & „ Provincialis D.Gabrielis Pro- „ vinciæ , in qua licet indignus „ habitu Seraphico indutus, in „ eadem profeſsionem emiſi: „ cum autem ab ea emanaſſet „ Provincia S. Didaci , in eam „ translatus, officio Lectoris tam „ in Philoſophia quam in Theo- „ logia per plures annos func- „ tus ſum ; hic autem S. Petrus „ edidit Librum verè aureum „ de Meditatione , & Ora- „ tione.

Hujus ergo Minoritæ Diſcalceati quot , quanta , & qualia ſunt opera parva , magna , & maxima uſque ad ſtuporem? Occurrit primò celebris caſuum reſervatorū expoſitionis tranſlatio ab Idiomate noſtro in Latinum , Pariſiis impreſſa 1617. licentia Chariſſ. Fr. N. Fr. Dominici de Salvaleon digniſsimi Provinciæ Diſcalceatorum S. Gabrielis Miniſtri Provincialis. Operis inſcriptio hæc eſt.

EXPOSITIO Caſuum , qui in Ordine S. P. N. Franciſci Obſervantiæ Regularis , Miniſtris Provincialibus reſervantur, Authore Fr. Joanne à Trinitate, Provinciæ S. Gabrielis Diſcalceatorum ejuſdem Ordinis Lectore Theologo , & Conventus Lerenenſis Guardiano ; ab Hiſpano autem Sermone in Latinum verſa per Joannem de la Haye , Pariſienſem , Theologum , ejuſdem Provinciæ alumnum , necnon ab ipſomet Authore approbata. In Cãtica Canticorum ſub titulo.

DELITIÆ Prædicantium. Expoſitionem ſingularem promiſerat , ſed deſiderium ſuum non implevit. Audiatur ipſemet Author tom. 1. in Exod. in Prologo ad Lectorem. Pollicitus „ fueram (inquit) laborem noſ- „ trum quẽcumque in Cantica „ Canticorum poſteritati con- „ ſignare , promiſsis non ſteti, „ immò nec potui , nam M. S. „ mei Codices , ſaltim maxima „ pars eorum , neſcio , quo fa- „ to infælici caſu diſparuerunt: „ jam attigeram ferè mediam „ capitis quarti partem , quam „ innumeris animi conceptibus „ donaveram &c.

S. BERNARDINI *Senensis opera omnia* in quinque tomos divisa Synopsibus ornavit, postillis illustravit, necnon variis Tractatibus, præcipuè in Apocalypsim Commentariis locupletara, in publicum misit Lugduni ann. 1650. sumptibus Joannis Antonii Huguetan, & Marci Antonii Ravaud. Tomus primus continet.

VITAM S. Bernardini, & Quadragesimale de Religione Christiana. Tomus secundus.

QUADRAGESIMALE de Evangelio æterno. Tomus tertius.

DUO Adventualia: unum *de vita Christiana*, in quo doctè differitur de octo Beatitudinibus. Duplex Quadragesimale. Unum *de pugna spirituali.* Secundum: *Seraphim* nuncupatum, id est, *de amore.* Sermones *de quatuor Novissimis*, & alios Tractatus. Tomus quartus continet Sermones eximios.

DE Christo Domino, Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, Deipara Virgine, de Tempore, necnon *de Sanctis.* Tomus quintus.

COMMENTARIA in Apocalypsim B. Joannis argumentis, & postillis illustrata. Item.

Sancti Francisci Assisiatis Minorum Patriarchæ, necnon *S. Antonii Paduani* ejusdem Ordinis *Opera omnia* postillis illustrata, expositione mystica in Sacram Scripturam nusquam impressa, & in eadem Concordia morali locupletata, una cum ejusdem Expositione mystica in Novum Testamentum hactenus non edita in lucem, adjectis utriusque Sancti elogiis, & vita, communia fecit ibidem sumptibus Petri Rigaud ann. 1653.

Pariter luci publicæ mandavit tomum integrum super

APOCALYPSIM B. Joannis, elaboratum à nostro Irrefragabili Doctore B. Alexandro de Ales, additis illustrationibus, indicibus, ac vita Authoris. Parisiis sumptibus Antonii Bertier ann. 1647. in folio.

Scripsit super Genesim.

QUATUOR Tomos in folio. In secunda editione facta Lutetiæ Parisiorum ann. 1647. apud Simeonem Piget legitur in titulo *Authore P. Fr. Joanne de la Haye, Parisino, Strictioris Minorum Observantiæ.* Tertiam fecit Parisiis idem Simeon Piget ann. 1651. In cunctis verò impressionibus Expositionis in Genesim unicus est titulus, *Commentarii literales, & conceptuales in Genesim*, sive *Arbor vitæ Concionatorum*, cujus radix Liber Genescos, cujus truncus, expositio

ſitio ejus literalis, rami cum foliis omnimoda verſionum varietas, flores earum concordia, fructus innumeri pænè animi conceptus, ſexcentorum ferè Patrum authoritate confirmati, & concatenati. Prodiemati, & concatenati. Prodierunt quoque in lucem Pariſiis apud Joannem Petit, & Lutetiæ Pariſiorum 1636.

SUPER Exodum alios tres Tomos in folio inſcriptos: *Commentarii litterales, & conceptuales in Exodum, vel Concionatorum virga, percutiens peccatores*, cujus materia *Liber Exodi*, omnimoda verſionum varietate, earumque Concordia, innumeris animi conceptibus, plúſquam ſeptingentorum Patrum authoritate concatenatis, illuſtrati. Pariſiis 1641. apud Simeonem Piget, & ibidem apud Petrum Villaine.

SUPER Apocalypſim alios tres Tomos, in folio ſub titulo: *Commentarii litterales, & conceptuales in ApocalyſimS. Joannis Evangeliſtæ* omni lectionum Græcæ, Arabicæ, Syriacæ &c. varietate, earumque Concordia, innumeris animi conceptibus, pluſquam ſeptingentorum Patrum authoritate confirmatis, & concatenatis, illuſtrati. Pariſiis apud SimeonemPiget an. 1648. In hac editione Eminentiſsimo Julio Mazzarino ſacra, occurrit in principio affixum Authoris elogium labore peractum R. A. P. Fr. Petri Serpe, ac Romam tranſmiſſum Chronicis Franciſcanis meritò inſerendum.

Scripſit inſuper *novem ſupra decem Tomos* in folio, quorum inſcriptio: *Biblia Maxima*. Primò, ni fallor, in lucem prodierunt Lutetiæ Pariſiorum 1660. ſumptibus Dionyſii Bechet, Antonii Bertier, & Simeonis Piget. Ordo autèm, & ſeries tanti operis, & eorum, quæ ſingulis voluminibus continentur, initio Tomi primi in hunc modum prænotatur.

TOMUS I.

Continet Prolegomena veteris Teſtamenti. Chronicon Sacrum. Tractatum de ponderibus, menſuris, monetis. Primum Librum PentateuchiMoyſis, nempe Geneſim. Argumentum autem hujus Libri, ejus Authorem, ſcopum, authoritatem, partitionem &c. habes in Prolegomenis veteris Teſtamenti ſect. 15. cap. 2. & ſect. 6. cap. 2. & in ſect. de œconomia librorum Sacræ Scripturæ cap. 1.

TOMUS II.

Continet libros Exodi, & Levitici. Quid autem de utroque

Libro sciendum, tam quod ad argumentum, authoritatem, scopum, partitionem, quam quo ad ejus æconomiam, vide in Præludiis veteris Testamenti sect. 15. cap. 1. & sect. ultima cap. 1.

TOMUS III.

Libros Numerorum, Deuteronomii, necnon Josue complectitur. Quid autem de his notatione dignum circa eorum argumentum, authoritatem, scopum, æconomiam, reperies in Præludiis veteris Testamenti sect. 5. cap. 1. & 2. sect. ultima cap. 1.

TOMUS IV.

Continet Libros Judicum, Ruth, & quatuor Regum, quorum argumenta, partitiones, authoritatem Canonicam, eorum æconomiam, & quales Authores invenies in Præludiis veteris Testamenti sect. 15. cap. 4. & 5. & sect. ultima cap. 2.

TOMUS V.

Continet Libros Paralipomenon, Esdræ, Esther, Judith, & Job, quorum argumenta, partiones, æconomiam, & authoritatem Canonicam habes sect. 8. cap. 2. sect. 12. cap. 3. sect. 15. cap. 6. & sect. ultima cap. 2.

TOMUS VI.

Continet Libros Psalmorum, cujuslibet autem Psalmi argumentum habes in sect. de æconomia librorum cap. 3. & sect. 15. cap. 11. 12. & 13.

TOMUS VII.

Continet Proverbia Salomonis, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum, quorum argumentum, scopum, authoritatem & æconomiam invenies in Prolegomenis veteris Testamenti sect. 15. cap. 13. 14. & 15. & sect. ultima cap. 4. 7. 8.

TOMUS VIII.

Continet Libros Sapientiæ, & Ecclesiastici, quorum argumenta, authoritatem Canonicam æconomiam, & quidquid notatu dignum, habes sect. 15. cap. 18. & sect. ultima cap. 10.

TOMUS X.

Continet Librum Jeremiæ, ejusque Lamentationes, argumentum, divisionem, authoritatem, necnon æconomiam tum

tum ejus Prophetiæ, tum Lamentationum, habes sect. 15. cap. 18. & 19. tum sect. ultima cap. 15. & 6.

TOMUS XI.

Continet, tum Ezechielem, tum Danielem, argumenta eorum, partitiones, æconomias habes in Prologomenis sect. 15. cap. 20. & 22. & sect. ultima cap. 12.

TOMUS XII.

Complectitur Libros, tam duodecim Prophetarum Minorum, quam Machabæorum, quorum argumenta, authoritatem Canonicam, æconomiam habes in Prologomenis sect. 12. cap. 5. & sect. 15. cap. 21. & 22. & sect. ultima cap. 13. 14. & 15.

TOMUS XIII.

Continet Prologomena Novi Testamenti, Evangelia SS. Mathæi, & Marci: eorum argumentum, authoritatem Canonicam, æconomiam habes in sect. de Evangelio cap. 1. sect. de Evangelistis cap. 1. & sect. de æconomia cap. 1.

TOMUS XIV.

Continet Evangelia SS. Lucæ, & Joannis: argumenta, æconomiam utriusque reperies in sectionib. de Evangelio, de Evangelistis in communi, & in particulari, necnon in sect. de æconomia librorum Novi Testamenti.

TOMUS XV.

Continet Epistolas sex D. Pauli, à prima usque ad eam, quæ est ad Galatas exclusivè: quidquid de eis scitu dignum, reperies in Prologomenis in sect. de Paulinis Epistolis, & in sect. de æconomia librorum Novi Testamenti.

TOMUS XVI.

Complectitur Epistolas D. Pauli, ab ea, quæ est ad Galatas, usque ad Hebræos: earum Canonicam authoritatem, æconomiam &c. reperies in sect. de Paulinis Epistolis sect. de æconomia.

TOMUS XVII.

Continet Acta Apostolorum, necnon septem Epistolas Canonicas, Apocalypsim S. Joannis: omnium horum librorum Canonicam authoritatem, argumenta, æconomiam &c. reperies in sect. de æconomia librorum Novi Testamenti.

TOMUS XVIII.

Continet copiosissimos Indices controversiarum Fidei, Antilogiarum, Authorum, materiarum, & conceptuum, nominum Hebræorum, & Caldæorum, necnon Prologomenorum utriusque Testamenti. Complectitur etiam eruditissimi Lucæ Burgensis Annotationes in Sacram Scripturam.

TOMUS XIX.

Continet Indicem amplissimum, tum rerum, tum verborum utriusque Testamenti, necnon quædam errata.

Scripsit quoque alios quinque prægrandes tomos in folio Parisiis impressos sumptibus Michaelis Soi, aliorumque Typographorum anni. 1643. Titulus communis.

Biblia Magna Commentariorum litteralium Joannis Gagnæi Doctor. Pariss. Guillelmi Estii Doct. Duacensis, Emmanuelis Sà, Joannis Menochii, & Jacobi Tirini Societ. Jesu eruditè, & integrè Sacram Scripturam exponentium, Prologomenis, Chronico Sacro, indicibus locupletissimis illustrata.

Sat est datum tanti ingenii monumentis, & tanti Viri inenarrabilibus doloribus: semper enim verùm est: *Qui addit sci-*
tiam, addit & laborem, vel
alii legunt, *dolorem*.

JOANNES à Jesu, Concio-
tor, animatum cupidus,
Provincia S. Pauli in S. Gre-
rii Provinciam convolavit,
ARTEM Japoniæ lingua
Latino R. P. Fr. Didaci de C
llado Dominicani, Romæ
pressam, in Hispanum v
ann. 1682. Ineditum asserva
in Archivio nostri Conv
S. Gabrielis Segobiensis.

JOANNES à Jesu alter,
vinciæ quoque S. Pauli fi
alumnus demùm Discalceat
Gregorii, conscripsit in folio
RELACION de las cosas
Japon.
Descripcion de las Islas F
pinas, y de las Missiones.
HISTORIA de los Venera
hijos de la Santa Provincia de
Pablo, que han florecido en la
S. Gregorio. Habetur M. S.
Archivio Generali laudatæ
Pauli Provinciæ. Legi, ad
nusque habeo.

JOANNES à Jesu, præfi
Provinciæ S. Pauli alumn
Guardianus cùm esset Conv
tus S. P. N. Francisci Tur
syllensis Concionem celeb
Nobilibus Turresyllensibus

eram foras misit, videlicet:

Sermon de la Purissima Concepcion de la Virgen SS. Señora Nuestra en Fiesta extraordinaria. Vallis-Oleti apud Bartholomæum Portoles anno 1653. Sunt in hac Concione multa sapientèr acutèque significata ex SS. PP. in unum collecta. Incipit: *Juzgaron los Assirios.* Ejus in fine obtulit orationem suam, canens:

Angelici Regina Chori dilecta tonanti, &c. Vidi.

JOANNES à Jesu, Provinciæ S. Pauli alumnus, in S. Gregorii Provinciam zelo animarum translatus, fervidus extitit Concionator, suique ingenii monumenta relinquens, conscripsit in folio:

Catalogo de los Martyres de la Provincia de S. Gregorio. Et in 4. cum additionibus:

Catalogo de los Martyres Descalzos. Et in folio:

Vidas de algunos Siervos de Dios, hijos de la Santa Provincia de S. Pablo, que florecieron en Philipinas. Et in folio:

Relacion de el viage, que hai desde España à Philipinas, y descripcion de la Santa Provincia de S. Gregorio. Et in folio:

Vida de el Apostolico Varon Fr. Antonio de Santa Maria. Asservantur cum aliis ejusdem Authoris opusculis in Generali Archivio Provinciæ S. Pauli, ubi non semel vidi, & legi.

JOANNES à Jesu Maria, Villacensis in Legionensi Episcopatu, Sacræ Theologiæ Lector, ejusdemmet Provinciæ S. Pauli clarissimus filius, dignissimusque Pater, Commissarius Visitator Provinciæ S. Josephi, necnon spiritualis Director V. Matris Sororis Angelæ Franciscæ de Cruce, Cisterciensis (quæ Vallis-Oleti sanctitatis fama illustris ad Agni nuptias vocata fuit ann. 1711.) Vir sanè doctrina, ac virtutibus illustris, de quo in meis Chronicis grandis sermo, M. S. reliquit:

Relacion de la vida, y muerte de el Ven, Varon Fr. Manuel de S. Bernardo, Predicador, Religioso Francisco Descalzo, de la Santa Provincia de San Pablo. Nec oblivionis dignæ suæ *Epistolæ* spirituales. Nonnullarum memoriam fecit R.A.P. Fr. Paulus Iñez de Avilès in funebri Oratione V. Matris Angelæ Franciscæ suæ prædictæ filiæ habita Vallis-Oleti, Matritique in lucem edita 1712.

JOANNES à Jesu Maria, Lector Theologiæ in Discalceata Provincia Josephina, Guardia-

nus Conventus S. Petri de Alcantara, vulgó de la Ambrosiana, necnon Commissarius Visitator Provinciæ ejusdemmet Sancti Neapolitanæ, scripsit ad Seraphicum Minorum Patrem:

Breve Exposicion de la Regla de N.P.S. Francisco. Prodiit Neapoli ex Officina Dominici Antonii Parrino 1702. A folio 319. hujus libri legitur quoque: *Texto, y exposicion de la doctrina Christiana* dialogetica methodo. Item elaboravit ad Magnum Etruriæ Ducem.

Varios exercicios espirituales, para provecho de almas Religiosas, y virtuosas. Agit in his opusculis in unum collectis de virtutibus in communi, & singillatim de Theologalibus, ac Cardinalibus; de contemplatione, præsentia Dei, auditione Sacri, & ibid. Eadem tempestate, & Officina. Vidi.

JOANNES ab Incarnatione, Provinciæ S. Didaci in Bætica alumnus, Missionarius Apostolicus de Propaganda in Terra Sancta, Præfectus Bethleem, ac Sanctissimi Sepulchri, Guardianus quoque Sancti Joannis, scripsit Arabicè: *Truximan,* hoc est:

Dictionarium Arabicum Hispanum. Expectabat lucem in folio, anno 1722.

JOANNES à S. Josepho, M... leras, Salmantinæ Dioece... Sacræ Theologiæ Lector, Pr... vinciæ S. Pauli dignissimus P... ter, ac Provinciæ S. Gabri... Commissarius Visitator, ... verè spiritualis, semperq... exemplaritatis nota insigni... edidit.

Officium Parvum Dulci... ssimi Nominis Mariæ.

Exercicio de la Santa Cru... que hacia la Santissima Virge... todas las semanas.

Compendio brevissimo ... los puntos mas principales, y ... cessarios, que de las materias m... ticas deben saber, y aprender, ... que de nuevo entran en la R... gion. Hæc opuscula, quæ mi... ma prima fronte videntur, ... illis sunt, quæ si benè introsp... ciantur, maxima sunt.

JOANNES à S. Josepho, O... dinis Minorum Hispanus, i... libro dicto: *Exercicios quo... dianos de perfeccion,* agit de I... maculata Virginis Concepti... ne, ut refert Antonius Da... cap. 6. fol 51. De hoc Autho... nullam fecit mentionem Wa... dingus in Catalogo. Hæc Pe... trus de Alba fol. 782. Mili... Universalis. Provinciam ... noro.

JOANNES de Madrid, Sacr... me...

menti Pœnitentiæ Minister, Provinciæ S. Josephi Discalceatorum alumnus, zelo animarum ductus, scripsit, præloque mandavit:

Milicia Christiana contra el poder de el Infierno, para ayudar à bien morir. Matriti ex Typographia Antonii Francisci de Zafra ann. 1696. in 8. Vidi.

JOANNES de Madrid, alter, Provinciæ S. Josephi alumnus, Lector Theologus, ac Regius Concionator, edidit:

Sagrado elogio de S. Eloi, Obispo de Noions en la Francia. Matriti apud Josephum Fernandez de Buendia, ann. 1659. in 4. Vidi. Este es Joannes a Matrito

JOANNES Mancebon, Orihuelensis, Vir verè Angelicus, Seraphicus, & Apostolicus, dono prophetiæ clarus, Religiosissimam S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno Discalceatorum Provinciam illustrans, auctus meritis, & virtutibus abiit in Cœlum 29. Aprilis 1660. Hic omnigena Theologia excellens, à Consiliis S. Tribunalis non semel fuit, ac Concionator ferventissimus, & devotissimus. Theosophiæ studio vacans, divinis quoque scripturis, & orationi pernoctans, elaboravit opera suavem devotionis odorem spirantia, quorum seriem refert valdè doctus Historiographus laudatæ S. Joannis Baptistæ Provinciæ, part. 2. lib. 8. cap. 35. his verbis:

Epitome de toda la Theologia Escholastica.

Epitome de la vida de los Santos.

Santoral triplicado de todas las Festividades de el año.

Quadragesimal quintuplicado de todas la Ferias, y Dominicas de la Quaresma. Opera sanè non contemnenda pensatis circunstantiis. At cum Concionibus deditus ad Dominum clamasset: *Doce me facere voluntatem tuam*; quadam die audivit vocem de Cœlo dicentem sibi: *Scribe, scribe*, & Domino obtemperans, scripsit quatuor suprà triginta tomos in 8. qui in Bibliotheca celeberrimi Cõventus S. Annæ del Monte asservantur. Decem primos tomos.

Discordias concordes: Lugares comunes Predicables appellavit. Discordiæ concordes primi tomi sunt:

Super Genesim. Secundi:

Super Exodum. Numeros, Leviticum, ac Deuteronomium. Tertii:

Super Cantica, Josuè, Judices, & Ruth. Quarti:

Super quatuor Libros Regum,

gum, Paralipomenon primum, & secundum, necnon super primum & secundum Esdræ, ac super Tobiam: additis tribus copiosissimis Elenchis materiarum, locorum Sacræ Scripturæ, ac Concionũ totius anni. Quinti:

Super Judith. Esther, & Job. Sexti:

Super Psalmos. Septimi:

Super Librum Proverbiorum. Octavi:

Super Ecclesiasten, Librum Sapientiæ, & Ecclesiasticum. Noni:

Super Esaiam, Jeremiam, Threnos, Baruch, Ezechielem cum Daniele. Decimi:

Super duodecim Minores Prophetas, ac Machabæorum Historiam. Scripsit insuper tomum undecimum:

Sermones de la Vida de Christo. Tomum duodecimum cum terriodecimo unitum, quorum primus:

Marial. Secundus verò:

Santoral Seraphico. Tomum quartumdecimum:

Octavario de los Santos Apostoles. Tomum quintumdecimum:

Segunda parte de el Octavario Apostolico. Tomum sextum-decimum:

Octavario Patriarchal. Tomum decimum septimum:

Tratado de Santos, y suplemento al Vita Christi, Marial, Octavario Apostolico, Patriarchal, y Santoral Seraphico. Tomum decimum-octavum.

Comun de todos los Santos. In hoc tomo agit de Commu[ni] Apostolorum, unius Marty[ris,] plurium Martyrum, Confes[so]rum Pontificum, non Ponti[fi]cum, Virginum, Viduaru[m,] Dedicationis Ecclesiæ, & Eva[n]geliis in Officiis Defunctoru[m] insertis in quolibet Commu[ni] Concionibus nonnullis pecul[ia]ribus. Tomum decimum-n[o]num:

Sermones extravagantes [pa]ra diversos Assumptos. Tom[um] vigesimũ, vigesimoprimo c[on]catenatũ, quorum primus:

Tres Quaresmas contin[uas]. Secundus autem:

Adviento Santoral, y co[mun] de Santos. Tomus vigesi[mus] secundus, vigesimus tertius [vi]gesimus quartus cum vigesi[mo] quinto continent:

Sermones Quadragesim[ales] distintos, hac respectivè insc[rip]tione insignitos:

Quaresma continua. Ca[ete]rùm cum primo Quadrag[esi]mali stant.

Sermones de la Virgen, y S[an]tos, que ocurren en la Quares[ma]. Tomi vigesimi sexti inscrip[tio]:

Dominical de todo el [año]. Vigesimi septimi:

Doctrinario Christiano Vespertino. Vigesimi octavi:

Lugares comunes predicables para todo el año. Vigesimi noni: *Lugares comunes de la Escritura para diversos Assumptos: Sermones de Santos, y Festividades de Christo, y de la Virgen.* Tomi trigesimi:

Resolucion brevissima de todas las materias Morales. Tomi trigesimi primi:

Santoral de varios Sermones, para todo el discurso de el año, con algunos lugares comunes; Tres tomi sequentes continent:

Discordias concordes: Lugares predicables. Scripsit in 32. super *Lucam*, in 33. super *Marcum*, in 34. super *Matthæum.* Nec deficit cuilibet tomo Index Sacræ Scripturæ, ac rerum notabilium.

JOANNES à S. Maria, Minister Provincialis Provinciæ S. Petri de Alcantara, in Regno Neapolitano edidit in 8. anno 1676. librum inscriptum:

Guia Espiritual, elaboratum à quodam Doctore Presbytero. Ex Balthasare de Medina in Centuria.

JOANNES à S. Maria, nobilissimus sanguine, virtute, & scientia clarissimus, Pater Provinciæ S. Josephi, & S. Pauli Discalceatorum. In eo notatur ejus humilitas, quod non solum Officium Commissarii Romanæ Curiæ, Vicarii Generalis Discalceatorum, Commissariique Generalis Indiarum humillimus corde recusavit; verũ etiam urbanitèr oblatos sibi à Philippo III. tres Episcopatus (Ecclesiæ Chilensis, Legionensis, & Zamorensis) constantissimè respuit una cum confessionibus Serenissimæ Dominæ Infantis Margaritæ, & Regii Conventus Discalceatorũ, ne mundanæ dignitatis flatu superbiret: scripsit:

Chronica de la Provincia de San Joseph de los Descalzos de la Orden de los Menores de S. Francisco, y de las Provincias, y Custodias, que de ella han salido, duobus tomis, quorum prior editus est Matriti anno 1615. posterior verò 1618. in folio.

Vida, y excelentes virtudes, y milagros de el Santo Frai Pedro de Alcantara. Matriti apud Viduam Alphonsi Martinez 1629. in 8.

Vida de San Antonio en octava rima.

Relacion de el Martyrio, que seis Padres Descalzos Franciscos, tres Hermanos de la Compañia, y diez y siete Japones Christianos, padecieron en el Japon.

pon. Matriti 1601. in 8. & 1628. in 8. Latinè conceptam cum doctissimis additionibus Francisci Peña Rotæ Auditoris primùm Romæ editam fuisse 1669. credidit Nicolaus Antonius. Secundò Idiomate Italico impressam fuisse refert Antonius de Leon in sua Bibliotheca Orientali, & Occidentali. De hac Historia testimonium perhibet V. Fr. Marcellus de Ribadeneira in sua Japonensi Historia: Visto, pues (in Prologo loquitur) mi modo de „ proceder en referir las cosas „ pertenecientes à los Gloriosos Martyres mis Hermanos, „ y Compañeros, se conocerà, „ quan verdadera fue la Relacion, que escribiò el P. Fr. „ Juan de Santa Maria, Provincial de la Provincia de S. „ Joseph, en estilo mui discreto, y devoto, conforme lo „ que muchos testigos de vista „ del gorioso Martyrio escribieron en las Relaciones de „ que èl se aprovechò. Item:

Tratado de la Republica, y Policia Christiana para Reyes, y Principes; y para los que en el gobierno tienen sus veces. Ad Philippum III. Regem Catholicum. Barcin. apud Sebastianum de Cormellas 1616. in 8. & 1618. Et Ulyssipone 1621. in 8. post principalem editionem Matritensem anno 1615. in 4. Ab ipsomet Authore recognitum, nonnullisque additionibus locupletum excudebat Neapoli Dominicus Maccarano, ann. 1624. etiam in 4. Vidi, ejusque Originale. De ipso testimonium perhibens eruditus P. Fr. Tiburtius Navarro Recollectus in suo S. Petro de Alcantara post mortem redivivo, cap. 2. fol. 15. Eximia ejus „ doctrina (loquitur de nostro „ Joanne) declaratur, quod „ præ cæteris libris unum Politicæ Christianæ in lucem edidit, omnibus Europæ linguis, & populis charum, & „ Paulo V. sapientissimo Pontifice ita laudatum, ut ejus „ Authorem de Ecclesia Catholica benemeritum affirmaverit, eo quod Principibus Christanis ostēderet tandiù eorum Regna perenniter „ mansura, quamdiù ipsi debitè „ S. Matri Ecclesiæ reverentiam exhiberent. Agunt de ipso Vvadingus, Petrus de Alba, Balthasar de Medina, ac noster Martinus à S. Josepho part. 2. Historiæ PP. Discalceatorum lib. 3. cap. 17. Garcia tom. 1. Politicæ Ecclesiasticæ in indice Authorum, littera I. Decessit è vivis 18. Novembris 1622. & Matriti in S. Bernardini æde tumulatus est. Ægidius

dius Gonzalez in Theatro Magnalium Matritensium fol. 132. & 255. ipsum celebrat veritatis amicum, memoriæ tradens illam Philippi III. in articulo mortis sententiam: *Buen Fr. Juan de Santa Maria, vos me decias la verdad.*

JOANNES à S. Martha, qui emissa professione in Provincia S. Jacobi, ad Provinciam Discalceatorum in Philippinis Insulis gradum fecit, ac demùm fuit Catholicæ Fidei in Japonensi Regno purpuratus testis, cum esset in vinculis, scripsit gravem

EPISTOLAM, de qua dignum videtur pauca ponere: Jesus „sea en nuestras almas. Pague „el Señor la visita de ayer „à V.C. como puede, con el „augmento de la divina gra-„cia; que bien serà menester „para el largo viage de mar, y „tierra; y plegue à su divina „Magestad le vuelva à este „Reino con bien: que cierto „me quiebra el corazon, vèr q̃ „tantos, y tan buenos Minis-„tros se vayan: (ò por mejor „decir) por pecados de esta „gente, los envie el Señor à „otras partes, donde hagan „mas fruto, que aqui; pues no „conocen el regalo, y visita „de la divina misericordia. En „lo que toca à mi (Hermano „de mi alma) haga el Señor lo „que fuere servido, que yo le „doi muchas gracias por to-„do. Y si por este camino de „carcel, ò martyrio quisiere, „que acabe mi vida, hagase „su divina voluntad, que con „esse deseo salì de España. Y „si con mas larga vida (sien-„do de provecho para estas „almas) quisiere el Señor, que „le sirva: *Fiat*. Lo que ruego à „V.C. es, que mire bien lo „que pide al Principe, y si-„no diere perdon general à „todos los Christianos, en „ninguna manera ruegue por „nosotros; porque para glo-„ria de Dios, y nuestra Reli-„gion de mas importancia es, „que muramos en la carcel „predicando la Santa Fè à to-„dos los que vienen à ella, que „salir de aqui libres. Y digo „sin mentir, que quando por „fuerza me llevaren al Navio, „que si puedo, los he de dexar „burlados, y volverme, si me „valiere la suerte. Venga lo „que viniere, que quando assi „lo hiciere, no serè yo el pri-„mero; pues nuestros Santos „Martyres de Marruecos por „dos, ò tres vezes se huyeron „de las Guardas, que los lleva-„ban, &c. Aliam quoque

EPIS-

EPISTOLAM, cujus initium: *Pax Christi. Anoche.* Ipsam transcripsit in sua Provinciæ S. Gregorii Chronica Fr. Antonius de la Llave Trienn. 12. cap. 22. Conscripsit quoque de suis ærumnis.

Relationes duas in folio. Incipit prima: *Hasta ahora por los muchos inconvenientes.* Utramque etiam transcripsit laudatus Chronologus. Item Japonica lingua scripsit.

SUPER Sermones, & Homilias Breviarii. Tandem etiam in vinculis ipsomet Idiomate elaboravit.

CATECHISMUM, simul explicans Doctrinam Christianam, ac Gentilicas superstitiones impugnans. Testimonium perhibet præfatus Llave Trienn. 12. cap. 22. Idemque Martyr „in sua Epistola his verbis: De „el Catechismo, que hize aqui, „recopilè un compendio repartido en Danquiens con la „explicacion de los Manda„mientos, tocando en èl las „Supersticiones, y Ritos Gen„tilicos de esta gente, que co„munmente deben evitar. Pa„receme, que seràn de prove„cho à los Doxicos, y otros de„votos Christianos para hazer „el Summe. V. C. se los haga „trasladar, y embiar à Fuxi„mi, a Misdamnas, y à Vosaca„quinocumi, y demàs partes. „Estoi explicando en la lengua „los Sermones, y Homilias „de el Breviario. Suorum Scriptorum, tantique Authoris mentionem faciunt ocularis testis Didacus à S. Francisco in sua vera Relatione Martyrum Japonensium impressa Manilæ anno 1624. cap. 12. N. Martinus à S. Josepho tom. 2. suæ Chron. lib. 4. cap. 15. R. P. Fr. Josephus Sicardo Augustinianus in sua Histor. Japon. lib. 3. cap. 14. & cap. 2. Martyrio 4. Consule part. 2. hujus Biblioth. Chron. 1. litt. I.

JOANNES à Matre Dei, Lusitanus, ex Reformata Discalceatorum Provincia, Arrabida dicta, in Lusitano Regno, scripsit.

EXPLICACION de los Psalmos Penitenciales. Ulyssipone anno 1613. in 8. Ex Nicolao Antonio tom. 1. fol. 566.

JOANES à Matre Dei, in Bætica S. Didaci Provincia ad strictiorem Observantiam inter laicos admissus, Missionarios Marochii, & Fez, quo se transtulit, & socius in tribulationibus & Generalis Procurator, elaboravit opus Epithalamicum sub titulo.

DESPOSORIO Espiritual

Pro

Prodiit in lucem in 8. teste Historiographo laudatæ Provinciæ part. 1. lib. 7. cap. 15. num. 129. Vidi ejus editionem Matritensem ann. 1702. Est opus bipartitum, & utilissimum. Prima pars incipit: *Sponsabo te mihi in fide.* Secunda verò sic: *Haviendo exercitado yà.*

JOANNES à Matrito, in Conventu S. Laurentii Conchensis Provinciæ S. Josephi Theologiam docens, vulgarem fecit.

ORACION funebre en las Honras de el Serenissimo Principe D. Balthasar Carlos de Austria. Excudebat in eadem Civitate Salvator de Viader ann. 1647. sub patrocinio Illustrissimi D.D.Henrici Pimentel Episcopi Conchensis. Vidi.

JOANNES Molano à S. Vincentio, Lector Theologus, ac Diffinitor Provinciæ Excalceatorum S. Gabrielis, in publicum misit.

MEMORIALE Canonico ac Regulari jure fundatum contra impedientes cujusdam Legati executionem. Placuit valdè Religiosissimo ac erudito Authori tertiæ partis Chronicæ ejusdemmet Provinciæ Fr. Joanni de Plasentia.

JOANNES Molinos à Conceptione, Provinciæ Discalceatorum S. Gabrielis filius, ac pius, ex opusculis Seraphici Doctoris opusculum Idiomate Latino efformavit super quinque litteras Dulcissimi Nominis Mariæ sub titulo.

CORONA B. Mariæ Virginis. Hispali 1684. Ex Chronologo secundo laudatæ Provinciæ Fr. Antonio Truxillo lib. 8. cap. 34.

JOANNES de Monreal, Provinciæ Discalceatorum S. Petri de Alcantara in Granatensi Regno Diffinitor, edidit.

VIDA de la V. Francisca de la Xara de la Tercera Orden de N. P. S. Francisco. Murciæ 1724.

JOANNES de Mora, laudatæ S. Petri de Alcantara Provinciæ ejusque strictioris Observantiæ in Granatensi Regno adscriptus, Lector Theologus, ac Diffinitor, scripsit eruditionis ac elegantiæ plenum opus, scilicet.

ENIGMA Numerico Predicable. Matriti apud Joannem Garcia 1678. in fol. Tres hujus Authoris *Conciones* de Sacratissimo Rosario typis iterum mandavit ibidem anno 1680. R. A. P. Fr. Franciscus Nuñez, S. Officii Qualificator, necnon Provinciæ Granatensis Dominica-

nicanus Provincialis in suo tom. inscripto: *Collectanea de Sermones.* Item noster Author floridissimo stylo edidit

PENSIL Eucharistico. Matriti apud Joannem Garcia Infanzon 1684. in 4. Ejusdem Authoris suppresso nomine in lucem prodiit in honorem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis opus quoddam poeticum sub titulo.

LID ingeniosa. Oriolæ anno 1696. Typis Jacobi Mesnier in 4. Vidi. Item ejusdem Authoris Concionem eruditam sub titulo.

NAVEGACION gloriosissima de S. Luis Beltran, y Santa Rosa. Valentiæ apud Joannem Laurentium Cabrera ann. 1672. Vidi.

ORACION Panegyrica en hacimiento de gracias à N. Señora de Monserrate. Oriolæ apud Jacobum Mesnier anno 1695. Vidi.

JOANNES à Nativitate, Villa-Castinensis, Provinciæ S. Pauli veteris Castellæ alumnus, celebris Theologus, unà cum Chariss. Fr. N. Fr. Joanne à Trinitate, Salmanticensi, Sacræ Theologiæ Lectore, ejusdemque Provinciæ Patre, ad mentem Mariani, subtilisque Doctoris Nostri, elaboravit

CURSUM integrum Philosophicum quinque tomis.

PRIMUS complectens Summulas, tam Textuales, quam Disputatas, impressas Segobiæ per Sebastianum Rodriguez an. 1712. incipit: *Ne significationi vocis.*

SECUNDUS Logicam Magnam docens, incipiens: *Aristoteles 1. Posteriorum*, prælo fuit datus Salmanticæ apud Eugenium Antonium Garcia 1712.

TERTIUM amplectentem primã Philosophiæ partem excudebat Segobiæ anno 1712. Sebastianus Rodriguez, incipit: *Consultò ante Logicam.*

QUARTUS incipit: *Cum in prima Physicæ parte*, complectitur secundam, & Libros de Generatione, & Cœlo. Segobiæ per Sebastianum Rodriguez anno 1712.

QUINTUS denique de Anima, & Methaphysica peragit, incipit: *Dari animam.* Pinciæ ex Typographia Regia apud Viduam Josephi de Rueda anno 1713.

JOANNES Oliva, Provinciæ Excalceatorum S. Gabrielis in Extremadura nomine dato, Vir spiritualis, necnon devotus Ecclesiastes, animarum utilitatem cogitans, sequentia elaboravit.

EL amigo Confessor. Mediolani apud Franciscum Monza.

CAMARIN Espiritual de el alma. Novaræ.

VADE mecum Moral. Ibidem. Ex erudito Chronologo laudatæ Provinciæ Fr. Antonio Truxillo lib. 8. cap. 24. num. 25.

JOANNES de Oliver, Concionator, ac Diffinitor Discalceatæ Provinciæ Philippinarum, Vir exemplaritatis nota insignitus, in cujus transitu à Christo, & Christipara, Seraphicoque Patre Nostro visitari meruit, cũ nõ exigua sãctitatis opinione reliquit sui zeli, & ingenii monumenta, quæ sequntur, videlicet.

Ars linguæ Tagalæ. Eodem Idiomatè Tractatus duodecim. Primum,

De Beneficiis. Secundum,

De vitæ humanæ miseriis. Tertium,

De Beatitudinibus. Quartum,

De quatuor novissimis. Quintum,

De Peccatis. Sextum,

De Pœnitentia. Septimum,

De Eleemosyna. Octavum,

De Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, & Communione. Nonum,

De Fide Decimum.

De Charitate. Undecimum,

De consideratione, & meditatione. Duodecimum.

De quindecim Mysteriis Sacratissimi Rosarii. Scripsit quoque eodem Idiomate Catechismos quatuor. Primum,

De bonis moribus Christiani. Secundum,

De Doctrina Christiana, & ejus intelligentia. Tertium,

De modo communicandi. Quartum,

De modo baptizandi Infideles. Conscripsit eademmet lingua.

Dialogum de Confessione. Ac tandem communem Tagalis fecit

Catalogum Indulgentiarum. Hæc Fr. N. Fr. Antonius de la Llave, in Chron. laudatæ S. Gregorii Provinciæ Trienn. 6. cap. 77. subdens: Todo lo ,, qual es mui celebrado de los ,, Ministros curiosos de todas ,, las Religiones, estimando èl ,, mucho el mui importante ,, trabajo, que con zelo de la ,, salvacion de las Almas tomò. Nomen dederat Seraphicæ Religioni in Valentina Provincia.

JOANNES Pauper, Zamorensis, Provinciæ indivisæ S. Josephi alumnus, postquam elegit abjectus esse in nostris Conven-

vertibus Methymnensi, & Salmanticensi D. Josepho Moris, zelo animarum ductus ad Philippinas, Japonium, Sinensesque Regnum transiit. Ubique fuit, quanvis laicus, Vir verè Apostolicus, dilectus Deo, Pontificibus, & Regibus. In gratiam Catholici Hispaniarum Regis Philippi III. quandam scripsit

Epistolam eruditis roboratam fundamentis, quibus probat Regna Chinæ, Japonii, & Sian ad alium Regem minimè pertinere: quæ Epistola jussu laudati Regis Typis data fuit, teste Fr. Antonio de la Llave in Chron. Prov. S. Gregorii Philippinarum Trienn. 12. cap. 27. Ut ocularis testis rerum Japonicarum conscripsit quoque

Tractatum de promulgatione Fidei in illo Regno; quæ præ manibus habuit N. Fr. Martinus à S. Josepho, præloque mandavit sequens fragmentum: „Vì „en aquellos sus Siervos reno„vada la pobreza, la humil„dad, y simplicidad de nues„tro glorioso P. S. Francisco, „y de sus Compañeros: y pa„ra que en todo le imitassen, „la Iglesia tenia el mismo nom„bre que la de Asis, puesto „como en centinela, y atalaya „en medio de aquella Ciudad „de Meaco, que està en me„dio de los Reynos de Japòn, „como Jerusalèn en medio de „el mundo, rodeada de dos „mil Templos de Idolos, y „mas de veinte mil Bonzos, „para confusion de todos „ellos, y de los mismos demo„nios. Quasi cervus desiderat fontes aquarum, ita desideravit socium esse Sanctorum Protomartyrum Japonensium; sed Deo disponente martyrium voluntati defuit, rediensque ad Hispaniam, ut conduceret Operarios Discalceatos in vineam illam, Matriti in Conventu S. Bernardini obdormivit in Domino non exigua sanctitatis opinione. Ipsius quoque memoriam faciunt Augustinianus Sicardo in sua Histor. Japon. Marcellus à Ribadeneira in sua lib. 5. cap. 31. cum quibus, & ego in meis Chronicis tom. 1. lib. 5. cap. 17.

JOANNES de Plasentia (cujus elogium leges apud Marcellum à Ribadeneira lib. 3. suæ Histor. Japon. cap. 3.) gravissimæ S. Jacobi Provinciæ primùm nomen dedit, inde ad Josephinam Discalceatorum Provinciam, tandèm in Philippinas Insulas translatus (à quibus nunquam recessit) tertius fuit Custos novæ in illa tempestate S. Gregorii Discalceatorum

Pro-

Provinciæ. Dum vixit veri Minoritæ, ac eximii fervoris in divinis rebus, & animarum salute procurantis famam notissimam implevit. Scripsit (teste mihi Char. Fr. Antonio de la Llave tom. 1. Chron. laudatæ Prov. S. Gregorii in Philippinis Trienn. 4. cap. 27.) scripsit, inquam, opus mysticum sub titulo

La Santina. Item Idiomatibus variis illarum Insularum

Catechismum. Demum ad preces D. D. Jacobi de Vera Manilensis Gubernatoris compilavit

Statuta antiqua Indorum, quos Tagalos vocitant. Hanc compilationem legi in memorata S. Gregorii Chron. ibidemque Triefin. 4. cap. 1. nostri Venerandi Authoris vitam.

JOANNES à S. Philippo, Confessor, cui quoniam voluntas martyrii non defuit, quod etiam gravissimos pro Dei honore hominumque salute labores sustinuit, in suo Heroum Discalceatorum elogio locum non denegat eruditus Fr. Tiburtius Navarrus, Recollectus, in suo S. Petro de Alcantara post mortem redivivo cap. 16. fol. 75. in S. Didaci Vallisoletano ac gravissimo Conventu nostræ S. Pauli Provinciæ strictioris Discalceatorum Observantiæ Seraphico habitu indutus; ad Discalceatos Philippinarum Superiorum licentia se contulit, indeque Missionibus Apostolicis deditus in Japonium transivit. Annos post multos in prædicatione, & Gentilium conversione transactos gravi morbo afflictus, in montem Timitongue secessit; cumque mortis suæ transitum adesse cognovisset, rogavit humiliter Dominum, nè eum, qui Sacramentis administrandis indefessè laboraverat, eorum participatione destitutum relinqueret. Exaudivit Dominus orationem pauperis, voluntatem faciens timentis ipsum; nam ad triduum vita prorogata, Sacerdotem Tertii Ordinis misit, qui Sacramenta omnia ei contulit. Postea quasi alterum Simeonem, Christus dimisit servum in pace ann. 1628. die 22. Septemb. Eodem anno 20. Martii scripserat

Epistolam non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute Spiritus Sancti, laudatam à Chariss. Fr. N. Fr. Francisco à Sancta Agnete part. 2. Chròn. Prov. S. Gregorii in Philippinis Insulis lib. 7. cap. 25. Indignum judicavi de ejus Epistola sequentia non ponere.

„ Circo años ha (inquit) „ que la suerte me ha cabido de

,, andar siempre por montes,
,, Aldeas, y Campos, con frios,
,, nieves, aguas, y calores, dur-
,, miendo en chozas, cuebas,
,, y cavernas, por lo qual estoi
,, tan consumido de asma, y
,, frialdades, que aunque no
,, me quemen, no vivirè mucho
,, Y estoi tan harto de vivir en-
,, tre estos Leones Pardos, que
,, sino fuera por darles ocasion,
,, á que cometan tan gran pe-
,, cado, como es matar à un
,, Sacerdote, no hiciera ningun
,, resguardo para conservar es-
,, ta penosa, y miserable vida;
,, que el padecer media hora
,, de fuego con tal esperanza, y
,, ayuda, es gloria; mas padecer
,, cada dia tanto de persecu-
,, cion, y hiel, es mui duro de
,, sufrir. Agunt de eo R. P. Fr. Gaspar à Fonte in Histor. Capituli Generalis Toletani anno 1633. fol. 48. ac Chronologi Prov. S. Pauli.

V. JOANNES de Prado, Legionensis Montanæ in Hispania gloria, alumnus, olim Provinciæ S. Gabrielis, primus Provincialis Minister Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Bætica, ac inclytus Martyr Africanus, de cujus martyrio, causaque martyrii, necnon de uno miraculo extat decretum SS. D. N. Clementis XI. datum Romæ die 27. Martii anni transacti 1712. Sui spiritus monumenta relinquens, pro regime peculiari suæ Provinciæ zelo strictioris Observantiæ ductus, nova, & rigidissima conscripsit

Statuta, Typisque commisit. Eorum memorem inveni N. Fr. Fr. Franciscum de Jesu Maria tomo 1. Chronicæ Provinciæ S. Didaci lib. 2. cap. 9. fol. 154. n. 112.

Epistolas quasdam. Asservatur unica originalis in Archivio Conventus Dominæ nostræ de Gratia memoratæ Provinciæ. Aliam communem fecit, addita glossa super quasdam ejus clausulas Chronologus laudatæ S. Didaci Provinciæ tom. 1. lib. 2. cap. 26. à num. 295. incipit: *Con la de V. m.* Pro sua Provinciæ regimine.

Directorium quoque elaboravit. Librum istum spiritu prophetico ductus tradidit Fr. Joanni de Paelles moderno Concionatori, ut in suo Provincialatu futuro ab illis maximis Religiosis oculos non averteret. Consule præfatum Historiographum ibidem cap. 18. num. 217.

JOANNES à Resurrectione, Provinciæ S. Pauli alumnus, Sacræ Theologiæ Lector, Vir sanè doctrina, ac virtute clarus

rus nonnullos *Morales Tractatus* M.S. reliquit. Unum videlicèt de *Peccatis*, nonnullis additionibus locupletatū à doctissimo Viro, ejusdemque Provinciæ alumno Fr. Joanne ab Assumptione. Salmanticæ typis dabat in 4. sub titulo: *Antorcha Moral*, Lucas Perez Typographus Universitatis 1689.

Alium Tractatum de *Pœnitentia* utile valdè pariter in publicum mittebat in fol. sub titulo: *Antorcha Moral añadida* Isidorus de Leon Salmanticensis Universitatis Typographus, ann. 1703.

JOANNES de Ribas, (testibus Illmo. Gonzaga, part. 4. Conv. 11. Provinciæ S. Evangelii, Mariano in suo Francisco redivivo lib. 1. cap. 4. Arturo in Martyrologio Franciscano 23. Junii §. 5. Nicolao Antonio in Bibliotheca Scriptor. Hispan. tom. 1. fol. 588. ac Wadingo de Scriptoribus Ordin. Minorum) in S. Gabrielis Discalceatorum Provincia habitum suscepit, sextumque tenens locum inter illos duodecim Minoritas, qui primò Indos sacro regenerarūt lavacro, Guardianus apud Mexicum, Diffinitor Provinciæ S. Evangelii, observantissimus semper, sanctusque Vir, miro spiritu exæstuans, conscripsit Mexicano idiomate:

Christianam doctrinam, seu Catechismum.

Dominicales per totum annum Sermones.

Dialogum devotissimum de vita hominis Christiani. Necnon ex latino in eamdem linguam convertit

Vitas Sanctorum Patrum. Itemque:

Vitas Patrum, & eorum Sociorum, qui primi lucem Evangelii his populis intulerunt. Anno 1562. die 25. Junii curvatis propè lectum genibus animam Creatori concessit, crucem præ manibus tenens, cujus corpus Tetzeacano in Conventu condigno honore humatum est. Scribunt quoque de hoc clarissimo Franciscano Dominicanus Hernandez in sua Ecclesiast. Histor. cap. 17. Chronologi suæ S. Gabrielis Provinciæ, missis aliis apud Arturum videndis, & Antonius de Leon in sua Biblioth. Orientali.

JOANNES Santano de Membrio, Provinciæ S. Gabrielis Discalceatorum Filius, Theologiæ Sacræ Lector, & Custos, edidit vulgari lingua:

Ceremoniale Missarum, in 4. ann. 1710.

Manuale Ecclesiasticum, & *Re-*

Regulare, in 4. Salmant. 1719. Ineditum, sed præviis ad prælum licentiis, reliquit:

Ceremonial de el Coro.

JOANNES à SS. Trinitate, de Valdepeñas, Provinciæ Discalceatorum S. Josephi alumnus, Sacræ Theologiæ Lector in celebri S. Petri de Alcantara, vulgò de la Ambrosiana, Conventu, in publicum misit Italico idiomate:

Vitam V. Servi Dei Fr. Josephi de Turre, Confessoris, laudatæ Provinciæ filii; censura R. A. P. Josephi Maria Sotomayor, Societatis Jesu clarissimi sodalis roboratam, ad Serenissimum Cosmam III. Magnum Florentiæ Ducem. Ejus Imperio prodiit in 8. ex Officina Cajetani Tartini, anno 1718. & in 4. Lucæ anno 1727.

Elucidationem Indulgentiarum exercitio sancto Viæ Crucis à Summis Pontificibus concessarum. Lucæ 1715. apud Dominicum Ciuffeti.

Tractatum de assignatione Visitatoris Fratrum Tertii Ordinis S. P. N. Francisci, prælo datum Florentiæ anno 1722.

De Privilegiis Regularium post Tridentinum. Lucæ 1723.

Exhortationem pro Definitione dulcissimi Mysterii Immaculatæ Conceptionis Deiparæ semper Virginis. Liornæ apud Jacobum Valsisi 1719. in 4. Latina lingua habet tomum in folio sub titulo:

Exercitium Angelicum, prælo maturum, & fortè jam datum. Ipsū & alios quoque Scripturæ Tractatus vidi in laudato de la Ambrosiana Conventu, cùm ejus Authorem studiis immersum, mansuetum, humilem corde expertus sum ann. 172[illegible] Post hæc autem elaboravit, in publicumque misit:

Exercizii del' amor di Dio. Lucæ apud Dominicum Marescandoli anno 1727. in 4. Italice. Item, aliam

Elucidationem Indulgentiarum Viæ Crucis. Italicè. Lucæ apud Nicolaum Marescandoli in 8. anno 1715. Item eodem idiomate:

Compendium vitæ V. Servi Dei Fr. Josephi à Turre, Discalceati, Provinciæ S. Josephi filii. Excudebatur in Typographia Regiæ Celsitudinis Florentiæ anno 1716. in 8.

Dissertationem Regularem Militat in ipsa pro authoritate Guardianorum erga Visitatorem Fratrum N. tertii Ordinis. In lucem prodiit Florentiæ an. 1721. in 8. Latinè autem in publicum misit tomum inscriptum

Concionator Ecclesiasticus Tractatus de Sacra Scriptura scholasticè cum regulis, & præcep

ceptis ad conceptus ex illa emendos. Florentiæ apud Michaelem Nestenum in 4. ann. 1727. Resolutionem Theologico-Canonicam:

De sponsalium ad instantiam parentum cum imparis conditionis puella initorum solubilitate. Florentiæ apud Typographiam Regiæ Celsitudinis ann. 1722. in folio. Ad prælum omnino paratos habet hoc anno 1727. tomos sequentes idiomatibus variis:

De Deo Uno, in fol. Latinè.

Lapis Lyrius novitatum Zarraguæ, in 4. etiam Latinè.

Declaracion de las maximas mysticas de el V. Fr. Joseph de la Torre.

Vida de el V. Fr. Joseph de la Torre, Hispanè, & diffusè.

Relatio Vitæ Ven. Fr. Alphonsi de Tarazona. Hoc opus Italicè elaboratum publicavit Venetiæ in suo Legendario Franciscano R. A. P. Fr. Petrus Antonius de Venetia, Reformatus.

Defensoria nonnulla Viæ Crucis. Italicè.

Defensorium privilegii Regularium ordinandorum extra tempora. Italico idiomate. Item:

Appendicem operum Illmi. Episcopi Nicolai Steni, Italicè.

De tribus causis piis opuscula tria Italicè.

Refutationem quarundam propositionum libri inscripti: El Cavallero convertido à la Religion Catholica.

Consilia varia, & casus morales. Latinè, & Italicè.

Breve noticia de los Religiosos, que fallecieron con buena fama en el Convento de la Ambrosiana. Hispanè. Item jussu Inquisitoris Generalis Florentini elaboravit mysticam difficilimam:

Quæstionem: Utrum *arte diabolica possit violari aliqua persona absque ullo peccato?* Ejus resolutionem negativâ approbavit Congregatio Inquisitionis Romæ. Tandem immaturos habet tomos duos. Primum:

Quæstiones variæ Scholasticæ. Secundum:

Exercicios para personas Religiosas, y Sacerdotes.

Lapis caliminaris, Vener. Præfectus Apostolicus in eodem Regno Fr. Antonius à Sancta Maria Provinciæ nostræ S. Pauli illustrissimus filius. Didici ex Relatione sui Socii in tribulationibus Chariss. Fr. N. Fr. Joannis Fernandez, Apostolici Concionatoris, Commissarii quoque Provincialis laudatæ Sancti Gregorii Provinciæ.

S. MARTINUS ab Ascensione, Guipuzcoanus á Philosophiæ studiis in nostro Peñarandino Conventu purissimæ Conceptionis, & in nostro S. P. N. Francisci Oppidi de Alaejos in Theologia instructus, S. Francisci Blanco sui Commartytis Magister, egregius Concionator, ac gloriosissimus Martyr,

Sermonem habuit ad omnes transeuntes per vias, suosque Commartyres Japonenses, ab ipso scriptum, in publicumque missum à V. Fr. Marcello de Ribadeneira lib. 6. suæ Histor. cap. 2. incipit: *No sè, como paguemos los veinte y seis Compañeros, que aqui venimos &c.* Sermonem istum in Idioma Japonicum traductum, in pectoreque unius è Crucifixis repertum, latinitati summatim donavit R. P. Ludovicus Frois in Relatione historica XXVI. Crucifixorum his verbis:

„Fratres, cogitare debemus „nos magnos esse peccatores, „atque cognoscere, quanto „beneficio Dominus noster in „hac exigua afflictione nos affi„ciat. Multi Sancti, & singilla„tim Sanctus Franciscus, om„ni studio aspirabant ad coro„nam martyrii, verum conces-

„sum

„ ſum eis non eſt, ut ad eamdem pertingerent. Hanc ipſam Deus hodie nobis offert, & non quovis modo, ſed per inſtrumentum Crucis. A Chriſto impensè amabantur Apoſtoli, & tamen Crucem non conceſsit, niſi duobus, tribuſvè: ex cæteris quoque Sanctis nonnulli fuerunt decollati, alii in lebetes bullientes demerſi, alii aſſati, alii in ſtagna gelu rigenti conjecti: hi in mille fruſta dilacerati, iſti medio corpore ſecti; multi è montibus præcipites acti, & in rupes, ac præacutos ſcopulos, & cautes dejecti, ut omnibus membris diſſolverentur, ac denique alio atque alio genere cruciatuum, tormentorumque probati, ſpiritum ſuum reddiderunt Conditori. At nobis, licèt immeritis, nunc paratum eſt trophæum, in quo ipſe filius Dei morte ſua mundum reſtituit, quod beneficium tam ſingulare, & immenſum eſt, ut Angelicam quoque intelligentiam excedat. Itaque comparemus nos ad perferendos fortiter omnes cruciatus à carnificibus nobis inferendos, armantes nos glorioſæ Chriſti Paſſionis memoria, qui licèt ab omni culpa alieniſsimus, tamen pro ſalute noſtra promptiſsimè omnes moleſtias, & tormenta ſuſcepit. Infinita miſericordia eſt, quam nobis declarat Dominus: nam cum pro uno etiam læthali peccato promeruerimus æternas, & intolerabiles inferni pœnas, dignatus eſt tamen eas commutare in hanc brevem, & tranſitoriam. Cæterum quia homo ſua natura imbecillis eſt, nec facilè aliquid perpeti poteſt, neceſſe eſt, ut gratiam divinam de Cœlo imploremus. Toto igitur corde ad Sanctiſsimam Dei Matrem peccatorum advocatam, ad glorioſum D. Franciſcum, ad Angelum Cuſtodem, & ad omnes Sanctos in Cœlo confugiamus, ut intercedant pro nobis.

Epiſtolas ſcripſit ſuo ſpiritu dignas, quarum memor laudatus Ribadeneira ibidem lib. 5. cap. 16. Initium unius apud Chronicam Prov. S. Gregorii Trienn. *6*. cap. 42. hoc eſt: *A Dios Señor Doctor, à Dios, que N. Señor, por ſu miſericordia &c. De el camino de Horca; y de Enero* 28. *de* 1597. Agunt de ipſo quotquot glorioſum noſtrorum Martyrum Japonenſium concinunt triumphum. N. Protomartyris memoriam faciens clariſsimus Alba in ſua „ Militia fol. 1012. inquit: Martinus

„ tinus de la Ascension, Ordinis „ Minorum Hispanus, ac Martyr, in Imperio Japonum „ prædicavit, ac docuit constãter „ præservationem Virginis Mariæ „ à peccato originali. Ita Daza in Tract. de Concept. cap. 6. fol. 44.

MARTINUS de Belzunze, cujus Patria Occa in Toletano Regno, & Archiepiscopatu, sanguine clarus, olim à Studiis in Salmantina Academia, professione Minorita Excalceatus, Provinciæ S. Joannis alumnus, observantissimus vita, oratione pervigil, beatissimæ Dei Matris addictissimus, multarum virtutum aggregatione dives, sancto calescens igne, scripsit, ab ipsomet cantata:

Los Libros, y papeles,
Que tengo de discursos ilustrados,
Son ciertos, y fieles,
Y de ellos guardo siempre los traslados,
Y en verso, y prosa escribo
Los bienes, que de Dios siempre recibo.

Scripsit igitur, missis tractatulis nonnullis, Libros quatuor. In primo scripsit:

Vida de Martin de Belzunze, hoc est, ejus vitam sæcularem. In secundo:

Poesias varias. Exempli gratia:

Entre Cortesanos vivo
Hijos de Francisco, y Santos;
Y como soi el Menor,
Me cupo el menor trabajo.

In tertio, & quarto:

Geroglyphicos varios. Hæc autem non explicat humanæ Sapientiæ verbis, sed doctrina spiritus. Asservantur in Archivio Provinciæ S. Petri de Alcãtara Granatensis, teste mihi doctissimo Chronologo, ac Diffinitore Generali chariss. Fr. Fr. Thoma de Montalbo tom. 1. lib. 2. cap. 30. ubi num. ut cunctis ostenderet majes fructus, quam molis esse, dit:

„ Estas Obras corrieron por „ la Censura de los sugetos ma „ mysticos de aquel tiempo, „ es de admirar los varios Epi„ tetos, con que todos las ele„ gian. El Vener. P. Fr. Anto„ nio Sobrino, Varon Aposto„ lico, de la Provincia de S „ Juan Baptista, cuya vida „ copiosa materia de dilatad „ Historia en la de aquella Pro„ vincia, haviendo examinad „ de proposito algunas de l „ Obras de Fr. Martin, dix „ que en ellas resplandecia „ luz de el Señor, como Ind„ ce de los celestiales bene„ cios, à que lo havia destina„ do. Lo mismo assegura el P. „ Fr. Juan Ximeno de la mism „ Pro

,, Provincia, Varon mui espiri-
,, tual, en repetidas Cartas, q̃ so-
,, bre este punto escribió al sier-
,, vo de Dios. El M. R. P. Fr.
,, Pedro de la Madre de Dios,
,, Carmelita Descalzo, y suge-
,, to de relevantes prendas, di-
,, xo, ser los Escritos de Fr. Mar-
,, tin dictamen de el Espiritu
,, Santo. El Ven. P. Alonso
,, Medrano, Varon insigne de
,, la Compañia de Jesus, en al-
,, gunas Cartas, que escribio al
,, siervo de Dios, despues de
,, haver visto sus Obras, le di-
,, ce, que entre ellas, y las de
,, S. Buenaventura, y S. Ber-
,, nardo no halla mas diferen-
,, cia, que la de el estilo en Pro-
,, sa, ò Poesia, que en la tierra
,, serìan de gran utilidad, y de
,, premio glorioso en el Cielo.
,, Quien mas se esplaya en estos
,, elogios es la V. Madre Maria
,, de la Trinidad de el Orden
,, de S. Francisco de Paula, la
,, qual en la espiritual corres-
,, pondencia, que conservò con
,, el siervo de Dios, gasta dila-
,, tadas lineas en las Cartas, que
,, las mas eran mui difusas, pa-
,, ra darle noticia de los pro-
,, gressos de su espiritu, y ma-
,, nifiesta los admirables afec-
,, tos, que en su interior causa-
,, ba el leer estas Obras. Otros
,, muchos sujetos insignes en
,, todas lineas examinaron es-
,, tos escritos, y todos califi-
,, can su pureza, utilidad, so-
,, lidèz, è ilustracion.

Granatæ in nostro S. Antonii Conventu Junii 30. anno 1651. ad cætum abiit Angelorum, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ipsius, certatim populo concurrenti ad Exequias, & ad nudandum pauperem, quem amabant, scindendo, seu avellendo, quidquid volebat. Narrantur miracula. Pro ipsis, vita, ac translatione tanti Authoris consule Chronologos Provinciarum S. Joannis, & S. Petri de Alcantara, quarum unam solemni professione, aliam suis ossibus multis coloribus decorat. Agit quoque de ipso R. P. Fr. Franciscus de la Vega tom. 2. Chron. Ordin. SS. Trinitatis lib. 4. num. 1491.

MARTINUS à S. Bonaventura, de Villa Robledo, Provinciæ S. Josephi alumnus, devotus Prædicator, ea elaboravit, quæ suus consobrinus Petrus Galindo Presbyter prælo mandavit, nempè:

Verdades morales, en que se reprebenden los trages vanos, &c. Matriti apud Franciscum Sanz ann. 1678. in 4. Vidi.

Excelencias de la castidad, y virginidad. Est opus in 4 bipartitum impressum Matriti à Mat-

thæo de Espinosa an. 1681. Vidi.

Primera parte de el Directorio de Penitentes, y practica de una buena, y prudente Confession. In lucem prodiit Matriti an. 1682. etiam in 4. Vidi.

Parte segunda de el Directorio de Penitentes. Ibidem apud Antonium de Zafra an. 1680. in 8. Vidi.

Pastor de el divino amor. In publicam Sacerdotum utilitatem, missum scio, sed ex qua Typographia prodiit, ignoro.

MARTINUS à Cruce, devotus alumnus Provinciæ Neapolitanæ S. Petri de Alcantara, in publicum misit.

Novena de San Pedro de Alcantara. Neapoli apud Felicem Mosca an. 1724. Ibid. apud Antonium Abrii, anno 1716.

Novena de S. Francisco de Sales.

MARTINUS Ignatius de Loyola, Cantaber, S. Ignatii de Loyola Societatis Jesu gloriosissimi Fundatoris propinquus, Episcopus Argentei Fluminis, ac Archiepiscopus de las Charcas in America Meridionali, in nostro S. P. N. Francisci Conventu Oppidi de Alaejos Discalceatorum strictiori Observantiæ nomine dato, ad Discalceatam S. Gregorii in Philippinis Insulis gradum fecit. Postmodum in Sinarum Provinciis, immò in cunctis Nationum populis Christum Crucifixum prædicans, non in humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, in laboribus plurimis, in carceribus, in angustiis, authoritate Apostolica Gregorii XIII. roboratus, Missionibus Apostolicis deditus, semel atque iterum universum ferè mũdum circuivit, animas quærens. Ad nostros reversus & Cathedram ascendere jussus, Lecturæ Theologiæ sacræ vacavit in Conventu de Cadahalso, Provinciæ S. Josephi, necnon in nostro Segobiensi S. Gabrielis Conventu. Guardianus quoque fuit primò nostri Conventus Corporis Christi Oppidi de Martin Muñoz, ac memorati Segobiensis Conventus, cujus Fratres etiam regebat, ut absolutus Præses, die 12. Maji ann. 1594. postquam Clemens VIII. die 10. Martii ejusdem anni desmembrationem fecerat Conventuum Veteris Castellæ, S. Pauli Provinciam erigens. Tandem à Philippo III. Episcopus de Paraguai cooptatus, cœpit Pontificia dignitate conspicuus esse Vallis Oleti die 9. Octob. anno 1610. Hic ergo, quem meritò Illustrissimus Gonzaga 4. part. fol. 1358. religiosissimum appellavit, cujúsque Pas-

toralem zelum celebrat Generalis Chronologus eruditus Daza part. 4. lib.2. cap. 34. scripsit:

Itinerario del nuevo mundo. Prodiit in lucem non dissimulato Authoris nomine an.1585. unà cum Joannis de Mendoza *Historia de las cosas mas notables de la China*; dissimulato verò anno 1586. Testes adduco Balthasarem de Medina in Centuria, Nicolaum Antonium in Append. & tom. 2. Bibliothecæ cum Antonio Leonio, atque Ægidio Gonzalez. Authorē illustrissimum leges in laudato Ægidio in Ecclesiastico Theatro Indiarum tom.2. fol.33. 94. & 106. ac in meis Chronicis, missis nunc Gubernatis, Petro de la Piñuela, Antonio de Huerta, necnon V. Fr. Marcello de Ribadeneira lib. 3. Japon. Histor. cap. 2. Floruit anno 1610. & in Conventu S. P. N. Francisci à se erecto expectat resurrectionem mortuorum.

MARTINUS à S. Josepho, Placentinus (quem Tiburtius Navarro de Fructibus posthumis S. Petri de Alcantara cap. 18. fol. 81. diligentissimum Scriptorem, suisque scriptis Ordinem suum illustrare fatetur, & insigni religione, ac doctrina Laurentius à D. Paulo, Sueco, in vita S. Petri de Alcantara prælo data Romæ 1669. lib. 3.fol.164.) Theologiæ, quæ ad mores expectat, clarissimus Lector, Provinciæ S. Pauli Diffinitor, ac Custos; necnon Provinciarum S. Joannis Baptistæ, ac S. Josephi Commissarius Visitator, publici usus fecit:

Chronica de las Provincias de San Joseph, y San Pablo de los Descalzos de San Francisco, duobus tomis. Arevaci 1644. in folio.

Vida de el Ven. Fr. Pedro de Alcantara. Matriti eodem anno.

Discurso Apologetico, en que se prueba, que el V. Fr. Pedro de Alcantara pertenece à las Provincias de S. Joseph, y S. Pablo. Ibidem 1642.

Avisos de Confessores, y guia de Penitentes, cuyas materias Morales se fundan en los derechos Natural, Canonico, Civil, y Municipal de estos Reinos. Matriti apud Gregorium Rodriguez 1649. in folio. Extat in calce hujus libri:

Defension de las opiniones, que algunos han impugnado al Author de los libros, que ha dado à la Estampa.

Epitome de el Orden Judicial Religioso. Cæsaraugustæ 1618. in 8.

Breve exposicion de los precep-

ceptos, que en la Regla de los Frailes Menores obligan à pecado mortal. Primò ann. 1638. Cæsaraugustæ, hinc Salmanticæ 1633. deinde cum additionibus 1655. Matriti.

Explicacion de muchas Bulas, y Privilegios Apostolicos concedidos à los Regulares. Cæsaraugustę 1638. Agunt de eo Nicolaus Antonius, Balthasar de Medina, Petrus de Alba, Hieronymus Garcia tomo 1. Politicæ Ecclesiasticæ in Indice Authorũ littera M. Antonius à Sancto Bernardino nonnullis locis suæ vitæ Minoriticæ; maximè num. 2. Audivimus, & legimus N. Martinum (olim in Salmantina Academica Juris Canonici Doctorem) in N. Regali Arevalensi Conventu, (ubi requiescit) cœlesti sensibili voce cujusdam Imaginis semper Virginis Mariæ, quæ in superiori claustro laudati Conventus colitur, recreatum fuisse. Et sanè quam ardenti erga Reginam Angelorum teneretur devotionis affectu, etsi nullo alio testimonio doceremur, satis ex suis Chronicis liquidò patet. Consule tomum 1. meæ Chron. lib. 4. cap. 4. & Apologeticum R. P. Joannis de el Olmo in Præludio fol. 8. artic. 10. fol. 370.

MARTINUS à S. Josepho, alter, in Oppido Pradena Diœcesis Segobiensis natus, ac Religioni Seraphicæ in Discalceata Provincia S. Pauli, edidit:

Ceremonial de la Missa. Vallisoleti 1623. Operis & Authoris memores sunt Vvadingus, Nicolaus Antonius, & Matthæus à Nativit. in Chron. Latina M.S.

MARTINUS de Valentia, ex Oppido Valentiæ Domini *Joannis* in tellure de Campos, quod inter Legionensem Civitatem, & Beneventum Oppidum situm est, ingenuis Parentibus natus, Ecclesiæ, novoque mundo valdè notus.

Ut utramque Observantiam, tàm Regularem, quàm strictiorem illuminaret, atque Seraphicam Religionem, à Deo missus est. Ejus propriam Matrem Marianus Orscolor in suo S. Francisco redivivo lib. 1. cap. 30. Discalceatam S. Gabrielis Provinciam in Extremadura nominat; ad eam (solemni professione emissa Majoricano in Conventu Provincię S. Jacobi Regularis Observantiæ) Deo inspirante gradum fecit, ibidemque moram trahens, secundus (non primus, ut aliqui Authores perperam scripsere) Minister Provincialis electus in Conventu S. Onuphrii

de

de la Lapa, die 14. Augusti an. 1522. laudatam S. Gabrielis Provinciam regebat, cum Reverendissimus Quiñones illum cum aliis undecim sanctitate & zelo conspicuis Indiarũ Apostolos elegit. Omnes (Arturum audi die 31. Augusti §. 13. & 14.) ejusdem Provinciæ S. Gabrielis Reformatorum alumni (hoc dicit, quia in ea actu omnes duodecim florebant; licèt in ea omnes habitum Franciscanum non suscepissent) & ingenti vitæ sanctitate præditi, uti suis locis annotatum est. Hi igitur accepta benedictione R.P. Francisci ab Angelis Generalis Ministri, navē ascenderunt in Festo Conversionis D. Pauli 25. Januarii, qui ut sua prædicatione mundum universum docuerat, ita ipsi sub ejusdem patrocinio totam Americam pergerent conversuri. Anno 1524. Mexico fœliciter appulerunt, & pridie ejus diei, qua sanctissimæ Pentecostes Vigiliam colimus, celebrato statim Capitulo, ipsum B. Martinum de Valentia, electum jam in Hispania, Custodem rursus elegerunt, confirmaruntque. Tunc cœperunt maximas, latissimasq; se perlustrare Regiones Indiarum cum stupendo & admirabili prorsus eventu: tantus enim fuit eorum progressus, talisque animarum fructus, ut tota ferè India converti videretur ad Christum: non enim centum, aut mille sacri unda Baptismatis regenerarunt; sed per centena millia, Christo auspiciante, ad fidem amplectendam accurrerent. Dùmque impia factione Martini Lutheri Europa innumeris scatebat hæresibus; tota America alterius Martini à Valentia operâ fidei, pietatique Christianæ colla submittebat. Martinus Lutherus, Monachus Augustinianus Christi Vicarium contemnens, à prisca fide Catholica defecit; errori, ventri, & superbiæ intendit, populos ad Atheismum deducit, hæresiarcham se constituit, omnibus vitiis indulget, pessimè vixit, ac miserrimè moritur. Martinus autem Valentinus, Religiosus Franciscanus Discalceatus Summi obedientiam Pontificis veneratus, Legati Apostolici munere fungens, Idola diruit, fidem Christianam disseminat, Religionem Catholicam longè latèque propugnare satagit, veritati Evangelicæ annunciandæ, vitæ austeritate & eximiæ utilitati vacat; nationes amplissimas ad Deum verum, ejusque unicum Filium Jesum Christum adducit; Indiarum Apostolum se præbet, virtutibus admirandis nitet,

tet, sanctissimam vitam egit, ac miraculis gloriosus foeliciter migravit ad Astra ann. 1534.

Et Marianus Orscolor in suo S. Francisco redivivo lib. 1. fol. „ 166. Venit Legatus Christi „ Martinus ex Provincia Gabrielis, & tulit illud Ave in „ novos orbes, auferens nomen Evæ, quod in terris illis „ lugubribus Doemoniorum „ cantibus ad Ethæra sursum „ perstrepebat: Venit amicus „ Mariæ illius Deiparæ venerandæ: Venit Solidator Ordinis Conceptionis Immaculatæ &c. Fama est Sanctum hunc Virum plerasque

Epistolas scripsisse ad Adrianum VI. Carolum V. Ministrum Generalem, totius Ordinis, in quibus Religiosorum labores, & Indorum conversio explicabatur. Quæ Typis excussa nonnullis libris conservata vulgatur, videlicet ad Reverendissimum Patrem Mathiam Vveisen, ecce adest:

„ Reverendissime, & „ dignissime Pater: Fratr. „ Martinus de Valentia Custodiæ S. Evangelii Custos, ac „ cæteri Fratres Ordinis Minorum Regularis Observantiæ in nova nunc Hispania „ existentes Filii, & Subditi R. „ P. vestræ, fidelem ei obedientiam præstamus, ejusque manus osculamur. Nos quidem „ in ultimis versamur Orbis „ partibus, in India, in Asia „ Minori, ubi Christi Evangelium à Filiis primùm vestris „ annuntiatum est, & in aridis „ virgultis prodere fidem coeperunt. Salvatoris enim gratia „ inebrians torrentes vino amoris sui, hoc est, Evangelii, „ Concionatores in stillicidiis „ verborum suorum plantas „ suas multiplicavit; ut enim „ verum dicamus, nec hyperbole utamur, plusquam decies centum millia Indorum à „ Filiis vestris baptizati sunt. „ Unus enim quisque illorum, „ duodecim verò præsertim, qui „ mecum simul à Reverendissimo DominoCardinale S.Crucis, & P. N. Francisco de Angelis Ministro tunc Generali, „ missi sunt, plusquam centum „ millia baptizarunt. Qui quidem omnes, præter unum „ me, Indorum Idioma, vel „ ut verius dicam, diversissima eorum Idiomata didicere, iisque, & concionantur, „ & mysteriaFidei nostræ innumerabilibus gentibus enarrant, inter ipsos Indos nobiliorum, & ditiorum libri magnam nobis spiritualis ipsorum „ salutis spem præbent. Hi enim „ à Religiosis nostris in Conventibus, viginti enim jam

has

„ habemus constructos, cons„ truunturque in dies alii, sin„ gulari in ejusmodi opera In„ dorum propensione, in do„ mibus, quas ipsi juxta Con„ ventus nostros fabricant, in „ nonnullis quidem quingen„ tos, in aliis non multo pau„ ciores habemus, qui jam sunt „ doctrina Christiana instructi „ & ex nostro Conventu Hal„ manalco juxta magnam Me„ xici Civitatem 12. Junii ann. 1531. Sub hac verborum serie legitur apud Arturum, & illustrissimum Gonzaga locis citatis. In linguam Castellanam leges versam ab Historiographo Generali Daza part. 4. lib. 2. cap. 15. Et Italicè versam tom. 1. Horti Seraphici Petri Antonii de Venetia. Præter istos graves Authores agunt de hoc verè Indiarum Apostolo Jacobus de Castro tom. 1. Arboris Chronologicæ, Didacus de Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ fol. 181. Chronologi Provinciæ S. Gabrielis, maximè Joannes à Trinitate, missis quam plurimis ab ipso, & Arturo adductis, quos inter Surius hos versus in Martini, suorumque VV. Sociorum laudem à Catholicis decantatos, scripsit:

Invicto potuit Romano Præsule Luther
  Sacramenta Dei vellere, non premere.
Septem post annos validus Martinus in Orbe
  Illatus repetit, maxime Carle, novo;
Iste duodenis sociatus Fratribus, ipsum
  Protypum sequitur Legis Evangelicæ.
Hunc sequitur (quænam sequitur Germania) Cæsar.

MATTHÆUS de Burgos, Provinciæ S. Pauli Concionator eruditus, teste Nicolao Antonio cum Vvadingo, edidit:

Discursos Evangelicos. Matriti 1599. At cum abiit, nec scimus qualiter incipit, nec cujus Typis excussus.

MATTHÆUS à Nativitate, de quo Tiburtius Navarro fol. 81. cap. 28. Huic (nempè Marti„ no à S. Josepho) addere li„ ceat Matthæum à Nativitate „ Scholasticarum quæstionum; „ Expositionum, & Moralium „ librorum Scriptorem celeber„ rimum, qui præterea Cathe„ dram Crucis, & Minervam „ Eucharisticam, seu lignum „ vitæ in publicum misit. Et

„ Vvadingus his verbis : Matthæus à Nativitate, Hispanus, „ Amphitrianus , Provinciæ S. „ Pauli professor , habet prælo parata:

„ *De Virtutibus, & Excellentiis B. Mariæ Virginis Libros* „ *viginti sex*, aliquot tomis distinctos. Edidit Tractatum „ inscriptum:

„ *Cathedra Crucis de septem* „ *verbis Domini in eadem prolatis. Pinciæ* 1639.

„ *Minervam Eucharisticam,* „ *seu lignum vitæ.* Matriti ann. „ 1644. Multos habet libros, „ variosque Tractatus Paræneticos , Ascæticos , Morales, „ Historicos , & Poeticos edendos.

„ *Chronicon collegit prædictæ* „ *suæ Provinciæ Conventus* , *&* „ *cuncta notabilia comprehendens.* Hæc Vvadingus.

Cæterum impetrare à me non possum , expressam ; quin operum nostri celeberrimi Authoris , relationem , ut ocularis testis hic subjiciam. Archipielagus cogitationum suarum fuit Oceanus Marianus : Titulum dedit:

Nova Hierusalem. Idioma est Latinum , stylus homiliaticus , parçneticus. Opus verè magnum in novem Tomos in folio , & vinginti sex Libros partitum.

Tomus I. pro Isagoge , seu introductorio *in* 21. *Apocalypsis Annotationes XVIII.* Incipiunt : *Quotupliciter exposuerint Patres.* Liber I. in quo agit de eximia Prædestinatione Mariæ , continet XXV. Homilias. Initium primæ : *Attente rimabamur mirantes.* Liber II. agit de Oraculis prophetalibus illibatæ Conceptionis Virginis à principio Genesis usque ad Apocalypsim : Homiliæ sunt LXIV. primæ prima verba: *Jam novas ingredientes.* Hic tomus Deiparæ dicatus conservatur in Bibliotheca nostri Salmantini Conventus , ubi & vidi , & legi ejus initio N. Fr. Fr. Dominici de Jesu Concionatoris Elegiam Epanalepsicam , Pentametricā , ac Exametricam , Gratulatoriam bis duodenæ solemnitati laudum Mariæ demonstratici in operis ornatum est ex fraterna benevolentia , quam libens subjicio.

Sit benedicta dies , hilaris qua destinat ante
Te Deus , alta Parens ; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies , nitidam qua præscia vatum
Te cecinere cohors ; sit benedicta dies.

Sit

Sit benedicta dies, juvenis qua missus ab alto
Te Patribus pandit; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies(hui!) cum concepta fuisti
Numine Diva fruens; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua te Regina Polorum
Anna parit sterilis; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, infans cum grata triennis
Sacra fis in fano; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies memorans connubia Sacra
Christiparæ, & Sponsi; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua tu Virguncula Christum
Concipis è Cœlo; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, uteri qua numen adorat
Zacharidis genitrix; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies sacri Expectaminis ortus;
Pangitur O jubilans; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, hominem qua Virgo, Deumque
Pulchra nitore paris; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua Christus crimina propter
Cæditur, heu, circum; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua tres, duce sidere, Reges
Munera trina ferunt; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua Virgo sistit in ulnis
Altitono Genitum, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, fugiens quo pulcher IESUS
Barbara regna petit; sit benedicta dies..
Sit benedicta dies, qua chari pignoris orba
Tridua Virgo tulit, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, animam cum ferra doloris
Cuspide transfodiunt; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, tumulo quo Christus in hostes
Surrigit armipotens; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, jubilis cum fulgidus arces
Transvolat æthereas; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua Virgo dulce sopita
Solveris, ardet amans; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, superum qua scandis olympum
Corpore stellimicans; sit benedicta dies.

Sit benedicta dies, qua celsa sede coronat
Te Triados numen; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, niveo qua ex monte corusco
Te niveam celebrant; sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua nos, pia Mater, alumnos
Suscipis ore, sinu, sit benedicta dies.

TOMUS II. nostri Matthæi continet tertium, & quartum Librum. Agit in tertio: *De Exoptata, & Annunciata Mariæ Conceptione* Homiliæ sunt XXIV. Prima incipit: *Diffinivit Divus Augustinus.* Libri quarti continentis CXXX. Homilias, elucubrationes: *Explanatio in Cantica pro illibata Mariæ Conceptione.* Homilia prima incipit: *Post brumales glacies.* Fulcitur pariter licentiis, & approbationibus, & ibidem asservatum vidi, & legi Philippo IV. Hispaniarum Regi sacrum.

In Tomo III. Liber quintus, & sextus inveniuntur. Quinti: *Expositio Evangelii: Liber generationis pro Mariæ Conceptione* Homiliis LXXII. Ejus initium: *Titulus seu inscriptio.* Liber sextus: *De illibata Conceptione Mariæ* per Commentaria in Evangelium: *Beatus venter.* Lucæ 2. Continet LXXX. Homilias. Incipit prima: *Dixit secundum Jus Abulensis.* Dicatum SS. Urbano VIII. ad prælum paratum ibidem quoque repositum legi, ejusque censuras observatione dignissimas. Fragmentum subjicio R. A. P. M. Fr. Emmanuelis Diaz Hurtado, Ordinis SS. Trinitatis, Sanctæ Inquisitionis Qualificatoris, in Salmantina, ac Vallisoletana Universitate Theologicæ facultatis Cathedrarii censionem, dicentis:

„ Noviter illustratur Matthæus; noviter à Luca accipit Marianus conceptus. Noviter ex Davidica arbore, turgentibus gemmis, flores, ac fructus erumpunt; ita ut solus, qui hæc non vidit, solus, qui non novit, nihil sub sole novum declamare possit. Agnoscent, suo posteri noviter sanè Matthæum in Matthæo, & in hoc Libro disciplinarum ævo aliquem novum Virum extitisse, qui Encyclion illud (ut cum Vitruvio lib. 1. Archit. cap. 1.) dic seu Encyclopædiam) corpus ex omnibus scientiarum confectum fœliciter, sed noviter excitet, & è sacro Theologiæ, atque Scripturæ pelplo tot aliarum gemmas inte-

„ xe-

„ xeret, arguta quidem, & dex-
„ tra semper acu. Claudit enim
„ hic liber quidquid in Hebrai-
„ cis, Romanisque Ritibus lit-
„ teriosior eruditio reclusit, aut
„ ex omnigenæ lectionis Au-
„ thoribus peritior observatio
„ selegit. Alia mitto.

Ut Typis cuderentur tres laudati tomi Catholicus noster Philippus IV. (post se informatum de qualitate scriptorum per Illustrissimum D. D. Antonium Perez Tarraconensem Præsulem) suo Regio Decreto præcepit Summo Cameræ Senatui, ut Authori succurreret eleemosyna mille, & quingentorum ducatorum (ut ipsemet Author testatur in latina Historia suæ Provinciæ, cujus mentionem fecit Vvadingus) sed effectus nō assecutus, cessit. Sed ecce prosequimur suorum operum Elenchum, ipsomet Matthæo ex obedientia referente, sequentibus verbis:

Tomus IV. Liber septimus: *De festiva Nativitate Mariæ, & de ejusdem Augustissimo Nomine.* Liber octavus: *De Religiosa Presentatione B. Mariæ in Templo.* Liber nonus: *De gratulanda Desponsatione B. Mariæ, & Josephi*

Tomus V. Liber decimus: *De ineffabili Incarnatione Verbi Dei, & de Annuntiatione Mariæ.*

Tomus VI. Liber undecimus: *De festina Visitatione Mariæ.* Liber duodecimus: *De Occenta Expectatione Mariæ.* Liber tertius decimus: *De gaudioso partu Mariæ.*

Tomus VII. Liber quartus decimus: *De primis pœnis Mariæ in Circuncisione Jesu.* Liber quintus decimus: *De Adorationibus Regum Jesu, & Mariæ.* Liber decimus sextus: *De Purissima Purificatione Mariæ.* Liber decimus septimus: *De fugitiva peregrinatione Jesu, Mariæ, & Joseph.*

Tomus VIII. Liber decimus octavus: *De anxietate Mariæ in Jesu perdito, & alacritate in invento.* Liber decimus nonus: *De mæstissima transfixione Mariæ in morte Jesu.* Liber vigesimus: *De lætitia Mariæ in Resurrectione Jesu.* Liber vigesimus primus: *De ultimo vale inter ascendentem Jesum, & manentem Mariam.*

Tomus IX. Liber vigesimus secundus: *De fœlici transitu, & glorioso sepulchro Mariæ.* Liber vigesimus tertius: *De admirabili Assumptione Mariæ.* Liber vigesimus quartus: *De Imperiali Coronatione Mariæ.* Liber vigesimus quintus: *De nivea solemnitate Mariæ.* Liber vigesimus sextus: *De materno succursu, & oranda intercessione Mariæ.*

To-

Tomus X. Aureo Chrysologi stylo continet libera Scholia in Evangelia totius anni. Incipit: *Horribilis nimis.* Hæc N. Matthæus. Quæsivi, sed non inveni; inveni autem in nostri Salmantini Conventus Bibliotheca opera sequentia. Tomum magnum in fol. censuris, & licētiis prævìis ad torcular adornatum, inscriptum.

Hymenæus Virginalis, Divini Sponsi Matris Jesu, Mariæ, Joseph. Super illud Matth. 1. *Cum esset disponsata, &c.* Novem tractatibus diffusis multiplicat Cantica, & in quolibet Cantico expendit ad claritatem nonnullos §§. discurrens solidè, & novè per Sacerrimum Textum Nuptiarum Virginalium. Incipit: *Odiosa.* In capite hujus libri extat oratio Gloriosissimo Sponso Matris Jesu Marię Joseph, cujus prima verba: *Unus Matthæus, alter Matthæus. O si alter, sicut unus! O imparilitas non æquabilis!* Inveni quoque alium tomum in folio ad SS. Papam Innocentium X. sub hoc titulo:

Allegatio Sacra, Theologica, Pontificia, Imperialis, Regalis, Expositiva, Historica, & Chronologica pro definienda de Fide Conceptione illibata Almæ Dei Genitricis Mariæ ex Philippi IV. Hispaniarum, & Indiarum Regis Catholici voto. Hujus operis memor R.A.P. Fr. Petrus de Alba in sua Militia littera M. hæc verba facit:

„ Matthæus de la Natividad, „ Ordinis Minorum, Hispanus, „ scripsit magnum volumen „ sub hoc titulo: Allegatio Sa„ cra pro Mysterio Immaculatæ „ Conceptionis Virginis Ma„ riæ, quod M. S. habuimus „ præ manibus pro conficien„ do nostro Armamento Sera„ phico. Et illicò etiam citat „ P. Petrum de Quintanilla *in* „ vita Cardinalis Ximenez cap. „ 12. fol. *93*. In calce laudati „ operis extat à fol. 124.

Appendix Allegationis, ubi multa ad rem & subtilissima leguntur. Item repositi extant in eadem Bibliotheca quatuor tomi in folio variorum, & singularium suorum Opusculorum; Opuscula TOMI PRIMI sunt sequentia:

Opusculum I. Theologicum, Apologeticum sub censura pro tribus propositionibus Theologicis Scripturalibus P. Fr. Matthęi Vella, Franciscani, Sacræ Theologiæ Moderatoris in Academia Paduana. Incipit: *Petis à me, ò Matthæ Frater Charissime, instantèrque petis litteris transmarinis.*

Opusculum II. Consultatio pro

pro S. Fidei Tribunali ſuper tribus propoſitionibus Theologicis ad cenſuram. Incipit : *Quoniam his propoſitionibus.*

Opuſculum III. Conſultatio altera pro eodem S. Fidei Tribunali ſuper ſeptem propoſitiones Theologicas ad cenſuram. Incipit : *Por los muchos modos de dudar, que ſe proponen.*

Opuſculum IV. Conſultatio ad SS. D.N. Innocentium X. in Sacro Conſiſtorio ſuper valorem Matrimonii Spadonum novæ curationis, ſæpiùs poſtulata à facultatibus Theologicæ, & Medicæ Academiarum. Eſt notabile. Incipit Præfatio: *Sic dignè declamat Salomon Eccleſiaſtes: Cunctæ res difficiles.*

Opuſculum V. Memorial Juridico, Hiſtorico Sacro á la Catholica Mageſtad de el Rei Don Phelipe IV. nueſtro Señor, por el Cardenal Arzobiſpo de Toledo D. Balthaſar de Moſcoſo. Agit in ipſo ſolidiſsimè de immunitate Eccleſiaſtica. Incipit *A V. M.*

Opuſculum VI. Diſcurſo Politico Evangelico, ſobre eſtàr, ò ſalir de la Corte el Cardenal Arzobiſpo, yà nombrado. Eſt graviſsimum. Incipit: *Suponeſe brevemente.*

Opuſculum VII. Diſcurſo Politico Canonico en ſuplica de un Concilio Nacional, al Eminentiſsimo Cardenal Arzobiſpo de Toledo. Incipit: *Puſo la divina gracia.*

Opuſculum VIII. Diſcurſo Hiſtorico Apologetico, ſobre la Originaria poſſeſsion de la Primacia de las Eſpañas en los Illuſtriſsimos Arzopiſpos de Toledo, continuada deſde los Santos Apoſtoles S. Pedro, y Santiago por todo el decurſo de los ſiglos. Incipit: *Puedo fingir una turbada entrada en eſta obſcura cueva.*

Opuſculum IX. De Origine, & præeminentia DD. Cardinalium S. R. Eccleſiæ. Incipit : *Allegoria eſt oppoſita.*

Opuſculum X. Quæſtiones ſeptẽ circa reſidentiã DD. Epiſcoporũ. Incipit: *Quæſtio prima agitata eſt. An reſidentia Epiſcoporum ſit de Jure divino?*

Opuſculum XI. Conſulta de el Señor Obiſpo de Salamanca, ſobre la obligacion de la taſſa de el trigo en un año eſteril. Incipit: *Aqui à los pies.*

Opuſculum XII. Satisfaccion à diez Queſtiones, que ſe movieron à ſus mandatos. Prima quæſtio eſt : *Si obliga el mandato de el Prelado, quando el Subdito tiene opinion en ſu favor?*

Opuſculum XIII. Conſulta de el Illuſtriſsimo Señor Obiſpo de Zamora, ſobre el Breve concedido à la Mageſtad Catholica, pa-

para que el Estado Eclesiastico contribuyesse Sissas, &c. Incipit. *Para reprehender.*

Opusculum XIV. Consulta de el mismo Señor Obispo, sobre un Testamento. Incipit: *Vi el Codicilo.*

Opusculum XV. Discurso Theologo Canonico, Historico-Sacro, y Natural, à la plaga de las Langostas de el año de 1650. Est singulare, & incipit: *Nunca mejor logrado.*

Opusculum XVI. Consulta de el Señor Obispo de Zamora, en caso de litigio, entre la Arzobispal de Toledo, y su Ilustrissimo Cabildo. Incipit: *La Sabiduria.*

Opusculum XVII. Sobre quanto tiempo puede estàr un Cura ocupado en el Oficio de Provisor. Ad eumdem Episcopum Zamorensem. Incipit: *La primera.*

Opusculum XVIII. Consulta de la Ciudad de Salamanca, en razon de mandar su Magestad, que los Procuradores de Cortes llevassen à ellas el voto decisivo. Incipit: *Su Magestad.*

Opusculum XIX. Discurso Real, Politico Judiciario, al venir à la Magestad Catholica un Turco con voz de Embaxador de su Emperador. Incipit: *Ser la Nacion.*

Opusculum XX. Sobre la voz, que se vertio, que la Casa Ottomana se acababa el año de 1656. Explicat quamdam Danielis prophetiam. Incipit: *Llegò voz, que en Madrid.*

Opusculum XXI. Glossa de un opusculo de S. Pedro Damiano: Edades Pontificias: Breve vida, y breve gloria. Ipsam terminat Chronologia Summorum Pontificum. Incipit: *Fueron siempre sabrosos à los Sabios.* Demum in calce hujus tomi extat aliud Opusculum in 4. inscriptum:

Serenissima Princesa de España para su Reina. Ad Augustam Mariam Theresiam de Austria. Constat 13. capitibus. Primum: *Si es bien, que hereden las Señoras las Coronas:* ultimum: *Corona meditada.*

Tomus II. Octo continet Opuscula Sacra.

Primum: Immaculada Concepcion defendida por S. Ildephonso. Exponit 40. authoritates hujus Sancti Mariani Doctoris. Incipit: *Tuvo esta Sacratissima Iglesia.*

II. Satisfacion por dos articulos tratados en la Junta Real de la Immaculada Concepcion. Ad Catholicum Regem Philippum IV. Solutionem præstat viginti Pontificibus, novem Conciliis, & centum antiquis Patribus: Incipit: *Dioses, y Christos son llamados.*

III. Alegacion Imperial en

ambos Derechos. Incipit: *Dì à la Real devocion.*

IV. Apologetico Sacro por el titulo de Immaculada. Incipit: *Aun padece.*

V. Divina descendentia usque ad almam Ecclesiam, Urbemque Regalem Segobiæ antiquæ de veritate Immaculatæ Conceptionis Mariæ. Incipit: *Innocentium alterum.*

VI. Continet duas quæstiones. Prima est: An Angelicus Doctor obsistat piæ opinioni, ut communiter fertur. Secunda: An dato, quod opposité senserit, obstet diffinitioni de fide piæ sententiæ? Initium Procemii: *Pulcherrimè Casiodorus.*

VII. Breviculo por la Santa Iglesia de Zamora en su gran Patron S. Ildephonso. Incipit: *La devotissima.*

VIII. Defensa Dominicana por la Immaculada Concepcion. Missum fuit ad Philippum IV. Hispaniarum Regem.

Tomus *III.* amplectitur undecim Apologias, videlicet:

Apologia unica Catholica pro unitate Pontificatus in singulari B. Petri persona: contra coæqualem Pontificatum in persona B. Pauli, hæreticè, & schismaticè asserrum à quodam Authore Gallo. Innocentio X. sacra tripartita est. Incipit: *Ad arma.*

Apologia I. Contra Hæreticos impugnantes S. P. N. Francisci Regulam. Incipit: *Sicut Sol.*

Apologia II. Contra indevotos impugnatores Sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci. Incipit Præfatio: *Potuit dignè Tertullianus.*

Apologia III. Seraphica contra eos, qui asserunt Fratres Minores Authores Sectæ Fratricellorum. Incipit: *Res est mihi.*

Apologia IV. Seraphica contra opinantes, Fratres Minores fuisse Authores Schismatis tempore Joannis XXII. Incipit: *Esse Schisma.*

Apologia V. Seraphica contra calumniantes vitam, & doctrinam Joannis Duns Scoti Doctoris Subtilis. Incipit: *Vitam V. Magistri mei.*

Apologia VI. contra præsumentes S.P.N. Franciscum fuisse Monachum Augustinum. Incipit: *Augusta profectò res foret.* Probat efficaciter demonstrationibus Chronologicis, Legalibus, Juridico-Historicis, Politico-Moralibus, Pontificibus, Dialibus, Geographicis, Religiosè-Canonicis, Refutativis, &c.

Apologia VII. & VIII. Contra calumniantes Familiam Observantum. Incipit prima: *Dicebat Moyses Deo.* Incipit secunda: *Ignorantia Judicis.*

Apologia IX. Contra impug-

nantes Indulgentiam Portiunculæ. Eruditissima est. Incipit ejus Præfatio: *Ad me melius spectat.* Nec his, nec præcedentibus Apologiis deficit proprius Index, quem sequitur:

Opusculum Apologeticum Scripturale adversus assertentes Abrahamum aliquot annis coluisse Idola, uti Idolatram. Incipit: *Conclusio. Negativè est sentiendum.*

Tomus *IV.* Continet gravia Opuscula Historica, Canonica, & Moralia.

Opusculum I. Chronicon Provinciæ S. Pauli Discalceatorum S. P. N. Francisci. Incipit: *Obedientiæ opus.* Annumeravit Vvadingus, & repositum vidi in Archivio Generali Nostræ Provinciæ, & in Matritensi Generali N. Ordinis.

Opusculum II. De potestate Provincialium Ministrorum in sex quæstionibus. Prima Procemii verba: *Auris bona.*

Opusculum III. De consuetudine in septem quæstionibus. Incipit: *Eximius Juris Consultus.*

Opusculum IV. Si sin habito Clerical se puede gozar de el fuero: Incipit: *Por disposicion.*

Opusculum V. An Sacerdos excommunicatus celebrans fiat irregularis. Incipit: *Tanquam indubiè.*

Opusculum VI. Alegacion por los alimentos de un Patron. Incipit: *Lazaro Salazar.*

Opusculum VII. Consulta sobre el valor de la profession de una Religiosa de San Juan. Incipit: *Nuestra Religiosa.*

Opusculum VIII. Circa communicationem politicam cum Prætore excommunicato nominatim. Incipit: *Suppositis.*

Opusculum IX. De Irregulari ex corpore vitiato. *Incipit: Quidam Religiosus.*

Opusculum X. Consultatio super sepultura excommunicati mortui absque signis doloris. *Incipit: Vì la pregunta.*

Opusculum XI. Consulta sobre diferencias de dos Guardianes sobre sus territorios. Incipit: *Leì la Carta.*

Opusculum XII. Consulta sobre papeles de espiritu, y vida de Doña Beatriz de Langa. Incipit: *Los papeles.*

Opusculum XIII. Consulta sobre unas clausulas testamentarias. Quarta Falcidia. Incipit: *Beneficiado.*

Opusculum XIV. Si el Capellan debe decir por sì las Missas; y si el Cura algun *dia por* sus Feligreses. Incipit. N. *tiene una Capellania.*

Opusculum XV. Si el que duda formalmente, que peco mortalmente, està obligado à confes-

fessatse? Incipit: *Pongamos el caso.*

Opusculum XVI. Si la Confession hecha al simple Sacerdote no aprobado por el Ordinario, es nulla? Incipit: *Creo no hizo bien.*

Opusculum XVII. De la Heregia oculta. Incipit: *Es constante.*

Opusculum XVIII. Responsiones ad octo quæstiones Morales. Prima est: Si el valor de la Missa es infinito? Incipit: *En esta question.*

Opusculum XIX. Consulta sobre unos apuntamientos de un Reverendissimo General de N. Orden. Incipit: *Nuestro Reverendissimo.*

Opusc. XX. Si los Guardianes pueden cometer dàr una Profession. Incipit: *Para responder.*

Opusculum XXI. Consulta sobre una eleccion Regular. Incipit: *Muriò.*

Opusculum XXII. Regulare super caput secundum nostræ Regulæ. Sunt quatuor quęstiones. Incipit: *Quid nobis.*

Opusculum XXIII. Decision de una competencia de presidencia Regular. Incipit: *Año de mil trecientos y sesenta y seis.*

Opusculum XXIV. Memorial al Ilustrissimo Señor Inquisidor General, y Tribunal. Incipit: *Yo imprimì.*

Opusc. XXV. Desconveniencia de las Comedias en Santos, y erudicion. Incipit: *A Religioso imperio.*

Opusculum XXVI. Sobre un monstruo. Incipit: *Con no ser cosa nueva.*

Opusculum XXVII. Satisfaccion à la porfia de como se propagan las anguilas. Incipit: *Diferenciase el Juego.* Concludit: *Non potui melius litem finire jocosam.*

Item in eadem Bibliotheca nostra Salmantina extat N. Matthæi tomus unicus in folio inscriptum.

Consulta Real en doctrina Evangelica, Apostolica, Pontificia, Canonica, Historica, Padres, y Doctores de la Iglesia. Incipit: *Esta Consulta.* Agit in illa diffusa eruditione de immunitate Ecclesiastica, & Regum jure. Incipit: *Disponer con singularidad.* Tomusque alter in folio, cujus inscriptio:

Discurso Sacro Real, sobre la inexpugnable verdad, que la divina Virgen Madre Maria, es legitima, y verdadera Patrona de España. Ad Catholicum Regem Philippum IV. Incipit: *Hame puesto.* Item tractatus in folio (absque tegumento) intitulatus:

Sacro Imperio Romano, su origẽ, sucessiõ, y estado. Opus est singula-

rissimum. Incipit: *Acreditò el mismo Dios humanado.* Tandem tractatus alter etiam in folio.

De el Templo de Salomon. Agit scripturalitèr in ipso de ejus mensuris, divitiis, artificibus, Altaribus columnis, mensa, candelabro, velo, ornamentis, Sacerdotibus, & Levitis. Incipit: *En otros argumentos.* Sed restat adhuc longa via, in qua, ipsomet Authore duce, ipso utor in laudata nostræ Provinciæ Latina Historia, ubi suorum operum rationem reddens, subdit Castellana lingua hæc opera Parænetica, Ascætica.

Cathedra de la Cruz. De septem verbis Domini. Typis data Pinciæ apud Antonium Vazquez de Esparza, ann. 1639. Incipit: *No son atrevimientos.* Vidi. Item:

Minerva Eucharistica, seu *Arbor Vitæ*, afferens fructus duodecim per singulos anni menses reddens fructum suum, cujus argumentum est: Duodecim tractatus per duodecim menses pro solemnitate Augustissimi Sacramenti in Minerva, quolibet mense colligendum unum ex duodecim fructibus Spiritus Sancti de ipso arbore, & ligno vitę. Prælo datum Matriti anno. 1644. apud Joannem Sanchez. Incipit in Præfatione ad Mariam: *Maria mas que Celestial Princesa.* Item:

Amor Amorum purissimè de admirabili Sacramento Altaris. Discursus super sex Evangelicas clausulas. Tomus primus cum privilegio Regis, ut prælo cudatur. Incipit in Præfatione ad Virginem Dei Matrem: *Maria (fausti ssimo aguero ser vuestro divino Nombre mis primeras letras)* Sedulò conservatur in Bibliotheca nostri Conventus Vallis Oletani. Item:

Historia Gedeonis pro Vesperis Quadragesimæ. Incipit: *Novedad apacible, &c.* Item:

Tropheos de la muerte, y desengaños de la vida. Orationes funebres viginti quatuor pro omnibus statibus à Christo sepulto usque ad Agricolam. Incipit Prologus: *Entre los forzosos terminos de el nacer, y de el morir.* Scripsit quoque sequentia:

Opera Mystica, Anagogica, & Poetica.

Pharetra amoris divini cum facultatibus. Incipit Præfatio: *O apacible Señor.*

Jardin de flores Franciscanas. Cum enim ordinassem Litarias Seraphico Patenti, dulce quodlibet Epitheton allexit animos legentium. Requisitus, ut brevi luce illustrarem glorias tantas; egi, & appellitavi quemlibet florem quidem de mirabilibus SS. Patris. Cui oratio præfa-

fatiunculæ. Incipit: *Summo Padre.* Item.

Harpa de David cum facultatibus. Continet Psalmos Pœnitentiales, oratione soluta doctrinalitèr declaratos, recitantibus illos: In fine cujuslibet reductos cum propria Glossa vario genere poematũ. Incipit oratio: *Mucho dieron que decir.* Item:

Scala perfectionis. Hujus argumentum sunt quindecim Psalmi, seu Cantici Graduales, quorum singula quinaria singulis viis perfectionis dant lucem. Primi quinque illustrant viam purgativam: Secundi viam illuminativam: Tertii viam unitivam: est methodus eadem, quę in Cithara David oratione soluta per varias doctrinas. In fine collectæ in canticis variis. Incipit Procœmium: *El argumento, ò materia de este tratado.* Item:

Philomena mei Seraphici P. D. Bonaventuræ. Castellanè traducta, & dilatata carmine & soluta oratione per cantus ipsius Philomenæ. Incipit pro Procœmio: *La razon, y motivo, que el ardiente Padre.* Item.

Dies diei. Manuale dispositionis diei pro confessione, & assistentia venerabili Sacramento. Incipit: Lacrymatio Jesu Crucifixo: *Con el ruido de las muertas corrientes.* Item:

Opusculum de nominibus Dei Unius, & Trini. Hæbraicis, Græcis, Latinis, Castellanè expositis. Ad Excellentissimam Ducissam Methymnæ. Incipit: *Vì à V. Exc. Señora, curiosamente devota.* Item:

Manuale Sacerdotum, & Sæcularium pro celebrando, & audiendo Sacrosancto Sacrificio Missę. Ad Excellentissimum Comitem Beneventanum. Incipit: *Este Venerable nombre Missa.* Item:

Psalterium, sive *soliloquia.* Incipit sic,

A ofreceros llegò amor
un corazon, mas que vuestro,
feliz; porque os conocì,
venturoso; porque os quiero.
A la luz de vuestra luz,
donde mejor me contemplo
de vuestra verdad retrato,
de mis mentiras objeto.

Puerilia Sacra pro Canticis in Festivitatibus, quibus est nomen: *Divinæ Cantilenę.* Incipiunt pro SS. Sacramento.

El rebaño mas dichoso
Cordero Pastor hallò,
que habita dosèl de luzes,
pisa alfombras de candòr.
Baxa à cabaña de nieve
en dissimulos de amor;
milagro es, no se derrita
copo à copo tanto Sol.

Exemplo nobis sunt plures libri Sacri carmine scriptis: soliloquia (sic inscribebatur Psalterium) David etiam pro pœni-

tentia flebili. Cantica unionis amoris in Cantico Canticorum, lamentabiles Threni, tot grata Cantica usque ad Magnificat.

Hæc omnia occultat paupertas. Notum Alciati Emblema de pauperis ingenio. Laconicè Varro: *Quod si paupertina sit elegantia.* Et hæc tantus Author, cujus memoriam faciunt Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana, & Hippolytus Marratius in Appendice suæ Bibliothecæ Marianæ. Floruit Salmanticæ in laudato nostro, vulgò de el Calvario, Conventu, anno 1650.

MATTHÆUS à Purificatione, Concionator, ac Guardianus Conventus Oppidi de Madrilejos Provinciæ S. Josephi, in lucem dedit.

Ceremonial de las Missas. Matriti apud Viduam Joannis Garcia Infanzon anno 1717. in 4.

Manual Procesional. Ibid. in 4. ann. 1717.

MATHIAS à S. Francisco, primò Provinciæ S. Josephi, demùm Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Bætica gloriosus alumnus, propagandi Evangelii desiderio incensus, primùm in Philippinas usque Insulas, indeque reversus ad Marochii Regnum unà cum Joanne de Prado Sacerdote, Gennesioque Occanensi laico hujusmet palmæ sectatoribus penetravit, quo loco cum gloriosissimum Prado sodalis sub immani Tyranno agonem acolis habuisset, ipse quoque verberibus penè confectus est. Sed aliquando ad nos reversus Xelchii, hoc est, Regis Legatus optimis moribus Principis, Religionique, & rebus nostris minimè infensi, qui Fratri interfecto successerat, sacram hanc expeditionem litteris mandavit, scribens:

Relacion de el viage espiritual, y prodigioso, que hizo à Marruecos el V. P. Fr. Juan de Prado, Predicador, y primer Provincial de la Provincia de S. Diego de Andalucia. Matriti 1644. in 4. ex Nicolao Antonio tom. 2. Consule Chronologum laudatæ Provinciȩ part. 1. lib. 1. cap. 15. n. 122. iterum in publicum misit Urbe Gaditana 1675. Bartholomæus Nuñez etiam in 4. Vidi.

MELCHIOR à S. Francisco Spinola, in Provincia Bætica strictiori Observantia, ac litteris apprimè excultus, ad S. Evangelii Provinciam gradu facto, Conventualis Prædicator magni Mexicani Conventus, Missionarius Apostolicus, Sancti Officii Qualificator factus, ingeniosam Conciones

cionem ibidem habitam videlicet:

Sermon en el segundo dia infraoctavo de la solemnidad de N. P. S. Francisco, typis dedit vidua Francisci Rodriguez anno 1715. Incipit: *Glorioso empleo*. Vidi.

MELCHIOR de Gracia, in sæculo de Sotelo, Vir sanguine nobilis, sed nobilior insigni sanctimonia, & virtute, in Provincia primum S. Gabrielis militiæ Seraphicæ nomen dedit; septem annis transactis ad S. Josephi Discalceatorum Provinciã gradum faciens, veram sapientiam, quæ à Deo intimè docetur, sacris revelationibus illustratus meruit adipisci: adeò acutè solidèque ea, de quibus consulebatur, Sacrorum Bibliorum loca explanare consueverat, ut velut Paraphrastes quidam arcanorum Dei mysteriorum meritò existimaretur. Scripsit, non tamen edidit:

De mortificatione membrorum Sacris vulneribus Salvatoris correspondente, ut ipsi Domino Crucifixo didicit tractaculos breves de oratione mentali pietatem sectantibus apprimè utiles, quorum memoriam fecit Martinus à S. Josepho lib. 2. suæ Chronicæ cap. 11. & Joannes à Sancta Maria lib. 2. suæ Chronicæ, cap. 31. fol. 512. & 521. Obdormivit, in Domino cantantibus Angelis: ejusque corpus in Matritensi S. Bernardini Conventu sepultum, aliquot post annos integrum inventum fuit. Consule Chronologos Provinciæ S. Gabrielis.

MELCHIOR à S. Maria, Toletanus, dum sacris Concionibus in S. Laurentii Conchensi Conventu Provinciæ Discalceatorum S. Josephi operam daret, edidit Concionum volumen hoc titulo:

Quaresma de el Descalzo. Conchæ apud Salvatorem de Viader 1635. in 4. Spem facit ejus in Prologo Adventualis cum festivitatibus Sanctorum, ac Dominicarum ad Resurrectionem usque occurrentium, à se publicandi.

MICHAEL Izquierdo, strictioris Observantiæ alumnus in Provincia Discalceatorum S. Joannis Baptistæ, scripsit:

Breve, y clara resolucion de los casos de conciencia, quam M. S. in 8. se vidisse testatur Nicolaus Antonius tom. 2. Bibliothecæ in Append. fol. 334.

MICHAEL à S. Maria, Provinciæ S. Pauli alumnus, Conventum S. Ludovici in Taurensi Civitate Veteris Castellæ cum regeret anno 1656. scripsit in fol:

Vi-

Vida de el Venerable Don Rodrigo Conde, y Tamayo, Canonigo en la Santa Iglesia Cathedral de Zamora, y Arcediano de la Ciudad de Toro. Ejus initium: *Para gloria.* Asservatur in nostro prælaudato Conventu, & publici usus faciam in meis Chronicis. Vidi.

MICHAEL de Passione, Concionator, alumnus Provinciæ Neapolitanæ S. Petri de Alcantara, Italis communem fecit:

Vida de S. Pedro de Alcantara, Hispanè conscriptam. Neapoli apud Parrinum ann. 1705.

MICHAEL de Preces, Valentiæ de el Cid natus, Ordinem Minorum in Provincia Discalceatorum S. Joannis Baptistæ ingressus, zelo animarum ductus, ad Philippinarum S. Gregorii Provinciam gradum fecit: Diffinitor factus, Vicarius Monialium Discalceatarum Manilensium, à Confessionibusque fuit Venerabilis Matris Sororis Hieronymæ ab Assumptione: oculti talenti impatiens, Missionibus Apostolicis deditus in Japonium transiens, Christum (& hunc crucifixum) per quinquennium prædicans, propter innumerabilium Infidelium fervidam conversionem in carcerem horrendum de Girando injectus fuit. Quod genus incommodi tenebrarum, famis, sitis, caloris, frigiditatis, nuditatis, immunditiæ, lepræ per triennium passus fuerit, explicet alius. Cum igitur piis suis admonitionibus, & exemplis carceris custodes, variique Gentiles relictis Idolorum vanitatibus Deum vivum, & verum cognovissent, triennio carceris expleto, ut vivus combureretur ab ergastulo eripitur. Sed impius Imperator non tam de sua morte quam de suorum conversione metuens, non in martyrium, sed in exilium misit, ne defunctus Michael loqueretur melius. Insulas Philippinas, opprobriis saciatus, reversus; ut etiam atramento Christi fidem prædicaret, Japonico aliisque peregrinis Idiomatibus scripsit:

Artem, *necnon Catechismum:* Post hæc ad nos vertens, ut Provinciæ S. Gregorii, ac Canonizationis suæ venerabilis filiæ Matris Hieronymæ ab Assumptione Romæ, ac Matriti negotia perageret, ibidem 26. Octobris ann. 1639. ab ergastulo corporis liber, in Regali S. Ægidii Conventu ad Astra migravit. Debitor sum Defunctorum Libro Matritensis Conventus S. Bernardini, cujus in agro

agro sancto noster Venerabilis Author requiescit in pace.

MICHAEL Sanchez, Discalceatæ Provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis Provincialis Minister, Idiomate proprio Camerinensium scripsit:

Explicacion de la doctrina Christiana, y Arancèl para examinar la conciencia con algunas devociones. Excusit in 8. in Conventu S. P. N. Francisci Manilensi Franciscus à Sanctis, Tertiarius Commensalis ann. 1708. Vidi.

MICHAEL de Yela, divina aspirante gratia, Discalceatæ Provinciæ S. Josephi in timore Domini erudiendus adhærens, orationis, & mortificationis officiis semper deditus, veri Minoritæ specialisque cultoris Deiparæ semper Virginis multiplicia dedit indicia. Meritò fertur, ejus in ortu, ejusque in occasu dæmonibus formidolosum fuisse, quos ab obsessis corporibus absens, & præsens frequentibus triumphis expellebat: aliam præter Theologiæ Moralis litteraturam non cognovit; sed doctum doctrice gratia Eminentissimus Cardinalis Aragon probavit, Apostolicumque Missionarium, ut peccatores ad poenitentiam revocaret, & pios ad virtutem alliceret in suo Archiepiscopatu Teletano. Tanta devotione ferebatur erga Imaginem Dominæ nostræ de el Madroñal non longè ab Oppido Auñonis in Toletano territorio venerandam, ut nec mortem aspexerit, quin à cellula oculos suos levaret in sacram illius ædem. Vidit, & spiravit. Monumentum suæ Marianæ devotionis posteris reliquit in Archivio nostri Conventus S. Sebastiani memorati Oppidi Auñonis repositum, videlicet:

Historia, Origen, y milagros de Nuestra Señora de el Madroñal. Est tomus in 4. Floruit post ejus transitum quasi lilium, immò bonum Christi odorem testatur sui corporis integra incorruptio, in cujus ore lilium radicatum, quos mirificè recreat, ad Dominum mirabilem in Sanctis suis benedicendum provocat. Ex Relatione laudatæ S. Josephi Provinciæ.

COMITEM DE TILLI decorat.

N

Ciria in Indicelitera N.

NARCISSUS Joannes, in Provincia Cataloniæ professus, in S. Josephi Discalceatorum Pro-

vinciam, Deo inspirante, translatus, primò Theologiam docuit, cujus doctrinę testes veritas, modestia, & zelo juncta charitas: adeo in omni virtutum genere profecit, ut omnes sui temporis longè post se reliquerit. A Reverendissimo P. Fr. Christophoro à Capite Fontium totius Ordinis Generali Ministro Commissarius Generalis Indiarum destinatus, nisi præmatura ejus mors intercessisset: relicto brevi Tractatu:

De Oratione. Memoriæ tradidit Fr. Joannes à S. Maria part. 1. Chronicæ laudatæ S. Josephi Provinciæ lib. 2. cap. 20. fol. ,,394 hisce verbis: Compuso un ,, tratadillo breve, y compen- ,, dioso de reglas de espiritu, y ,, oracion, que leìa à sus Disci- ,, pulos, de el qual se han apro- ,, vechado algunos, que le han ,, leìdo. Floruit ann. 1570. magna sanctitatis opinione in Conventu Sancti Bernardini Matritensi. Agunt de ipso Illustrissimus Gonzaga, & alii graves Authores, ab Arturo de Monasterio in Martyrologio Franciscano relati die 13. Septembris §. 4.

PRO PUPILLIS.

P

PANTALEON Baptista, Lusitanus, Provinciæ Brasiliensis alumnus, teste Nicolao Antonio tom. 2. Biblioth. Scriptor. Hispaniæ, edidit:

Ramillete Espiritual; hoc est, fasciculum florum spiritualium. Ulyssipone anno 1655. in 4.

S. PASCHALIS BAILON. Natus est apud Turrim formosam Hispanicè (*Torre-hermosa*) Dioecesis Saguntinæ ann. 1540. sub Paulo III. & eo die, qui Latinè ex Textu Hæbreo *Transitus* dicitur, id est, die Paschatis, quique imposuit nato infanti per baptisma nomen, Paschalem nuncupavit. Pascha ergo, in quo Christus *totum* Orbem per resurrectionem illuminans, transivit ex mortali, & crucifixa vita ad vitam immortalem, & gloriosam, ortum B. Paschalis meruit. Qui dies, & in quantum Paschalis, & in quantum Dominicus, non solum duplex, sed etiam multiplex fuit circa auspicatissima, & egregia viri Dei facinora. Ejus professio in sæculo usque ad annum ætatis suæ 24. quo tempore Reformatorum Discalceatorum in Provincia S. Joannis Baptistæ habitum induit, illamet professo, in qua David exercebatur, & à qua ad Regnum Israelis vocatus. Pastor ovium sæcularis, Pastor virtutum Regularis noster Paschalis. Simplex, & amator Dei, &

& zelo salutis animarum exæstuans (animam mundissimam in mundo servans, nihil habens cum mundo commune, nisi habitationem) erat Paschalis, antequam vitam Seraphicam amplexatus esset. Ejus virtutum omnium cumulus in Religione tantus, simplicitate, paupertate, oratione, charitate, labore, mortificatione, duplici dexteritate ad ardua Ordinis negotia (pro quibus anno 1575. P. Christophorus à Capite Fontium Generalis Minister misit eum in Galliam, ubi multa passus est ab Hæreticis) ut non mirum si prophetiæ spiritu plurimum callluerit, atque scientia divinitus infusa, qua & Theologia apprimè callebat, difficiliores quæstiones explicans, & res dubias clarè resolvens, imbutus fuerit ad miraculum. Strenuus defensor Immaculatæ Deiparæ Conceptionis extitit.

Extitit denique ab ortu ad obitum id, quod in nomine gerebat significatum. Semper enim Pascha fuit, & Paschalis transiens in stadio Evangelicæ, & Apostolicæ perfectionis ab una virtute ad aliam cum incremento, & nunquam cum decremento. Ut Pascha ergo vixit annis 52. viginti quatuor in sæculo, totidem, & quatuor plus in Religione, & ut Paschalis ad ęternum Pascha, in quo Christus transiens, ministrat Beatis divinitatis fercula, transiit ann. 1592. sub Clemente VIII.

Scripsit (Vvadingus loquitur) pro sua fovenda pietate sincerè, & piè absque magno delectu ex Sacra Scriptura, Sanctis Patribus, aliisque Ascęticis Authoribus:

De la veneracion, y dignidad de el Santissimo Sacramento de la Eucharistia.

Principales mysterios de la vida de Christo.

Principales acciones de Nuestra Señora, y muerte de Santa Ana su Madre. Codex ipsius M. S. propter insigne specimen paupertatis, quæ ex modo scribendi, & compaginandi ex laceris chartis, & cooperimento, ex panni segmento relucet: habetur in pretio apud Catalaunios in Archivio Cœnobii Elnensis; magnique fecit Vir Sanctis. D. Joannes de Ribera, Archiepiscopus Valentinus, Patriarcha Antiochenus. Hæc Nicolaus Antonius cum nostro Vvadingo, ex quo noster Reformatus Lequile in Alphabeto Scriptorum, qui pro fide Romana dimicarunt tom. 2. Terlegislatoris Evangelici fol. 291. Veruntamèn quasi nihilum hæc sunt ante ejus opera, suaque pro-

pria manu exarata, quæ in unicum Librum collecta asservantur in Generali Archivio laudatæ S. Joannis Provinciæ. Titulus igitur sui aurei Libri hic est: *Yo Fr. Pasqual, natural de la Villa de Torrehermosa, escribì este Cartapacio para mi recreacion espiritual.* Agit in ipso: sed de quo non agit? Paschalem desideras Expositorem? Lege ejus Librum, & invenies Commentaria Idiomate proprio:

In 25. Exodi.

In primum, secundum, & quintum Matthæi.

In secundum, quintum, sextum, quartumdecimum, & quintumdecimum Lucæ, & 24.

In secundum, tertium, & tertiumdecimum Joannis, & quartum juxta quatuor sensus.

In Psalmum quinquagesimum.

In Psalmum 88.

In Cantica Canticorum soliloquia.

Super Evangelia Dominicalia à Paschate usque ad Pentecosten. Si Theologum Scholasticum desideras: lege ejus Librum, & tractatus invenies:

De SS. Trinitate.

De Essentia Dei.

De generatione æterna Verbi divini.

De Scientia Dei.

De Atributis.

De Incarnatione, ejusque convenientia.

De utroque adventu Christi.

De nominibus Domini nostri Jesu-Christi.

De voluntate Christi, ejusque animæ excellentiis.

De resurrectione Christi, ejusque apparitionibus.

De Angelis.

De visione Beata, & dotis Beatorum.

De pœnis Inferni.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento; quod mortuus velut vivus adoravit, cujus quoque est Cymbalista sacer. Talem demonstrant sin.

Summarium vitæ unitivæ, & valde diffusum.

Tractatus de virtute orationis, ejusque excellentiis.

De necessitate orationis, ejusque utilitate.

De gratiarum actione.

De ornamentis Baptismatis.

De tribus viis.

Descriptio cœlestis Hierusalem. Tractatulus:

De variis revelationibus Sanctissimæ Virginis Mariæ.

Orationes variæ; *ad* Deum, Deiparam, Angelos, & varios Sanctos. Tractatus:

De via illuminativa.

Medit

Meditationes ad singulos hebdomadæ dies. Num Theologum Marianum, & Christiferum concionatem quæris? Scripsit:

De Nativitate Domini, *&* *ejus Epiphania.*

De fuga in Ægyptum.

De ejus inventione in Templo.

De Conceptione Immaculata Purissimæ Virginis. Hujus tractatus meminit R.P. P. Fr. Petrus de Alba in Militia.

De ejus incomparabili Virginitate.

De ejus singulari matrimonio.

De ejus Maternitate.

De ejus Visitatione, ac Expectatione.

De Partu Virginali.

De insidiis diaboli adversus admirabilem Matrem, earumque triumpho.

De ejus Purificatione, ac Præsentatione.

De Marianis prærogativis. Si Theologum Moralem expectas? Scripsit:

Super primum præceptum Decalogi.

De utilitatibus Sacramenti Matrimonii.

De mysteriis septem Antiphonarum, quas de la O appellamus.

Super Hymnum ad Primam, *&* *Completorium.* Si de statu Regulari pertractantem? Scripsit:

Expositionem Regulæ Seraphicæ. Si Dogmaticum? Scripsit:

De pluribus Articulis fidei, in variis Conciliis definitis:

De symbolo fidei juxta mentem Apostolorum.

De origine Festivitatis SS. Trinitatis.

De Indulgentia, *&* *Jubileo.*

Summarium Indulgentiarum à Gregorio XIII. Adriano VIII. aliisque Summis Pontificibus concessarum. Si Astrologicum? Conscripsit:

Kalendarium totius anni, ubi agit de Idibus, & Kalendis ordine Lunæ, ac de Sanctis habentibus Ecclesiasticum Officium. Si Historicum? Diffusè scripsit:

De vita Christi interpretans; quæ de ejus prædicatione, & passione locuti sunt Prophetæ. Si tandem Poeticum? Composuit:

Un Romance de la SS. Trinidad.

Varios versos al Nacimiento de Christo, y à San Estevan. Hæc scripsit Paschalis illiteratus, cui dedit Dominus scientiam Sanctorum: Introivit in potentias Domini; quoniam non cognovit litteraturam. Maria-

tianus in suo Francisco redivivo edidit quædam tanti Authoris fragmenta, quæ non modica animi voluptate olim legi in Mediolanensi R. PP. Observantium Conventu. Qui ergo indiget sapientia, postulet à Deo, & postulet per merita hujus Theodidacti, vestigia sequens Venerabilis laici Benedictini Fr. Josephi à S. Benedicto in suo tomo primùm in lucem edito Matriti anno 1725. ubi part. 1. fol. 190. sequentem orationem publicavit:

ORATIO AD S. PASCHALEM Bailon.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, respexit de excelso solio suæ magnitudinis super cunctas vias filiorum Adam, & te, ò Sanctissime Paschalis Bailon, vidit, & sustulit de gregibus ovium, atque exaltavit super terram habitationem tuam in mentis excessu. Habuisti à Deo scientiam Sanctorum, & replevit te Dominus scientiarum sapientia, necnon & gratiam eam impetrandi præbuit tibi. Ego, Sancte mi, indigeo sapientia, quia egenus, & pauper sum: impetra, quæso, à Deo excelso intellectum, & scientiam, & sapientiam mihi, ut sciam quid beneplacitum sit apud illum: & spiritus ejus bonus dirigat semper gressus meos in semitis ejus, ut non commoveantur unquam vestigia mea, neque comprehendant me tenebræ. Insuper cupio per te habere pro luce, & duce Mariam stellam splendidam, & matutinam, ut ambulem in luce, & cum luce hac cunctis diebus, quibus nunc milito, & possim pervenire ad claritatem cœlestis Hierusalem, & tecum ingredi ad bona Domini in lumine viventium, tecumque psallere Deo Altissimo per cuncta sæcula. Amen.

PAULUS à S. Catharina, Provincialis Minister Discalceatæ S. Antonii Provinciæ in Lusitania, communem fecit

Sermaon das Chagas de Christo. Prodiit anno 1671. ex Conimbricensi Typographia Viduæ Emmanuelis Carvallo. Vidi.

PAULUS de Porto, etiam Lusitanus, strictioris Observantiæ in S. Antonii ejusdemmet Regni Provincia sectator, vernaculè conscripsit:

Institucion, progressos, y privilegios de la Tercera Orden de San Francisco.

De las Ceremenias de la Missa. Morte præventus utrumque ineditum reliquit. Nicolaus Antonius ex Relatione laudatæ

Pro-

Provinciæ ad Romam missa.

PAULUS Ximeno, ex S. Joannis Baptistæ Valentina Provincia, in publicum misit:

Ceremonial de las Missas. Valentiæ anno 1650. in 4.

S. PETRUS de Alcantara, sic à loco dictus natali, à quo in Extremadura Provincia supra Tagum amnem posito Equestris Ordo Alcantarensis nuncupatur, ex nobili stirpe in lucem editus anno 1599. Salmantinæ Academiæ post discipulatum in manibus Angelicis portatus, Seraphicum strictioris disciplinæ institutum sextodecimo ætatis suæ anno in nova Custodia S. Evangelii, sive Extremaduræ, Fratrum Minorum Discalceatorum suscepit; in ipsaque Provincia S. Gabrielis per annos plures cõmoratus Guardianus cum esset Conventus S. Onuphrii de la Lapa Aureum libellum (verba sunt Nicolai Antonii tomo 2.) qui medullas Ascæticæ totius doctrinæ continet, scilicet.

De la Oracion, y Meditacion scripsit. Pariter doctissimus Vir, ac clarus Sacræ Scripturæ Interpres Fr. Joannes de la Haye tom. 2. in Exod. in Indiculo Patrum littera P. sequentibus verbis: *B. Petrus de Alcantara* „ Ordinis nostri Seraphici, & „ Provincialis D. Gabrielis „ Provinciæ in qua, licet in„ dignus, habitu Seraphico in„ dutus, in eadem professionem „ emisi: cum autem ab ea ema„ nasset Provincia S. Didaci, in „ eã translatus, officio Lectoris, „ tàm in Philosophia, quàm in „ Theologia per plures annos „ functus sum: hìc autem S. Pe„ trus librum verè aureum de „ meditatione, & oratione edi„ dit. Prælo (subdit præfatus Nicol. Ant.) mãdatus fuit sępissimè, nec in latinum dumtaxat, sed in omnes ferè Europæ linguas conversus. Hispanas editiones Ulysiponensem an. 1560 & fortè 1562. Salmantinam 1578. Pincianam 1620. apud Hieronymum Murillo in 16. Cæsaraugustanam apud Petrum Gal 1623. notas habemus, quibus adde Burgensem apud Junctas 1579. Latina interpretatio Antonii Dulkenii Carthusiani est, quam edidit Joannes Chrithius Coloniæ 1607. Est opus bipartitum: in prima parte agit de oratione, & meditatione, in secunda de devotione. Ejus meminerunt Didacus Lequile tom. 2. Hierarchiæ Franciscanæ dist. 3. fol. 250. ac Valerius Andreas Taxandrus in Catalogo clarorum Hispaniæ Scriptorum, eoque valiè usi

usi fuere illi duo magni Ludovici à Ponte, & Granatēsis ad cōscribēda ipsorū de oratione opera, ut participes multos facerent amicitiæ Dei; testibus Salazar in Martyrolog. Hispano, die 19. Octobris, & Joanne à S. Bernardo in Chronica S Petri de Alcantara lib. 3. cap. 19. num. 217. Ad Eminentissimos Cardinales loquens doctissima, ac Serenissima Sueciæ Regina Christina istud legens librum, dixit:

„ Siendo el libro menor „ de todos, quantos me han „ dado, es el que mas estimo; „ porque haviēdo leìdo, y estudiado en ellos, ninguno de „ quantos he recibido de el Catholicismo, ha causado los „ efectos, que este, en mi alma, „ illustrando el entendimiento, „ confirmandole en las verdades Catholicas, y inflamando „ el afecto de la voluntad en „ el amor, y temor de Dios. Y „ en mi concepto, es eminente „ obra, y no se puede negar, „ governasse esta pluma el Espiritu Santo; y qualquiera, que „ con atencion le leyere, serà „ de mi dictamē: y assi le estimo „ sobre todo encarecimiento, „ como joya, que no tiene precio; pues en breves clausulas „ incluye verdades solidas, que „ otros no bastan, aun con dilatados tratados à persuadirlas, con esta eficacia.

Sed audiendus est de hoc opere, ejusque ratione agens R.A.P. Fr. Laurentius à D. Paulo, Suecus, Regularis Observantiæ ex Provincia Portugalliæ in suo libro inscripto: *Portentum* „ *pœnitentiæ* lib. 1. cap. 13. Inter quos (inquit) S. Petro „ de Alcantara singulari devotione addictos D. Rodericus „ à Chaves in visendo ipsum frequentior erat, atque orandi „ regulas, quas alias ab ipso „ dictatas audierat, in scriptis „ deposcebat, ut pro multorum „ profectu publici juris facere „ impensis propriis licentiam „ haberet. Idem quoque ab „ aliis devotis, & Religiosis familiaribus petitum diu, sicut „ erat humilimus, sui ipsius æstimator S. Petrus prius excusatus, dein post longas in „ oratione cum Deo consultationes; ingenti omnium bono „ egregiè concessit, nam compositum à se tractatum præfato D. Roderico cum humili excusatione transmittens „ ipsi plenā benevolentiæ Epistolam scripsit, quam (quia Authoris sui sanctitatem redolet) hic integram apponere duximus, non „ futurum ingratum.

MAGNIFICO ADMODUM, & devoto Domino Roderico à Chaves Civitatis Roderici Civi.

Plurimùm magnifice, & devote Domine.

„NUNquam ad ſcribendum „ iſtum brevem tractá- „ tum me induxiſſem, nec illũ „ prælo dari conſenſiſſem, niſi „ tu me multoties oraſſes, ut „ aliquid breviter, compendio- „ sè, & dilucidè, & ad omnium „ utilitatem de oratione ſcri- „ berem: cum enim parvo vo- „ lumine contineatur, maxi- „ mum pauperibus comodum „ afferes, quibus non fuerit ſatis „ ampla facultas libros magno „ pretio emendi. Cumque vi- „ deatur mihi non minoris fu- „ turam meriti in hoc tam piam, „ & ſanctam rem poſtulanti ex- „ hibitam obedientiam, quam „ fructus ipſos (qui ex ea colli- „ gi poſſunt) Deo, cogitationem „ tam ſanctam executioni man- „ dare volui, pro certo habens, „ quantum ad me attinet fieri „ non poſſe, quin tenuis iſte la- „ bor utilis evadat, niſi fortè „ benevolentia mea, in te, & „ in Dominam Franciſcam cō- „ jugem tuam (non minori ti- „ bi vinculo charitatis, & Jeſu- „ Chriſti boni noſtri amore, „ quam Matrimonii nexu con- „ junctam) aliquid mihi de me- „ rito iſto ſubtraxerit. Revera „ enim ſi de omnibus bonis à „ Fratribus noſtris perpetratis „ nos Chriſtiani congaudemus, „ & eorum invicem participes „ ſimus, quamquam in meri- „ tum particulare facientis præ- „ cipuè cedant; dicere ſanè „ potero, me veſtrarum ora- „ tionum & bonorum operum, „ velut cum bonis filiis partem „ habere; ſic enim vos appel- „ lare juvat, quoniam à vobis „ Pater exiſtimor, nec unquam „ defuit meæ doctrinæ inopia, „ & ſublimium cogitationum „ divitias adjuvare. Faxit Deus, „ ut pro cujuſque voto quæ- „ rentibus proſit ad quod tan- „ tum effectum optarem, ut & „ vobis ex ipſo fructus ſpiritua- „ lis veſtri boni deſiderii, mihi „ autem meæ benevolentiæ in „ vos redundet. Totum autem „ in honorem, & gloriam unici „ boni noſtri, à quo omne bo- „ num noſtrum emanat origi- „ naliter.

Fr. Petrus de Alcantara.

Cœpit hic tractatus omnium piorum in Hiſpaniis percurrere manus, præcipuè Religioſorum, qui perfectioni ſtudebant, quo Novitios inſtruerent,

rent, quod adeò nervosè, perspicuè, ac egregiè regulis spiritus æquè mentem illuminet, atque affectus cordis inflamet; unde in varias quoque linguas translatus, in Galliam, Germaniam, Poloniam, aliasque Regiones pertransivit. Pater Ludovicus Granatensis (tunc temporis vitæ spiritualis celebris Magister) hujus tractatus æstimatione mirè illectus, se unicè sancti Viri orationibus commendandi causa, litteras eidem plenas obsequii præscripsit. De eodem Sanctæ Theresiæ testimonium cap. 30. ejus vitæ hoc habetur. Author est (S. Petrus) quorumdā tractatuum de oratione, qui magno nunc loco habentur, quia à probo, experto pleni fructus & perfectionis spiritualis compositi fuerunt.

Cujus sanctæ attestationi quæcumquæ aliæ cedunt propter eminentem ejusdem in hoc studii genere doctrinam, atque experientiam ipsi B. Petro optimè perspectam. Nec tamen superfluum etiam videbitur S. illius Antistitis Francisci de Sales testimonium indicare, quo 1. part. Epist. suarum spitualium lib. 3. Epist. 4. ad quandam mulierem devotam ipse prædictos tractatus commendat, eamque ad eorumdem lectionem seriò cohortatur. Lege Sanctum Franciscum Salesium lib. 2. epist. 1. & Sanctam Theresiam mansione 3. nec oblivioni danda Joannis à S. Bernardo in Chronica laudata lib. 1. cap. 36. verba sequentia.

„ La Santidad de el Señor „ Papa Gregorio XV. haviendo „ leìdo este libro, decia, que „ era luz eficacissima para guiar „ las almas al Paraìso; porque „ su doctrina era de el Cielo, y „ que el Espiritu Santo, que „ gobernaba la pluma del glo- „ rioso Padre, descubria su as- „ sistencia eficaz en cada clau- „ sula; dandole su Santidad el „ renombre de Doctor, y Maes- „ tro iluminado de la Mystica „ Theologia, pintandole con „ el Espiritu Santo en forma de „ Paloma sobre el hombro al „ tiempo, que escribia. Et post „ pauca: Este libro fue exami- „ nado por la Sacra Congrega- „ cion de Ritos en virtud de el „ Breve de el Señor Papa „ Urbano, expedido el mes de „ Enero de 1625. el qual Bre- „ ve confirmó el mismo Ponti- „ fice el año de 1634. en 25. de „ Junio, con la modificacion „ de el año antecedente de „ 1631. en que manda, que „ qualquiera libro de qualquie- „ ra Siervo de Dios, de quien „ se trata la causa de su Cano- „ nizacion, sea examinado, y

„ aprobado antes de determi-
„ narse la causa en justicia: y
„ haviendo sido examinado de
„ doctissimos Varones, fue el
„ primero, que mereciò esta
„ aprobacion de la Sede Apos-
„ tolica, con aplauso general
„ de la Corte Romana.

Tandem laudatus Nicolaus Antonius in Præfatione „ suæ Bibliothecæ: Verè certa-
„ tim ex Hispano in vernaculas
„ ferè omnes piè Europæ lin-
„ guas translatum est, quidquid
„ eximius nuper memoratus As-
„ cætici operis princeps Ludo-
„ vicus Granatensis :::: duoque
„ illa ante alios terrestris Cœli
„ sydera, ut in empyreum nos
„ operibus & scriptis manu du-
„ cerent, Orbi manifestata Pe-
„ trus de Alcantara, Theresia-
„ que à Jesu, non minus sancti-
„ tatis, quam divinæ doctrinæ
„ radiis fulgentissima, litteris
„ mandantes in aurea opera
„ conjecerunt. Hæc Nicolaus Antonius. Scripsit insuper ad S. Theresiam:

Documenta spirituum discernentia, quæ in latinum versa à memorato Sueco ibidem lib. 2. cap. 16. hic subnecto.

I. Finis Dei est animam ad se conducere, Sathanæ verò eam à Deo abstrahere: Deus nunquam timores incutit, qui aliquem à se repellunt, nec Sathanas eos, qui ad Deum compellunt; omnes visiones, aliæque res, quæ animæ contingunt, magis ad Deum conducunt, cum efficiunt magis humilem, obedientem, &c.

II. Doctrina est D. Thomæ, aliorumque Sanctorum, Angelum lucis agnosci ex pace & quiete, quam in anima relinquit. Unde neque ipsa sentiebat tales favores, nisi in summa pace atque lætitia, quæ omnes simul terrenas, vel in puncto superat, atque excedit.

III. Nullum defectum, aut imperfectionem committebat, de quibus non reprehenderetur ab illo, qui interius ei loquebatur.

IV. Nunquam petiit, aut desideravit tales res, sed tantum operam dabat voluntati Dei in omnibus placere.

V. Quidquid ipsi Dominus dicebat, conforme erat sacris Scripturis, & doctrinæ Ecclesiæ, nec ulli rigori, etiam Scholastico contrarium.

VI. Habet maximam animæ puritatem, sinceritatem, & ferventissima desideria placendi Deo, nec propterea quidquam terreni curat, aut in pretio habet.

VII. Dictum ipsi erat, concedendum forè quidquid à Deo peteret, dummodo justum esset: quo-

quorum autem effectum & experientiam obtinuit. Nimis longum foret hic catalogum inserere, aut describere.

VIII. Quando similes res à Deo sunt ordinatæ, sunt, & in utilitatē, vel propriam, vel aliorum: & sic de suo profectu habebat experientiam, nec minùs etiam de aliorum.

IX. Cum nemine communicabat, quem res ejus non commoveret, licet de eis non loqueretur.

X. Quotidie crescebat in profectu virtutis instructa semper de majori perfectione, & hac ratione secundum modum à D. Thoma observatum toto tempore suarum visionum augebatur ei earundem rerum claritas.

XI. Nunquam ad ipsam facetiæ, aut res frivolæ referebantur; sed quæ ad ædificationem tantum pertinebant.

XII. De quibusdam dictum ei erat, quod à malis spiritibus obsidebatur; ipsa tamen cognoscebat, quomodo se haberet anima, quæ Deum læthali peccato offendit.

XIII. Mos est diaboli decipientis monere, ut taceatur quidquid ille suggesserit; sed ipsa semper sua cum viris doctissimis ac timoratis omnia conferebat; & aliàs decipi se posse à maligno valde timebat.

XIV. Adeo anima sua in omnibus his proficiebat, ut ædificatione quoque alias ad imitationem compelleret, dum in Monasterio (ubi degebat) ultra quadraginta Monachæ ejus Recollectionem imitarentur.

XV. Res verò istę insolitæ contingebant ei post diuturnam orationem, & mentis in Deum elevationem; quia ejus amore accensa sanctissimam Communionem suscipiebat.

XVI. Accendebant quoque desiderium perfectionis, & ne à Sathana decipi posset impediunt.

XVII. Efficiebant in ipsa profundissimam humilitatem, & cognitionem sui ipsius; quia nihil se posse intelligebat, nec nisi à divina largitate omnia provenire.

XVIII. Quando his rebus carebat, omnia alia, quæ offerebantur, ei molesta erant; quando vero illas habebat, nulla ei aliarum rerum memoria occurrebat, præter summum desiderium patiendi, quo adeo delectabatur, ut explicare non valeret.

XIX. Solebat quoque lætari de suis revelationibus, atque murmurationibus, & in his se ipsam consolari. Infirmitates patiebatur gravissimas, ut cordis, vomitus, dolorumque va-

riorum, quibus (cum visiones habebat) liberari se sentiebat.

XX. Studebat nihilominus pœnitentiæ exercitiis, jejuniis, disciplinæ, atque mortificationis.

XXI. Res, tam prosperas, quam adversas, æquo semper animo ac pacifica mēte sine interiori turbatione ulla ferebat.

XXII. Propositum adeo firmum habebat non offendendi Deum, ut verbo se obstrinxerit, non negligendi, aut omittendi, quamcumque rem, quam sciverit, aut audierit esse de majori perfectione; ita ut mihi dixerit, licet profectos haberet Patres Societatis, quorum doctrina in via hac spirituali profecisse fatebatur, atque ad illum gradum gratiarum pervenisse: tamen si certius cognosceret majorem perfectionem fore cum illis non communicare, id promptissimè se facturam, nec amplius eos visuram, quibus mentem quietam debebat.

XXIII. Gustus, atque affectiones ejus de Deo explicari non possunt, adeo ut in ejus amore, quasi liquefacta integros dies immobilis permaneret.

XXIV. Cum Deo cum pietate ac efficentia loqui intelligebat, sæpius in extasim rapiebatur, nec id impediri poterat excitando hac ratione plurimos ad devotionem.

XXV. Ægrè fert quoscumquè sibi familiares, qui sibi defectus suos non manifestant, aut non reprehendunt. Correctiones vero summa cum humilitate amplectitur.

XXVI. Valde quoque ei displicet, quod unusquisque secundum gradum sui instituti non studeat summopere ejusdem perfectioni.

XXVII. Supra modum affinium, aliorumvè sæcularium consuetudinem fugit amica solitudinis. Magna vero Sanctos veneratione habet, eorumque festa, & cætera mysteria (quæ Ecclesia repræsentat) devotissimè celebrat, præter altissimos de Deo conceptus, quibus illustratur.

XXVIII. Quando aut Patres Societatis, aut alii quicumque servi Dei dicebant ipsi ante visiones, quod à dœmonio illusa esset, tota contremiscebat, atque timebat; at postquam in oratione, & mentis quiete Deo fruitur, alium, quam eum loqui, persuadere sibi non potest, etiam si in frusta ipsam discerpant.

XXIX. Concessit ei Deus animi constantiam, atque fortitudinem indecibilem; unde prius

prius timida, nunc dæmoniis terrori est: longè abest à quisquiliis mulieribus, nec scrupulosa nimis, sed rectissima.

XXX. Ad hæc dedit ei Deus suavissimum lacrymarum donum, summam proximi compassionem, cognitionem integram suorum, & sui ipsius contemptum. Et dico pro veritate multos ipsam juvisse, inter quos & ego sum.

XXXI. Semper in memoria Deum habebat, & ejus præsentiæ cognitionem; neque unquam ipsa dicere quidquam audita fuit, quod affecto comprobatum non extiterit, id quod pro magno argumento habendum videtur.

XXXII. Omnia ista efficiebant in ipsa magnam intellectus claritatem, in rebus divinis lucem admirabilem.

XXXIII. Dictum ei fuit, ut moneret contradicentes sibi: scrutentur Scripturas, in quibus non invenient aliquam animam Deo consecratam, atque servitutis ejus avidam, quæ unquam tan largo temporis spatio fuerit decepta.

Commissarius Apostolicus factus, consensum præbens novæ fundationi nostri Conventus S. *Mariæ* Magdalenæ in Oppido de la Aldea Diœcesis Zamorensis *Epistolam* scripsit, quæ in Latinum ab eodemmet Laurentio ibidem lib. 2. cap. 24. translata, sic se habet.

EGO FR. PETRUS DE Alcantara, Commissarius Generalis Fratrum Minorum Conventualium Reformatorum per Hispaniam authoritate Apostolica, &c.

QUia illustris Domina *Guiomara* de Ulloa, modò habitans in Civitate Abulæ, mihi dixit, quod in Aldea del Palo Oppido propinquo Zamoræ, Rectores, & aliæ personæ principales ejus loci offerunt quoddam Oratorium à S. Maria Magdalena vocatum, ut sub nostra obedientia ibi Conventus ædificetur; & sic aliqui devoti construere volunt Ecclesiam, domum, atque hortum juxtà formam nostri instituti: Itaque dum ita fuerit, ut prædicta Domina fide dignissima retulit, & prędicti solicitantes in proposito eidem declarato perseveraverint, Ego ex nunc recipio, atque admitto prædictam domum pro Monasterio, & illum incorporo cum cæteris Conventibus nostræ Custodiæ, & exhibeo me missurum Fratres, qui opus incipiant, & quando, Deo favente, domus perfecta fuerit,

pro-

promitto me destinaturum alios, qui eam incolant; hac tamen conditione, quod non excedant formam nostris ædificiis perscriptam; & quod Magistratus, vel hi, qui majorem partem Monasterii ædificaverint, semper maneant Domini ejusdem, ita ut ibi habitantes Fratres inde ejicere posśint, quandocumque intellexerint, quod ex ipsorum vita non resultet gloria Dei, atque proximi ædificatio, sive quavis alia ex causa; quia illud nostrum non existimamus, nisi tantum ut in eo Domino Deo nostro serviamus, tanquam peregrini, & mendici in hoc mundo. Et sic promittimus restituere illis quolibet anno claves ejusdem Conventus, ut de illis faciant quidquid ipsis placuerit, ut propter amorem Dei nos iterum in illo habitare permittant. Et quo præsentes litteræ majorem robur habeant, subscribuntur mea propria manu, & obsignantur sigillo Majori mei officii. In Villa Oropesæ die 9. Januarii anno 1561.

Fr. Petrus, qui supra manu propria.

Celebrato Capitulo in celeberrimo Conventu Purisśimæ Conceptionis de el Pedroso publicavit *Statuta Reformationis* à se elaborata. Vidi originale Matriti in Regali S. Ægidii Conventu. Sed quia pietatem, zeelumque paupertatis redolent, non vulgare Idiomate, quo scripta sunt, sed Latinè pro multorum consolatione adscribere non recuso cum laudato Sueco ibidem lib. 3. cap. 1.

Primo ordinamus, ut in omnibus Conventibus nostræ Provinciæ recitetur Officium divinum voce submissa, æquali, atque devota ubicumque quatuor Fratres convenerint, qui id ritè explere posśint.

Item in omni tempore fiat oratio mentalis per tres horas in communi, & una hora labore corporali Fratres exerceantur. Per totum annum faciant disciplinam in communi more solito, exceptis Dominis ac festis de præcepto.

Item, quia scimus, quod nostræ profesśionis principalis Observantia in sancta paupertatis praxi, qua derelicta, observantiæ quoque Regulæ nostræ deperiit: Ea propter ordinamus, ut omnes Fratres nudis pedibus incedant, vestiti panno grosso, ex quo habitus longitudo non excedat pedis superficiem, nec latitudo decem palmos, manicæ pertingant ad primam manus juncturam, & latitudo inter utrum-

utrumque humerum palmi, & medii cum unica apertura, mantellum longitudinis tantæ sit, ut extrema digitorum obtegat, demisso brachio.

Item ordinamus, ne petantur pro sanis carnes, pisces, vinum, ova, exceptis eleemosynis quotidianis, quibus non petantur res delicatiores; sed illæ recipiantur, quæ sponte offeruntur, exceptis perdicibus: gallinis, & aliis hujus generis cupediarum. Nec conquirantur res quæcumque, ut serventur, præter legumina pro uno, aut altero mense cum consensu Provincialis, Guardiani, & Seniorum Conventus; ne cogatur aliquis carnes, vel lacticinia manducare quocumque tempore, si noluerit.

Item, omnes Fratres super humum dormiant in aliqua tabula, sterea, vel pelle, salvo in locis humidis, ubi stratum erigere possunt altitudinis unius palmi à terra, nec ad hoc faciendum à Superioribus cogantur: & possunt habere stragulum vile quatuor mensibus anni, & aliis duobus, quatuor verò æstivis nullum.

Item ordinamus, ut Fratres ætate provecti benè habeantur, & infirmi optimè curentur secundum posibilitatem, sine magna aliqua distractione, cum charitate, nec quisquam, qui vitam communem non servaverit, ad minus per medium annum habeat vocem pasivam, si verò convalescens ad eandem vitam per medium redierit, eandem vocem recuperabit. Pro vita autem communi intelligimus, non portare quodcumque genus calceamenti, non uti culcitra, lino, aut aliis hujusmodi, quæ ubique sanis prohibentur: & siquis hac voce pasiva utitur (prout dictum est) impeditus, privetur eadem per duos annos, & Prelatus, qui id permiserit, *privetur* ad triennium in Capitulo sequenti.

Item ordinamus, ne pro Sacrario recipiantur vasa aurea, vel argentea, præter duos Calices, & una Custodia SS. Eucharistiæ Sacramento. Nec recipiantur paramenta serica, aut acu picta, sed simplices tantum Casulæ cum cæteris ornamentis ad sacrificium necessariis, nec sint in qualibet Ecclesia plura, quam duo altaria, quorum ornatus pauper sit, & nitidus, ut devotionẽ excitet. Cætera Conventuum suppellex humilis sit, atque exigua, ita ut necesitati sufficiat.

Item non recipiantur pecuniæ pro Misis, sed omnes applicentur pro benefactoribus, sal-

salvo, quod Guardianus unam aut duas applicare poterit pro aliqua particulari persona, cui Provincia singulariter obligata fuerit, nec pro eadem quidquam recipiatur.

Item ordinamus, ut Conventus, qui in posterum recipiantur, sint parvi, & humiles juxta formam à Capitulo præscriptam, nec aliquis recipiatur, qui non habeat Patronum, cui non permittatur, ut eum Papæ renuntiet, sed tanquam Dominus quandocumque voluerit, possit ejicere Fratres, & facere de eo quidquid placuerit. Ideoq; quolibet anno accedant ad eum Fratres cum clavibus, & ei restituant; aut si propter amorem Dei voluerit eos ulterius in eodem habitare, id iterum concedat. Tenenda quoque sunt duo inventaria suppellectilis Conventus, ut exeuntibus Fratribus relinquant illa, quæ à Domino acceperunt, alia vero secum auferre possint.

Item ordinamus, ut justa Regulæ præceptum de Conventuum nostri instituti humilitate Ecclesiæ parvæ sint, nec altitudine octo pedibus angustiores, nec viginti quatuor longitudinem excedant, nec ex quacumque occasione amplientur, nisi propter aliquorum habitatorum commoditatem, qui nullam aliam in propinquo Ecclesiam habuerint. Et in Conventu, ubi habitaverint Fratres, resplendeat paupertas, & vilitas: nullo ligno elaborato construatur, nisi Ecclesia, Chorus, & Sacrarium. Nullum ibi sit Synodium, aut Bibliotheca, sed Libri inter Fratres distribuantur, ut melius conserventur. Totius Conventus de novo extruendi circuitus quinquaginta ad summum pedes contineat: octo pedum, vel novem, latitudinem Sacrarium, Portariam, atque Valetudinariam inferius includat: Cellæ septem pedes ad summum, hybernum tredecim, aut sexdecim non excedat: claustri area informa quadrata septem pedes habeat: divisio cellarum sit ex lateribus, & scala trium pedum latitudinis: ad quam formam omnes Conventus, quantum possibile fuerit, redigendi, aut præcipuè ædificandi. Nullus Conventus ultra octo Cellas habeat, portam Claustri quatuor palmis latam, septem vero altam, reliquas portas duobus pedibus latas, & sex altas. Ecclesia ejusdem sit latitudinis cum Conventu, ut quadratura justa servetur.

Tandem ordinamus, ut Provincialis, Commissarius, Custos, aut Guardianus, qui has

regulas non servaverit, privetur per sex annos, aliisque pœnis subjaceat juxta sententiam omnium Patrum.

Ad Sanctum Franciscum de Borja Epistolam scripsit, Typis mandatam à Fr. Joanne à S. Bernardo præcitato ibidem lib. 2. cap. 31. Incipit: *Pax, & gratia Domini nostri sit nobiscum semper. Amen. Sabe el Señor &c.* In Latinum vertit laudatus Sueco.

Epistolam aliam ad Infantissam Lusitaniæ suam in Christo filiam D. Isabellam. Incipit: *Señora, La paz de Christo.* Communem fecit præfatus Joannes à S. Bernardo ibidem lib. 2. cap. 36. Ad Illustrissimum D. D. Albarum de Mendoza Episcopum Abulensem. Scripsit:

Epistolam, quam vulgarem fecit R. A. P. Fr. Franciscus à S. Maria tom. 1. suæ Chronicæ Generalis Carmelitanæ Reformationis lib. 1. cap. 43. Incipit: El Espiritu de Christo. Scripsit tandem, ut una pro multis aliis loquatur Epistolis, ad Theologiæ Mysticæ Doctricem, ejusque spiritualem filiam S. Teresiam à Jesu.

Epistolam sequentem latinitati deditam, & in lucem, aliis missis Authoribus, à laudato Laurentio à D. Paulo, Sueco, ibidem lib. 3. cap. 18. hoc tenore.

Spiritus Sanctus animam vestram impleat.

„ Vidi illam, quam mihi „ D. Gonzalus de Aranda tradidit, ex qua non exigua admiratione affectus sum, Dominationem vestram tale negotium litteratis commisisse, sed quos non pertinet, nam „ ubi de litibus, aut conscientiæ casibus agitur, laudabile „ quidem erit à Jurisperitis, & „ Theologis consilium capere, „ eorumque sententiam sequi; „ at de vitæ perfectione non nisi illos consulendos esse, qui „ eandem profitentur, ratio „ potissima suadet quod aut „ melius dictamen, aut opinionem de hac habere non posse „ illos, ipsorum operum studium, & exhibitio apertius „ demonstrat: nec in Evangelicis consiliis aliena consultatione opus est, nisi amplectenda sint, aut servari possint deliberare, quod speciem infidelitatis certissimam præfert. „ Consilium enim Dei nullum „ nisi bonum esse potest, nec „ observatu difficile, nisi incredulis, aut parum Deo fidentibus, dum secundum humanæ tantum prudentiæ regulas docentur. Quippe Author „ consilii, remedii etiam largitor erit, tanquam potens in „ om-

„ omnibus , cum homo nul-
„ lus boni consilii author
„ esse ex se queat , quin cu-
„ piat bonum videri , licet ipse
„ natura propria malus sit.
„ Quanto magis is , qui ipsa
„ bonitas est , velit , poteritque
„ consilia sua sequacibus in bo-
„ num , ut proficiant , efficere.
Quid pulchrius ? Sanè qui N. S. Petrum de Alcantara Mysticum Augustinum cogitat , non errabit. Post hæc occurrit mihi R. A. P. Fr. Emmanuel á Sanctis Generalis Diffiuitor Augustinianæ Recollectionis in suo Tomo inscripto: *Primicias Evangelicas* „ fol.395. hæc verba faciens: La
„ oportunidad , y el sitio en
„ que nos hallamos , me haze
„ apoyar esta maxima con el
„ dictamen de otro segundo
„ Agustino : no el Africano, si-
„ no Agustino el Español mi
„ gran S. Pedro de Alcantara,
„ Agustino en el ardor Seraphi-
„ co , Agustino en la pruden-
„ cia , y sabiduria celestial mas
„ infusa , que adquirida , y
„ Agustino para mi , que no
„ soi menos Franciscano , que
„ Agustino. Lamentabase mu-
„ cho el Conde de Oropesa D.
„ Juan Albarez de Toledo del
„ estrago , que corria en su si-
„ glo de costumbres , deplora-
„ das, muertas. O Padre! Quien
„ pudiera remediarlo ? Pues es-
„ so , Señor , es facil , respon-
„ diò mi grande Alcantara. Fa-
„ cil Padre ? Si Señor : Con
„ que V. Exc. y yo nos refor-
„ memos , por lo que toca à
„ nuestra parte , yà està reme-
„ diado todo el mundo. Dixo
„ mucho. Porque al exemplar
„ de Alcantara se reformò la
„ gran Familia de mi Padre San
„ Francisco : Reforma , que ca-
„ da dia nos està llenando de
„ Santos los Altares , y el Cie-
„ lo de muchos mas.

PETRUS de Alcazar , Verbi divini Præco , ac suæ S. Josephi Provinciæ Diffinitor , an. 1685. compilavit in folio Latino Idiomate:

Memoriale Provinciæ S. Joseph. Incipit : *Prudenter quidem* Repositum vidi Matriti in nostri Ordinis Archivio Generali ann. 1725.

PETRUS Almendralejo , Lector Theologus , necnon Diffinitor antiquæ S. Gabrielis Provinciæ in Extremadura , conscripsit utiliter:

Escudo Seraphico de las Indulgencias de la Religion de N.P. S. Francisco , y sus tres Ordenes. Hispali anno 1699. in 4. Vidi.

Sermon en la Congregacion General , que tuvō la Orden en

Toledo. Lege Historiographum præfatæ Provinciæ Antonium de Truxillo part. 2. fol. 552. num. 23.

PETRUS à S. Antonio, Ulyssiponensis, ex Provincia Discalceatorum, quam Sanctæ Mariæ à Rabida Lusitani vocant, decem tractatibus Evangelicam perfectionem docturus, atque explanaturus, vulgari lingua dedit:

El Jardin Espiritual tirado da doctrina dos Santos, & Varones Espirituaes. Ulyssipone in 4. Memoriam fecit Nicolaus Antonius tom. 2. suæ Biblioth. fol. 135.

PETRUS de S. Antonio, Ordinis Minorum Hispanus, in Libro: *Viridarium spirituale extractum ex doctrina Sanctorum &c.* Tract. 2. Cap. 1. de Expositione Salutationis Angelicæ §. 2. fol. 65. *Quod Virgo Maria fuit pura, & libera ab omni macula peccati.* Et ad finem in tabula de observatione festorum, ad diem Octavam Decembris assignat *Conceptionem Virginis Mariæ*. Impressum Ulyssipone 1632. in 4. Hæc R. Fr. Petrus de Alba in Militia folio 1146. Authoris Provinciam ignoro, indistinctumque judico a præcedenti.

PETRUS Antonius de Aguirre, Provinciæ Discalceatorum S. Didaci in Mexicano Regno filius, & Pater, Sacræ Theologiæ Lector, Chronologus, necnon S. Officii Qualificator, nonnullos elaboravit:

Juridicos Tractatus. Librum quoque, quasdam

Conciones de Sanctis amplectentem composuit, edidit que in 4. in Urbe Mexicana. Ex Relatione Chariss. Fr. N. Fr. Francisci à S. Petro de Alcantara Provinciæ S. Gregorii Philippinarum Custodis. Unicum vidi inscriptum,

San Pedro de Alcantara celebrado Iman &c. impressum Mexici à Joanne Josepho Guillena Carrascoso 1697. Conscripsit etiam:

Apologeticum inscriptum: *Precedencia Seraphica &c.* excussum in prædicta Civitate ab Heredibus Viduæ Francisci Rodriguez 1694. in 4. Hujus operis, & Authoris memor fuit recens Chronologus gravissimæ S. Jacobi Provinciæ lib. 2. cap. 4. fol. 46. Unà cum Constitutionibus laudatæ S. Didaci Provinciæ vidi, & legi Romæ nomine Authoris suppresso.

PETRUS ab Assumptione, Theologiæ Sacræ Lector in Provincia S. Pauli Veteris Castellæ

tellæ duas in populo gravi habitas Conciones communes fecit, nempe:

Enigma Sagrado Panegyrico. Matriti apud Franciſcum de el Hierro anno 1723.

Sagrada decima. Ibidem apud eundem, eodemque anno.

PETRUS ab Aſſumptione, laudatæ S. Pauli Provinciæ alumnus, ac Martyr inclytus, in carceris ergaſtulo ſcripſit igne potius, quam atramento:

Epiſtolas varias. Harum unam M. S. ad Apollinarem Francum in lucem miſit N. Martinus à S. Joſepho part. 2. ſuæ Chronicæ lib. 4. cap. 14. Incipit: *Jeſus Maria ſea en nueſtras almas. Hermano, eſtà V. C. mui cuidadoſo.* Alterius etiam ad eundemmet Martyrem Apollinarem meminit N. Fr. Franciſcus à S. Agnete part. 2. Chronicæ Provinciæ S. Gregorii Philippinarum lib. 6. cap. 20. Incipit: *Cariſsimo Hermano: Las nuevas, que le doi por eſta, ſon de grandiſsima alegria. Sabrà, que en el Reino de Vomura eſtoi bien apriſsionado por la predicacion de el Santo Evangelio.* Fuſius in meis Chronicis de N. Petro, qui primus poſt illos ſex Nangaſachianos Athletas coronam martyrii eſt adeptus. Conſule 2. part. hujus Bibliothecæ Choro 1. littera P.

PETRUS de Atienza à S. Catharina, Provinciæ S. Joſephi in Nova Caſtella alumnus, ac Theologiæ Sacræ clarus profeſſor, ſcripſit ad mentem noſtri Mariani, ſubtiliſque Doctoris:

Curſum integrum Artium, de quo infra verbo Thomas à S. Joſepho.

PETRUS de Abila, ſeu Abulenſis, habitu Seraphico in Provincia S. Joſephi induto, ad Fratres Minores Diſcalceatos Philippinarum tranſiit, indeque ad Japonicam converſionem. Pro nomine Jeſu graves contumelias paſſus, ſingulari patientia præditus, ſatellitibus ipſis convivium fecit, ſupplantationem propter charitatem diſsimulans. In vinculis ſuis cum eſſet, ignito eloquio vehementer ſcripſit:

Epiſtolas varias. Ex his ad ejus Commiſſarium V. Fr. N. Fr. Didacum à S. Franciſco conſervata vulgatur in Hiſtoria Martyrum Japonenſium edita Manilæ anno 1625. cap. 17. fol. 45. ſub hiſce verbis: *Miſericordias Domini in æternum cantabo*; porque dizen, que nos han de quemar, por haver

„ ver predicado el Evangelio, „ de que vamos mui contentos. „ El Señor nos abrasse en su „ amor. V. C. nos de su bendicion, y reciba en prendas de „ amor esse Crucifixo, que es „ mui lindo, y encomiendeme „ à el Hijo de V. C. Fr. Pedro de „ Abila. Ignis combustione, ut alter Laurentius in odorem suavitatis Deo oblatus est cum Sociis suis Minoribus quoque Discalceatis Richardo à S. Anna, ac Vincentio à S. Josepho, qui in Civitate Nangasachiensi eodem die 10. Septembris, eodemque anno 1622. lento igne horrendo tormenti genere torti, ac denique combusti fuerunt. Eorum meminerunt Didacus à S. Fr. præjactus Martinus, à S. Josepho part. 2. Chron. nostræ lib. 4. cap. 16. Arturus in Martyrol. Francisc. die 10. Semptemb. §. 3. Augustinianus Sicardo lib. 3. Histor. Japon. cap. 2. fol. 325. & 445. necnon Gaspar à Fonte fol. 43. Histor. nostri Capituli Generalis Toletani an. 1633. Ad eorum Canonizationem extant tres Processus confecti. Consule part. 2. hujus Biblioth. Choro 1. litt. P.

PETRUS Baptista de la Pureza, devotus alumnus Provinciæ S. Petri de Alcantara Neapolitanæ, scripsit:

Sagrado viage, y consideraciones sobre las Estaciones de el Via Crucis. Neapoli anno 1720. Typis Francisci Ricciardi.

S. PETRUS Baptista, ex Episcopatu Abulensi, nostræ Provinciæ Gloria, doctus Lector, ardens Concionator, à Philippo II. Episcopatui Camerinensi destinatus, ac tandem Japonensis Protomartyr, reliquit sui ingenii, & spiritus monumenta sequentia. Scripsit:

Respuesta à una consulta Moral. Regular. Asservatur in S. Andreæ Arenarum Conventu.

Epistolas ad suam illustrem Commartyrem Sanctum Martinum ab Ascensione in publicum missas à Ven. Fr. Marcello de Ribadeneira lib. 5. Histor. Japon. cap. 2. & 3. Prima incipit: *Jesu-Christo sea con su alma. Con la de V. C. Carissimo Hermano.* Incipit alia: *Pax Christi &c. Recibì la de V. C.* Utramque leges tom. 2. Chron. Prov. S. Josephi lib. 3. cap. 13.

Epistolam ad Ven. Marcellum á Ribadeneira, sociosque suos. Complectitur hæc Epistola relationem contumeliarum ad Nangasachium usque. Incipit: *Carissimos, al Hermano Fr. Geronymo.* Conservatur impressa lib. 5. Historiæ Japon. laudatæ cap. 6. & tom. 2. Chronic. Prov.

Prov. S. Josephi libr. 3. cap. 18.

Epistolas tres ad Ven. Hieronymum à Jesu, in eadem V. Ribadeneira Historia fol. 579. & sequentibus Typis datas. Incipit prima: *Hermano Fr. Geronymo, nosotros estamos condenados à muerte de Cruz.* Secunda: *Hermono Fr. Geronymo, yo le ruego, y le mando segunda vez.* Tertia: *Gratia, & pax Christi &c. Aunque siento mucho la soledad, que V. C. padece.* Harum Epistolarum meminerunt Antonius de la Llave in Chronica M. S. Prov. S. Gregorii Philippinarum Trienn. 6. cap. 55.

Epistolam unicam ad Ven. Bartholomæum Ruiz. Incipit: *Jesus sit semper nobiscum.* Communis juris fecerunt V. Ribadeneira in sua memorata Historia fol. 522. & Joannes à S. Maria part. 2. Chronicæ laudatæ fol. 119. Nec oblione digna pars una litterarum, quas idem Sanctus dedit ad Patrem Fr. Augustinum Agentem Nangasachii, latinitati, & Typis commissa à R. A. P. Ludovico Frois Societatis Jesù alumno cap. 3. de morte 26. crucifixorum sequentibus verbis:

Circundati sumus (Martyr „ loquitur) intus, & foris cus„ todibus, sententia mortis in „ Christianos nostros lata est: & „ ideo nomina eorum annotata „ sunt. Primo die, quo custo„ des nobis attributi sunt, con„ fessi sunt de peccatis: sic, ut „ totam noctem Fr. Franciscus „ & ego in audiendis confessio„ nibus consumpserimus: nam „ ex primario quodam Christia„ no cognoveramus, nos om„ nes postero die vita privan„ dos. Ante ortam lucem dixi „ sacrum Missæ, & communio„ nem Fratribus aliisque quin„ quaginta Christianis porrexi: „ arbitratus eam esse extremam; „ deinde omnes nos prępara„ vimus, accepta in manus Cru„ ce, ad ponendam vitam pro „ Christo. Eo die ante pran„ dium, multi Japonii advene„ re, & per totam domum dis„ currêre, & post eos quidam „ Gibonoci Gubernatoris Mea„ censis Substitutus, educens „ secum Leonem, Paulum, Tho„ mam, Venturam, & Ga„ brielem, nostros Prædicato„ res, eosque domi suæ deti„ nuit. Ignoro, quis exitus rei „ sit futurus. Ajunt, quod vel „ trucidabit nos, vel remittet „ ad Philippinas. Sed nos, gratia „ adjuvante, paratiores sumus „ ad vitam deferendam pro „ Christo, quam ad repedan„ dum in Philippinas, & si ego „ tanto bono dignus non sim. „ Fr. Martinus ejusdem est ani-

„ mi

„ mi, & spiritus. Sit Deus benedictus. Agunt de ipso, Bolandus, Bartezius, Ludovicus Bavia, Dominicanus Fernandez, Mathias Keul Recollectus, & Salazar tomo 1. Martyrologii Hispani die 5. Februarii. Consule tomum 1. meæ Chronicæ Provinciæ S. Pauli lib. 5.& partem 2. hujus Bibliothecæ littera P. Cornelium Thielmanum, ac Innocentium Neapolitanum, Petrum Pauperem in sua Charta expensa, de qua infra agemus; Franciscum Aurelianensem in sua Historia impressa anno 1633. Daza 4. part. Chron. Generalis, Legendarium Franciscanum Patris Mazara, & novum Fr. Petri Antonii de Venecia, Concionem denique Doctoris D. Ferdinandi Cano, coram Hispalensi Universitate habitam, in qua opportune illud Psalm. 28. *Et dilectus, quemadmodum filius unicornium*, explanat, S. Petro Baptistæ ejusque gloriosis Commartyribus, accomodans.

N. Martyris memoriam quoque facit Petrus de Alba in sua Militia, dicens: Petrus Baptista, Ordinis Minorum Hispanus, ac Martyr in Regno Japonum, prædicavit mysterium *Immaculatæ Conceptionis Dei Matris Mariæ*. Ita Antonius Daza in tract. de Concept. cap. 6. fol. 44.

PETRUS Barron, Guardianus cum esset Conventus Sancti Onuphrii Setabensis Urbis, jussu Charissl. Fr. N. Fr. Blasii de Aibar Ministri Provincialis Valentinæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ, dedit ad Reverendissimum P. N. Ordinis Generalem Ministrum Fr. *Benignum* de Genova:

Historia de la Provincia de S. Juan Baptista. Laudatur à Luca Vvadingo, Nicolao Antonio, cum quibus Balthasar *de* Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorum.

PETRUS à S. Bonaventura, Provinciæ indivisæ S. *Josephi* filius, cum in Philippinis Insulis Manilensem Conventum nostrum regeret, ibidem Typis mandavit:

Diccionarium illarum Insularum, Testem adduco Chronologum laudatæ S. Gregorii Provinciæ, Indic. ultimo Trien. 14.

PETRUS de Cetina, ex Discalceata Paranymphi Gabrielis Provincia Lector Theologus, ac ejus Diffinitor, elaboravit:

Memorial de los Religiosos, que florecieron en la Santa Provincia de San Gabriel; videlicet ab anno 1599. ad usque 1612.

As-

Asservatur in Generali Ordinis Matritensi Archivio, ac in proprio laudatę Provinciæ, teste suo Chronologo erudito Fr. Antonio Truxillo fol.551.num.15.

Historia de la Provincia de San Gabriel. Ad Reverendissimum Ministrum Generalem Fr. Benignum de Genoba misit pro Minorum Annalibus conficiendis. Utriusque meminit Nicolaus Antonius cum Luca Vvadingo de scriptoribus Ordinis Minorum.

PETRUS Domingo, S. Evangelii Apostolicus Minister in Valentina S. Joannis Baptistæ Provincia, foras dedit.

Oracion funebre de la Ven. Madre, y extatica Virgen Soror Rufina Rosa de Jesus, Beata de la Orden Tercera de N. P. S. Francisco. Orihulæ ann. 1697.

Devocionario para las Missiones, con algunos Novenarios. Edita hæc sunt, sed neutrum cum viderim, fides sit apud Relationem laudatæ Provinciæ ad me missam.

PETRUS Florianus, Discalceatę Provinciæ S. Gabrielis filius, Apostolicis Missionibus in Custodia de Paraguai Fluminis Argentei vacans, utilitati illorum rudium Indorum consulens, eorum idiomate dedit *Doctrinam Christianam*, ut ipsemet testatur ad Chariss. Fr. N. Fr. Joannem Baptista, Moles, cujus in manibus professionem emiserat. Et operis & Epistolæ meminit Fr. Antonius de Truxillo tom.2. Chron. laudatæ S.Gabrielis Prov. lib.8. fol.524.

PETRUS à Jesu, Abulensis, Vir Religiosus, in Conventu S.P.N. Francisci Villa-Castinensi Provinciæ S. Pauli Guardianus, scripsit duos nostro idiomate tractatus:

Como se han de coger flores espirituales de la flor de el Campo Christo bien nuestro.

Como se han de coger en el dilatado Campo de las virtudes sobrenaturales, y morales. Unius, & alterius facta est editio Matriti anno 1621. Utriusque meminit noster extaticus Antonius à Martyribus Histor. M. S. Provinciæ S. Pauli Conv. 1. nu. 66. subdens, Authorem duabus post transitum horis de pœnis Purgatorii liberatum fuisse. Floruit ann. 1631.

PETRUS à Jesu, alter, ex Oppido Aldea de Abila Salmantinæ Diœcesis, Concionator, semel atque iterum Provinciæ S. Pauli Pater, Commissarius quo-

que Discalceatarum Provinciarum S. Gabrielis, S. Josephi, & S. Joannis Visitator, Vir prudens atque eruditus, jussu Reverendissimi Generalis nostri Ministri P. Fr. Ildephonsi de Biezma elaboravit in folio idiomate latino opus Regularibus, maximè Minoribus, utilissimum, cujus titulus:

Elucidatio Judicialis Canonica Regularis in Practicam Canonicam ab A. R. P. Sanctoro de Melfi elaboratam, &c. Agitur in præsentiarum de ejus impressione. Est quoque sui ingenii monumentum

Descriptio Historica latina nostri Salmantini Conventus, vulgò de el Calvario. Ad manus habeo. Incipit: *Arma virumque canant prophani, Martialesque Chronologi; nos autem spiritualibus spiritualia comparantes.*

PETRUS Marcus de Gata, ex Provincia S. Gabrielis, elaboravit

Memorial de la Provincia de S. Gabriel. Continet memoriæ digna ab an. 1592. usq; in annũ 1639. Archivio laudatę Provincię asservari testatur Antonius Truxillo parr. 2. suæ Chronicæ libr. 8. cap. 1. num. 19.

PETRUS à S. Maria, Malacitanus, Minorum Discalceatorum Granatensis Provinciæ S. Petri de Alcantara, teste D. Nicolao Antonio tom. 2. suæ Biblioth. Script. Hispan. fol. 171. non tria, sed unicum edidit opus inscriptum:

Manual de Sacerdotes, y espejo de el Christiano, que trata de la significacion de las Ceremonias de la Missa. Granatæ apud Sebastianum de Mena in 4. Consulatur Vvadingus de Script. Ordin. Minor.

PETRUS Mathias, Provinciæ indivisæ S. Josephi filius, *Vir* Religiosissimus, ac Illustrissimus Episcopus de Zebu in Insulis Philippinis, ad quas zelo animarum ductus transitum fecerat, Antistes cum esset,

Orationem à se habitam Manilæ in solemnissimis Exequiis V. Margaritæ Hispaniarum Reginæ typis mandari permisit unà cum Relatione funebris apparatus Ecclesiæ Manilensis. Testem adduco Fr. Antonium de la Llave Trien. 11. cap ultim.

PETRUS à Matre Dei, in Oppido Villada Diœcesis Legionensis natus, Provincialis Minister Provinciæ S. Pauli in Veteri Castella, Vir prudens, strictioris Observantię amantissimus, & cultui Deiparæ Virginis addic-

dictissimus, ex Sacræ Paginæ, Sanctorumque Ecclesiæ Doctorum Marianis elogiis in lucem edidit Matriti anno 1630.

Litaniam Virginis laudatam à nostro extatico Fr. Antonio à Martyribus in Historia M. S. Provinciæ S.Pauli Conv.1.num. 63. Reliquit nobis scriptos, approbatos, & cum Regio Privilegio libros duos. Primum:

De doctrina Magistrorum, & forma Novitiorum. Incipit: *Dice S. Gregorio Nacianceno.* Secundum:

De oratione, & meditatione. Incipit: *Dicese en el capitulo septimo, que deseò el Sabio.* Morte præventus solum M. S. reliquit. Ex Matthæo à Nativitate in Chronico latino laudatæ Provinciæ fol.35.

PETRUS Moreno, Lector Theologus, Provinciæ Granatensis S.Petri de Alcantara, communis juris fecit:

Sermones de los Domingos, y principales Ferias de la Quaresma. Matriti apud Joannem Fernandez de Buendia, anno 1672. in 4.

Sermones varios tom.1. excudebat Matriti in 4. ann. 1684 Matthæus de Spinosa.

Sermones varios. Prodiit ibidem typis ejusdem, eodemque anno tomus alter.

PETRUS Nieto, Setabiensis, Vir obediens, humilis, spiritualis, fervidus, pœnitentiæ deditus, virtutum veluti compendium factus, Discalceatam S. Joannis Provinciam illustrans, edidit in lucem tractatum valdè devotum:

De oratione mentali. Floruit anno 1589. & spiritu prophetiç clarus, sepulturam nactus est in Conventu S. Onuphrii non longè à Setabi, ejusque corpus annos post sex repertum est integrum. Operis, & Authoris meminerunt Nicolaus Antonius, Vvadingus, Arturus in Martyrologio 26. Julii §. 13. Consule Joannem à S. Maria part. 1. Chronicæ S. Josephi, & Chronologum Provinciæ S. Joannis Antonium Panes part. 1. lib. 1. cap. 63.

PETRUS Orozco, Provinciæ S. Josephi Custos, Provinciç utriusque Austriæ Pater, Terræ Sanctæ Commissarius, ac Temniæ in Germania Illustrissimus Episcopus, in lucem misit:

Instruccion, y obligacion de el Christiano. Ex ejus Prologo infertur aliud opus typis mandasse, sed neutrum vidi.

Meminit N. Illustrissimi Authoris clarissimus Alba fol. 1181. suæ Militiæ, hisce verbis: Petrus Orozco Ordinis Minorum,

rum, & Episcopus Temniæ, accepit votum, seu juramentum factum ab honorato Consilio Regali Mestæ & Cabañæ *de tuenda Immaculata* Virginis Conceptione, ut videre est in lib. de hac re impress. Matriti 1654. in 4. fol. 9.

PETRUS Pauper, Provinciæ S. Pauli filius, aggregatus Discalceatæ S. Gregorii Provinciæ, Procurator cum esset Romæ Canonizationis Nostrorum Protomartyrum Japonensium ibidem anno 1627.

Cartam expansam cum laconica Historia sui martyrii, effigiatis 26. crucifixis, typis commisit sub umbra Illustris. ac Reverendis. D.D. Fr. Antonii de Trejo Carthaginensis Episcopi. Adornatam vidi 12. Hieroglyphicis, symbolisvè ad rem selectis. Expresso adamante sanguine crucifixorum rigato, inscribit Latinè: *Jam mollis.* Et Hispanè subscribit:

El diamante de el Japon
Perdiò su fuerza, y azeros
Cõ sangre de estos Corderos.

Album Olorem concinentem effigiat lemmate: *In fine dulcius*: Et hoc vulgari carmine:

Qual Cisne en la muerte cantan
Voces de paz, y consuelo
Estos Musicos de el Cielo.

Pariter columnis Herculeis trito *non plus ultra* signatis, earumque in medio depicta Aquila alis expansis, cujus pectori extat affixa crux, canit.

No hai plus ultra de el Japon,
Mas el Cielo pudo dàr
Plus ultra, adonde volar.

Inter tumultuãtis maris fluctus, jamjam naufragio quatiendam Navem, exprimit epigraphem, tenens: *Nec submergitur.* Emblematis mentem his verbis explicans:

Vida, y salud sumergida
En profundo mar alcanza,
La q̃ en vos tuvo esperanza.

Virtutem sanativam Nostrorum Protomartyrum significaturus, infirmum in lectulo expressit, & unum ex Martyribus quasi apprehendentem manum ipsius, cum titulo: *Utrique medela*, & carmine:

Al cuerpo, y alma conceden
Salud, y entero consuelo
Estos Medicos de el Cielo.

Pariter obsequium corvorum demonstraturus, duos Crucifixos depinxit, altero corvis circundato, altero omnino illæso, cum lemmate: *Miraculosè distinguit.* Et sequenti carmine:

Distingue, y venera el cuervo,
Y conoce entre los dos
Al que padece por Dios.

Proposuit quoque Christum Dominum Cruce oneratum, quem

quem Crucibus onerati sequebantur Discalceati nostri Epigraphem subdens: *Imitantur.* Et accinens:

En morir, y en padeçer
Bien los seis siguiendo vàn
Su Alferez, y Capitan.

Sanctum Antonium puerum in Crucis amplexu repræsentavit inscriptione hac: *Majorum invidia*, & sequentibus verbis:

Emulos causa un pequeño,
Antonio dà exemplo, y luz
Abrazado con su Cruz.

Similiter Ludoviculum nudum depingit Cruci adhærentem, in suos Parentes conversum, manu in Cœlum elevata; inscriptio: *Perge Patrem percalcatum.* Carmen:

Padres, y riquezas pisa,
Padres, y riquezas cobra;
Que en la Cruz todo le sobra.

Signa magna de Cœlo, aliisque elementis eodem emblemate elementorum, & Cœlorum effigie declarat, hoc lemmate insignita: *Testimonia veritatis.* Accinentem audi:

Cielo, tierra, fuego, y mar
Mostraron bien al Japon
La gloria de esta Passion.

Charitatis S. Petri Baptistæ ecce idea: Animam ejus ad Cœlum, Crucē à longe, evolātē& Sanctū Protomartyrem in Altari sacrum facientem depinxit, addito lemmate: *Nec oblitus*; & carmine:

Este sagrado Pastor
Tanto el ganado estimó,
Que aun muerto le apacentò

Navem tandem inter tempestates, & procellas depinxit, & Crucis signum super aquas, subscribens: *Terra, & mare obediunt.* Et Hispanè.

Para el viento, quieta el mar,
Dando al ayre clara luz
Un pedazo de esta Cruz.

PETRUS de la Piñuela, Evangelicus Minister, ac Commissarius Provincialis Minorum Discalceatorum in Sinarum Regno prædicantium, in lucēm edidit Cantone ann. 1700. typis Joannis Josephi Guillena Carrascoso opus in 4 sub hoc titulo:

Catalogus Religiosorum S. P. N. Francisci, qui Sinarum Imperium ad Jesu Christi Evangelium prędicandum ingressi sunt ab anno 1579. usque ad annum 1700. Hoc in Catalogo fol. 4. num. 25. de se testimonium perhibet hisce verbis: Pater Fr. „ Petrus de Piñuela, ex Mexica„ na Civitate oriundus, eodem „ anno *1676.* Sinas ingressus, „ prædicavit Evangelium in „ Provincia FoKien, ubi qua„ tuor erexit Ecclesias, guber„ navitque. Postea in Provin„ cia Kuan tung, in Provincia „ Kiang-si, ubi quinque magno „ cum animarum fructu fundavit

„ vit Ecclesias. Ac demum Cātonensi Metropoli Commissarii Provincialis fungitur ministerio. In lucem dedit opera sequentia.

Controversiæ de Lege Dei cum Gentilibus.

Exercitium orationis ex Sancto Petro de Alcantara cum additionibus.

Differentia inter temporale, & æternum.

Brevis explicatio Indulgentiarum.

De pietate ac devotione animarum Purgatorii.

Doctrina de Catechismo, confessione, & communione per interrogationes digesta cum aliquibus orationibus, ac virtutum exercitiis.

Virtutes aliquarum herbarum, & lapillorum.

Regula Tertii Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci, nondum typis mandata.

Ars dicendi Sinicum idioma Hispanicè elaborata. Sinarum Missionarii sepulcro Nostri Authoris hunc titulum adjunxerunt.

R. P. FR. PETRI PIÑUELA, Natione Hispani Patria Mexicani Professione Minoritæ: Post diuturnam Vineæ Sinensis culturam in qua opere, verbo, scriptoque plurimum laboravit, anno Domini M. DCC. IV. Tertio Kalendas Augusti ætatis suæ LIV. Missionis autem XXVIII. Chancheufu vita functi hic ossa jacent.

PETRUS de Polares, natione Lusitanus, professione Minorita Discalceatus in ea, quam Pietatis vocant, Provincia, scripsit:

Diccionario Latino Lusitano. In lucem prodiit Ulyssipone anno 1667. in 4. Ex Balthasare de Medina, & Nicolao Antonio.

PETRUS Rosique, Sacræ Theologiæ Lector, Conventum Paduano Doctori sacrum suæ S. Petri de Alcantara Discalceatæ Provinciæ in Regno, & Granatensi Civitate cum regeret,

Sermonem gravem habuit die sexto celeberrimi Octavarii Dominæ nostræ de Loreto ex præ-

præfata Civitate. Ex tali ergo Concione, & aliis Librum efformavit R. A. P. Fr. Petrus de Jesu Provincialis Recollectorum Magni Patris, S. Augustini in Bætica sub titulo: *Templo nuevo de los Agustinos Descalzos de Granada &c.* Impressum Granatæ Typis Francisci Gomez Garrido ann. 1645. in 4. Vidi. Incipit Concio fol. 225. *Assi que aquella.* Ibidem quoque ejusdemmet Petri Rosique anno 1695. excudebatur:

Sermon, en que se dà noticia de la vida admirable, virtudes heroicas, y preciosa muerte de el V. P. Fr. Francisco Molinero, Religioso Descalzo de N. P. S. Francisco. Oratio est funebris, panegyrica, historialis sub themate: *Aquila grandis &c.* Vidi. Edidit quoque:

Oracion panegyrica de S. Justo, y Pastor. Granatæ apud Antonium Torrubia 1688. in 4. Incipit: *En el fausto.*

PETRUS de Sacedon, Lector Theologus, Concionator Regius, Supremi S. Officii Qualificator, ac Provinciæ S. Josephi Provincialis Minister, scripsit, non tamen edidit, tomo integrum:

In Matthæum. Asservabatur olim in Archivio Regalis S. Ægidii Matritensis Conventu. Edidit tamen:

Exortacion Catholica, y Religiosa à un Capitulo de la Santa Provincia de S. Joseph. Matriti apud Dionysium Hidalgo anno 1665. in 4. Vidi.

PETRUS de Sosa (ne oblivioni detur, immemorem enim illius Vvadingum inveni) Franciscanus (Provinciam ignoro) in publicum misit in fol. tomum inscriptum:

De el peligroso estado de el Reino de Chile. Debitor sum Antonio de Leon in Bibliotheca Orientali, & Occidentali impressa Matriti in 4. an. 1629.

CLAUDII CENTINIANI.

R *Ex Textore in Officina.*

RICHARDUS à S. Anna, natione Belga, Conventus Nigellæ, qui est sextus Recollectionis Flandriæ ad Discalceatam S. Josephi Provinciam transiit, indeque ad Minores Discalceatos Philippinarum, tandem in Japonium, martyrio suo divinitus prævisso, trajiciens, inter fœlices, quorum per funera crevit Evangelium, ad sexcenta millia connumeratus, scripsit:

Epistolam ad Hispanos, & Bel-

Belgas die 2. Maji anno 1614. Agit in hac Epistola de nova Japonii Christianitate, de laboribus, ac tribulationibus Virorum cruorem mittentium pro semine sacro, necnon de martyrio Ven. Sebastiani à S. Josepho Provinciæ S. Pauli alumni. Testatur Arturus in Martyrologio Franciscano die 10. Septembris §. 3. & 18. Junii §. 3. hisce verbis: Illius non obscurus meminit B. Richardus à S. Anna in sua Epistola in carcerem injectus. Scripsit quoque:

Epistolas plures, quarum memoriam faciens ocularis testis Ven. Didacus à Sancto Francisco cap. 17. Relationis suæ Martyrum Japonensium, inquit:

„ Quando estos Santos „ Religiosos estaban presos, no „ se contentaban con ocuparse „ tambien, como he dicho, ad„ministrando los Santos Sacra„mentos en la carcel, como, y „ quando podian; sino que des„de ella consolaban, y ense„ñaban por Cartas à sus devo„tos Caseros presos, y à los „ Christianos con gran fervor, „ y espiritu: à mi me embiaron „ muchas Cartas, que dexo de „ poner aqui por la brevedad, „ llenas de grande espiritu, y „ edificacion.

Post longas captivitatis ærumnas vivus in igne conjectus, holocaustum vitæ suæ obtulit Creatori die 12. Septembr. an. 1622. Agitur de ejus, suorumque Sociorum Martyrum Canonizatione. Consule Joannem à S. Maria, & Martinum à S. Josepho in suis Chronicis, necnon Tiburtium Navarro de Fruct. posth. S. Petri de Alcantara cap. 14. Fusiùs Didacus Lequile Reformatus, tom. 1. Franciscanæ Hierarchiæ cap. 9. fol. 124. „ num. 9. ubi dicit: Extat Epis„tola dicti Patris Richardi à S. „ Anna, quam ipso tempore, „ quo ad supplicium cum So„ciis deducendus erat, *scripsit* „ Guardiano Conventus Nivel„lensis Recollectorum, in qua „ conversionem admirabilem „ Japoniorum refert cum mul„titudine Martyrum. Data erat „ Epistola 1. Septembr. an. 1622. „ recepta à P. Theodoro Gi„naux Guardiano Nivellensi „ anno 1625. in Archivio ejus„dem Conventus reposita: erant „ & aliæ duæ Epistolæ priores, „ quarum altera data erat anno „ 1607. Aprilis 17. ad P. M. V. „ Patrem Joannem Engleberti „ suum in Novitiatu instructo„rem. Altera anno 1614. Maji „ 2. ad V. P. Jacobum de Grand „ suum in Conventu Nivellensi „ Guardianum; quæ mores Re„gionum illarum, & sancta do-

„ cu-

„ cumenta continent , meritò „ opportunè prælo commen- „ dandæ.

RODERICUS de Deo, Lusitanus, Discalceatæ Arabidorum Provinciæ alumnus, sanctitatis fama clarus, scripsit Lusitanicè:

Motivos espirituales: *Tratado dos passos*. Ulyssipone in 8. Authores mihi Nicolaus Antonius,& Medina exGeorgio Cardoso in Agiologio Lusitano.Librum vidi ibidem excussum ab Antonio CracobeecK de Mello Typographo Regis 1674. Cardoso consule tom. 1. die 1. Januarii fol. 314.

FAMILIÆ ILLUSTRIS Character.

S. . *Insigne domus de Maqueda.*

SALVATOR à Spiritu Sancto, Provinciæ Arabidorum Discalceatorum in Lusitano Regno alumnus,à ConcionibusSerenissimæ Britannorum Reginæ,

Sermonem Feriæ quartæ Cinerum communem fecit. Excudebat in Conimbricæ Universitatis Typographia Rodericus de Carvallo Coutinho an.1673.

SEBASTIANUS à S. Josepho, Martyr, Methymnensis patria in Veteri Castella, ac sanguine clarus, cum Salmanticæ studiis Theologiæ, Astrologiæ, necnon Mathematicæ vacaret,quotidie ad Dominum clamans: *Bonitatem*, *&* *disciplinam*, *&* *scientiam doce me*; exauditus à Domino, dum medium silentium tenerent omnia, cymbalo bene sonanti nostri Conventus Salmantini ad jugum suave strictioris observantiæ Discalceatorum Provinciæ S. Pauli complectendum vocatus fuit. In ea omnium virtutum copia, charitate præcipuè, humilitate animarum zelo, ac pœnitentia insignitus aliquot per annos vixit. Attamen cum Dei vocationem haud sibi negligendam censeret, è nostro Cymbæ Abulensis Conventu, in quo tunc Guardiani officio fungebatur ad Insulas Philippinas, & Malucarum gentem convulsam, & dilaceratam convolavit. Confessarius fuit Ven. Matris Sororis Leonoræ à Spiritu Sancto, Monialis sanctitatis notæ, in Salmantino Discalceatarum Conventu insignitæ, cujus in Historia prælo data Salmanticæ anno 1696. lib. 3. legitur ejus exemplaris vita. Ad suam ergo Ven. Leonoram duas noster clarissimus Sebastianus ignito plenas eloquio scripsit


Epistolas. Primæ mentionem facit Historia laudata ibidem num. 290. Incipit: *A la Purissima Concepcion se ha dedicado.* Secundam verò, Hispali moram trahens, prophetico spiritu sui gloriosi martyrii scripsit 16. Junii anno 1605. Incipit: *J. M. J. Francisco, el Espiritu Santo sean, Hermana, y Hija en el Señor, en nuestras almas, y su amor las abrasse en aquel divino fuego, fuego, fuego, y mas fuego.* Memor ejus noster Martinus à S. Josepho tomo 2. suæ Chronicæ, immò suę, & nostræ lib. 4. cap. 17. observatione digna in medium adducit sequentia verba:

„Hermana mia en Jesu-„Christo, si se halla con algu„na obligacion, paguèmela „en alabar à este mi Señor, y „suyo, y de todo el mundo; „porque me dizen, que su di„vina Magestad me ha conce„dido, lo que desde niño tantò „he deseado. Al de S. Joseph „afirman, que le aguardan tres „coronas, y à aquel andrajoso „un vestido mui precioso. Què „dichosos andrajos, y precio„sos remiendos, que assi se pa„gan? Hactenus Martyr noster. Sed Epistolam originalem cum viderim, injurius tanto Viro ne sim, adjungo, quæ immediatè subdit, fusius alia meis in Chronicis adscribenda.

„Yà sabe, Hermana (inquit) „que le cupo en suerte à Jo„seph ir en nombre de el Espi„ritu Santò, y ahora se embar„ca en la Nao llamada Espiritu „Santo. Dichosa suerte, y mas „que como à la paloma, para „quitarla la vida, la suelen ar„rancar la cabeza; se la quita„ràn, como al que le cayò „en suerte ir en nombre de el „Hijo, que muriò crucifica„do, &c.

SEBASTIANUS Ortiz à Spiritu Sancto, Sacræ Theologiæ Lector, Ex-Diffinitor, ac Provincialis Minister Discalceatæ Provinciæ S. Didaci in Bætica, præter *poetica quædam elogia*, quorum subjectum V. Fr. Josephus à Matre Dei Sacræ Theologiæ Lector, semelque atque iterum præfatę Provinciæ Minister Provincialis, olim in publicum missa, vulgavit quoque celebrem Marianum Sermonem inscriptum:

Maria imperialmente coronada, &c. Cordubę apud Acisclum Cortès de Ribera an. 1710.



CUNC-

CUNCTIS GENERA-tionibus.

T

THORIBIUS à Motolinia, ex Benevento Dioecesis Legionensis, in S. Jacobi Regularis Observantiæ Provincia professus, sed in Discalceatam S. Gabrielis Provinciam transplantatus, inter duodecim Patres primos, qui in Indiam trajecerunt, quintum obtinens locum, omnium ultimus mortuus est. Vir erat virtutum ornamentis decoratus, paupertatis Evangelicæ amantissimus, divini honoris zelo semper inflammatus, Regulæ observantissimus, ac pietati admodum deditus. Cum Novam Hispaniam cum sociis pervenisset, omnesque nudis pedibus incederent: perspicientes Indi hanc eorum paupertatem, invicem acclamabant: *Motolinie, Motolinie*, quod Mexicano Idiomate paupertatem significat. Interrogans ille, quid ea vox sibi vellet, pauperemque sonare cum intellexisset: hæc (inquit) prima vox est, quam linguæ hujus intellexi, atque hoc mihi nomen erit, ex eaque die Fr. Thoribius Motolinia nuncupatus est, cum de Benevento antea cognominaretur. Eximio spiritu multaque in divinis rebus meditatione pollebat, castitatem summè diligebat. In Doctrina Christiana edenda, & pueris baptizandis, atque populis convertendis, ita strenuè laborabat, ut hujus rei causa etiam Regiones longissimas abierit. Pluviam temporis serenitatem, & alia suis operibus à Deo obtinuit. Scripsit, verbis utar Nicolai Antonii tom. 2. fol. 257. non edidit:

De moribus Indorum Latinè.

Item, si aliud opus est:

Relacion de las cosas, Ritos, Idolatrìas, y Ceremonias de la Nueva España. M. S. Teste Antonio de Leon in Bibliothèca Occidentali titul. 13.

Memoriales historicos. M. S. eodem Antonio de Leon teste. Hic forte liber est, quem designat Gonzaga in 4. part. loquens de Provincia S. Evangelii, de adventu duodecim Patrum, qui primi in eas Regiones devenerunt, ac de eorum rebus gestis: sive ille, quem Aloysius Rebolledo de Scriptoribus Franciscanis agens in Historia sui Ordinis: *De la guerra de los Indios de la Nueva España* tractare ait. Sed Antonius de Leon utriusque horum duorum meminit variis in locis, unde ap-

paret non idem opus fuisse. Quare eum seorsim ponimus Librum, qui sequitur:

Vida de los doze primeros Padres de San Francisco, que passaron à Nueva España. M. S. vide Bibliothecam Occident. titul. 20.

Vida, y muerte de los tres Niños principales de la Ciudad de Hascala, llamados Christoval, Antonio, y Juan, que murieron por la confessiõ de Fè. Hunc, Hispanico Authoris, in Mexicanum vertit Joannes Baptista ejusdem Ordinis Præfectus, sive Guardianus Monasterii de Tlatilulco, ediditque ibidem Typis Didaci Lopez Davalos anno 1601. in 8. D. Laurentius Coquus in Append. M. S. Bibliothecæ Indice, quæ apud me est, hujus Libri meminit:

Camino de el espiritu. Rebolledo laudat:

Doctrina Christiana Idiomate Mexicano, & alios

Tractatus espirituales, qui apud Indos in magno pretio habentur. Hæc Author Biblioth. Hisp. Scribunt de hoc V. Authore, ejusque operibus Jacobus de Castro tom. 1. Chron. Prov. S. Jacobi lib. 3. cap. 6. Antonius de Truxillo tom. 2. Chron. Prov. S. Gabrielis lib. 8. cap. 24. num. 3. aliisque missis apud Arturum de Monasterio videndis in Martyrol. Franc. die 9. Augusti §. 4. Illustrissimus Gonzaga 4. part. Conv. 1. Provinciæ S. Evangelii fol. 1236. cujus verba sunt ista:

„ Discessit in Mexicano S. „ Francisci Conventu, ubi se- „ pultus est die, quæ divino „ Martyri Laurentio, quem præ- „ cipuè colebat, sacra est. Sepe- „ lierunt eum eadem die, facta „ Missa, non Defunctorum, sed „ ipsius Martyris, cujus est In- „ troitus: *Confessio, & pulchri- „ tudo in conspectu ejus.* Quæ „ quidem verba de hoc Apos- „ tolico Viro, magno Christi „ Confessore, per virtutis or- „ namenta pulchro, divini ho- „ noris zelo semper inflamma- „ to, Regulæ Monasticæ ob- „ servantissimo, conversionis- „ que indigenarum, quorum „ quater centum millia Baptis- „ mali aqua lavit, appetentissi- „ mo, vere dici possunt. Continetur quoque N. V. Author in Alphabeto Franciscano Scriptorum, qui pro Fide Romana dimicarunt, apud Lequile tom. 2. Terlegislatoris Evangelici.

THOMAS à S. Josepho, Lector Theologus, Provinciæ S. Josephi, ac Petrus à S. Catharina supra memoratus, ejusdemque Provinciæ alumnus, ac

Sacræ Theologiæ Lector, simul in unum juxta mentem Ven. Subtilisque Doctoris Scoti in lucem emiserunt:

Cursum Artium tripartitum. Tomus primus cōplectitur universam Dialecticam, tàm *Sumulas*, quàm *Logicam magnam.* Matriti apud Lucam Antonium de Bedmar ann. 1692. Tomus secundus complectitur, tàm *libros de Generatione*, quàm *libros de Anima*, necnon & *Metaphysicam.* Matriti ex Typographia Antonii Gonzalez de Reyes ann. 1693. Semel & iterùm prodiit Cursus iste Venetiis etiam tribus tomis. Vidi secundam editionem Pauli Balconii 1697.

THOMAS de Montalbo, Vir sanè eruditione clarus, Lector Theologus, ac Chronologus suæ S. Petri de Alcantara Provinciæ in Granatæ Regno, necnon totius Ordinis Minorum Generalis Diffinitor, scripsit:

Vida de el V. Fr. Francisco Molinero. Granatæ 1694. in 4.

Doctrina de Novicios. Ibidem 1704. in 4.

Ceremonial de la misma Provincia. Ibidem anno 1706.

Practica de Expositos. Ibid. 1701.

Gloßa de los Estatutos de su Provincia. Ibidem anno 1703. in 4.

Chronica de la Provincia de San Pedro de Alcantara de Religiosos Menores Descalzos de la mas estrecha Regular Observancia de N.P.S. Francisco en los Reinos de Granada, y Murcia. Prodiit tom. 1. in folio ex Typographia Antonii de Torrubia ann. 1708.

Exposicion literal de la Regla de los Religiosos Menores, segun Declaraciones Pontificias. Granatæ etiam 1709. in 8. & ibidem 1710.

Vida prodigiosa de la extatica Virgen, y Ven. Madre Sor Beatriz Maria de Jesus, Abadesa, que fue de el Convento de el Angel Custodio de la Ciudad de Granada de Religiosas Franciscas Descalzas de la mas estrecha Observancia de la primera Regla de santa Clara.

Chronica de el mismo Convento, y Memorial de otras Religiosas insignes en virtud. Granatæ apud Franciscum Dominguez ann. 1719. in folio.

THOMAS Quizo, socius in tribulationibus N. V. Fr. Didaci à Sancto Francisco ac martyr illustris, in carcere scripsit sequentem

Epistolam fideliter transcriptam à Chronologo erudito Provinciæ Discalceatorum in Philippinis Insulis Trien. 12. cap. 17.

Mu-

„ Muchos dias ha (inquit) „ que no he visto à V. R. por lo „ qual he tenido mucha pena. „ A cada uno de los Padres de „ San Francisco quisiera escri- „ bir : no lo hago, por no „ cansar, y por parecerme, que „ esta la ternàn por propria, co- „ mo à todos VV. RR. suplico, „ la tengan. Yo he sido tan „ venturoso, por haver servido „ à la Orden, que por la inter- „ cesion de San Francisco es- „ toi condenado à muerte, por „ haver acōpañado al P.Fr. Die- „ go de S. Francisco, y por ser „ Christiano. Sea nuestro Señor „ bendito. Aunque à cada uno „ de VV. RR. no haya servido; „ suplico humilmente, que no „ sea olvidado de rogar à nues- „ tro Señor cada mes una vez, „ que sea servido de alumbrar „ à mi Madre, que es yà vieja, y „ à un hermano, que tengo, que „ por los merecimientos de la „ Missa, que VV. RR. dixeren, „ voi cierto, que el Señor les „ harà merced. Al Padre de „ Meaco, y al de Nangasaquì, à „ los tres, que primero estàn aì, „ suplico esto con mucha humil- „ dad. Otra cosa suplico à V.R. „ por amor de Dios : que si los „ Padres se fueren de Japon, „ procure V.R. que vuelvan otra „ vez à Japon, de modo, que la „ Orden de S. Francisco no de- „ sampare à Japon. Doime por „ venturoso, que hasta en la „ carcel tuve por mi Padre, y „ Confessor Religioso de San „ Francisco. A nuestra S. suplico „ me sea mi intercessora, y me- „ dianera. Por los beneficios re- „ cibidos doi muchas gracias. „ Fecha en 18. de la primera „ Luna, que fue Lunes 8. de Fe- „ brero de 1617. Quizo Tho- „ mas, &c. Consule 2. part. hujus Biblioth. Choro 2.

THOMAS de Velasco, cujus patria Pechuzanus in Mexicano Archiepiscopatu, Lector Theologus Provinciæ S. Didaci Mexicanæ, communis juris fecit:

Breviloquio Moral practico de las proposiciones condenadas por Innocencio XI. y Alexandro VII. Mexici anno 1681. in 8. Ex Chronologo laudatæ Prov. Balthasare de Medina in Centuria Scriptorum Discalceatorum.

EXCLAMATIO S. FELICIS.

Ex ejus vita in Chron. Capuc.

V


VINCENTIUS à S. Joseph, Hispalensis Archiepiscopatus, & professione Minorita laicus in

Discalceatorum S. Didaci Mexicana Provincia. De ipsa cum V. Commissario gloriosissimo Martyre Ludovico Sotello in S. Gregorii Provinciam, demumque Japonium transivit. Hic Vexillifer factus illorum viginti ac trium Martyrum Japonensium, quorum celebre martyrium contigit die 12. Septembris anno 1622. vexillum rubrum Sacratissimo Jesu nomine insignitum tulit. Coronam martyrii, in exultatione metentem, post longas ærumnas crudelis flamma in Cœlum emisit. In carcere constrictus scripsit:

Epistolas varias. Testem adduco V. Fr. Didacum à Sancto Francisco cap. 17. Relationis suæ Martyrum Japonen. fol. 47. Noster autem charis. Fr. Fr. Balthasar de Medina in Chronica laudatæ Sancti Didaci Provinciæ Epistolam unicam hujus gloriosissimi Martyris fol. 83. in lucẽ emissit. Ipsam cõscripsit in vinculis Vomurensibus. Ejus initiũ: *Jesus, por cuyo santo nombre es dulce el padecer, &c.* Agitur de ejus Canonizatione. Lege Medina præfatum, & Arturum de Monasterio in Martyrologio Franciscano die 10. Septembris, & Augustinianum Josephum Sicardo lib. 3. Historiæ Japonens. fol. 325. & fol. 445.

Consule Appendicem in fine hujus Bibliothecæ.





BIBLIOTHECÆ MINORUM DISCALCEATORUM SANGUINE SCRIPTORUM PARS ALTERA.

QUID ERGO AD REM NOSTRAM subinde? Planè Martyres esse in hac Ecclesiæ Bibliotheca grandiora post Christum volumina; Libros utique sub eodem Crucis prælo, clavorum, lancearum, verberum, ac multiplicis carnificinæ in ipsos expromptæ Typis excussos. *R. A. P. Ildefonsus de Flores Societatis Jesu tom. perillustri de inclyto agone Martyr cap. 9. Præludii fol. 36. num. 113.*

AD ERUDIENDUM DEI POPULUM nullorum est utilior forma, quam Martyrum eloquentia; & validiora sunt exempla, quam verba; & plenius est opere docere, quam voce. D. Leo, apud Joannem Freiri in 3. Judic. v. 28.

O PASSIONES MARTYRUM, PRÆCLARA morum Christi *Commentatio*, passionum ejus velut iteratio, & gloriosa vitæ ejusdem manifestatio! *Monteladiensis in* 3. Esther. v. 3. §. 96. *num.* 6.

Accipite hoc quodcũque potest mea scribere pensũ,
Martyres excelsi, Sancta cohorsque, manus.
Mens mea, corque meum grates sine limite vobis
Offert, quod vestris pergimus auspiciis.
O utinam reliqua à nobis meditata perennem
Finem opera acciperent, ut placeantque *Deo.*

Cyprianus *in M. S. SS. Cordubensium.*

REDDERE DEBEMUS ILLIS HONOrificentiam, qui nobis salutem, id est doctrinam salutis effusione sui sanguinis pepererunt. *D. August. serm. de Sanctis.*

NUMERENT MARTYRIA, QUI possunt numerare supplicia. S. *Zeno serm. de S. Arcadio.*


DIS-

DISCALCEATORUM NOSTRORUM MARTYRUM CHORUS PRIMUS.

ILLUD STRICTISSIMÆ VITÆ GEnus in varias Hiſpaniæ Provincias ad Indias,& Japonium uſque fœliciter dilatatum eſt; ubi ex ipſa Reformatione multi Martyrio coronati ſunt. *Clemens X. in Bulla Canonizationis S. Petri de Alcantara, quæ incipit* : Romanorum geſta: §. 10.

Cũ ſuper A,ſumes primũ Dardane gramma,
Auxiliũ à ſuperis tibi nunc numina clama.

Conſule Hierony. Coelho 2. part. cap. 39. n. 23.



LEXANDER Joannes. Ex Apulia oriundus, frater laicus, Provinciæ S. Gabrielis Diſcalceatorum in Hiſpania, diu manſit in Conventu Sanctæ Mariæ de Jeſu Salvæterræ ejuſdem Provinciæ, quo in loco mira vitæ auſteritate abſtinentia, cilicio, oratione, ſpirituſque fervore enituit: Qui cum martyrii deſiderio flagraret in Lybiam profectus eſt; ubi à Mauris ob Evangelii prædicationem crudeliter fuſtibus nudo corpore cæditur, & pænè mortuus relinquitur: ſed paulo poſt, Chriſti fidem iterùm publicè prædicans, lapidibus appetitus, fugatus eſt. Inde Memphim perveniens, ibidem impiorum manu, virgis toto cor-

pore verberatur, injuriis, & oprobriis fameque maceratus inde dimittitur. Ad ultimum iterum captus, in ignem conjecitur, á quo nil passus, tandem gladiis confossus, & lapidibus obrutus, perimitur circa ann. 1552. Hæc quidem breviter, & succinctè referuntur: eo quod non omnes conveniant in modo, quo hic insignis athleta Christi martyrii gloriã adeptus sit.

Quidam enim volunt bis in Africam trajecisse, & toties multa à Barbaris esse perpessum tormenta: primo una cum B. Antonio Argentario: secundo cum B. Joanne Zuazo: tunc enim Hierosolymam profecti, deinde Alexàndriam, Memphim, seu Cairum adierunt. Illicque post crudelia, variaque supplicia, inedia consumpti, mortui reperti sunt in carcere, si Marco Ulyssiponensi, fides adhibenda sit. At cæteri fatentur quidem præfatum B. Joannem mortuum esse inventum; sed B. Alexandrum superstitem adhuc fuisse, cùm opera, & interventu cujusdam Legati Regis Franciæ, per ea loca tunc forte transeuntis, liberi dimitterentur: liber igitur factus B. Alexander in aliam Civitatem iter est aggressus; ubi ob Christi prædicationem in carcerem detruditur absque cibo, & potu; sed, cum nihilominus ex alta turri magis ac magis concionaretur, sectam Mahumeticam condemnans, inde extrahitur ignis supplicio perimendus. Verum semel, & iterum in ignem conjectus, nec in aliquo læsus, in rogum tertio projicitur, atque lapidibus obruitur. Addit Gonzaga hunc Martyrem apud Memphim gladiis Ægyptiorum interiisse. Marcus Ulyssiponensis, Daza, Moles, Gonzaga, Barezzus, Rapinæus, Algezira, Boverius apud Arturum de Monasterio in Martyrologio Franciscano die 28. August. §. 1. & 2. quibus adde Vvadingum in Catologo Martyrum, Petrum Antonium de Venecia in Legendario Franciscano, Peregrinum de Furno in Catalogo, Chronologos Syriæ, ac Terræ Sanctæ, necnon Antonium de Huerta lib. 3. Historiæ S. Petri de Alcantara cap. 15.

In Martyris laudem, quidam N. Provinciȩ alumnus accinebat:

Vicit Alexandrum, totum, qui subdidit Orbem
Noster Alexander flammis nunc sydera calcans.

Gau-

Gaudeat hic merito justo cognomine Magni,
Et Minor existens, terram faciensque silere.

ALPHONSUS à S. Josepho, nostræ S. Pauli Provinciæ filius (de quo latè in meis Chronicis) socius V. P. Fr. Joannis de Ribera, Augustiniani, cum in Sinense Regnum navigaret, semel atque iterum remo percussus, atque in fluvium Sian projectus, purpuratis testibus Catholicæ fidei aggregari meruit die 3. Julii anno 1679. Ipsius suppresso nomine memoriam fecit R. A. P. Fr. Josephus Sicardo, Augustinianus, lib. 1. Histor. Japon. cap. 27. Expressè autem, sua acta recensent N. Fr. Joannes à Jesu in Catalogis N. Martyrum, ac N. Fr. Antonius à Martyribus, in calce Hist. M. S. Prov. S. Pauli.

Ad fontem Ramus, mensuram nominis implens,
Percussus remo, frugifer ecce fui.

ALPHONSUS Ruiz Navarro, Bæticus, Utiensis, è Granatensi S. P. N. Francisci Conventu, ubi solemnem emiserat professionem, ad nostram S. Gregorii Philippinarum Provinciam, indeque ad Japonense Regnum duris superatis laboribus transiens, cooperatoribus Deo in salutem animarum meruit associari. Traductis vero in Apostolico ministerio triginta annis, cum virtutibus, & exemplis inter Gentiles corusearet, capitis obtruncatione triumphavit anno 1633. Sed ut opera ejus sequerentur illum, caput abscissum, quatuor, & viginti horis continuis Regnum Dei evangelizans, copiosos Cœlo percepit fructus. R. P. Franciscus Vilche in Kalend. die 13. Februar. Sicardo in Histor. Japon. lib. 3. cap. 21.

ALPHONSUS à Solitudine, ex Oppido Olmedo, in Veteri Castella oriundus, professione Minorita Laicus, Provinciam primum Sancti Josephi suis virtutibus, & exemplis illustravit. Divisa autem laudata Provincia, in nostra Sancti Pauli moram traxit, usque dum ad Insulas Philippinas missus, in Camarinensium Provincia Hospi-

tale fundavit, infirmorumque, magna cum pietate curam egit. Tandem à Mauris Mindanais captus, in odium fidei, manibus abscissis suffocatus fuit die 28. Novembr. anni 1616. Agunt de ipso N. Fr. Franciscus à S. Agnete part. 2. Chronicæ Provinciæ S. Gregorii lib. 2. cap. 6. Antonius de Huerta lib. 3. Historiæ S. Petri de Alcantara cap. 15. Joannes à Jesu in utroque Catalogo N. Martyrum num. 11. & ego in meis Chronicis. Matth. 18. *Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus habentem mitti in ignem æternum.*

ANDREAS de el Pilar, Cordubensis, Provinciæ Angelorum filius, è qua ad S. Gabrielis Provinciam gradum fecit, professione laicus, unus fuit ex illis novi mundi Apostolis. Quamplurima Idola comminuit, centum mille suis manibus baptizavit, ac demum ab Indis Cascanensibus in odium fidei occisus fuit. De ipso agitur tom. 2. Monarchiæ Indiarum, tom. 2. Chron. Prov. S. Gabrielis lib. 2. cap. 17. & 4. part. Chron. Generalis à R. P. Daza Typis commissa. Congruenter Andreas *fortissimus*, interpretatur.

ANTONIUS à Sancta Anna, laicus, socius fidelissimus V. Martyris Fr. Sebastiani à S. Josepho, suæ quoque Provinciæ S. Pauli in Veteri Castella filius, Vir Crucis avidissimus in Insulas Molucas etiam transivit, & post multos labores ab eodem Siccario, & carnifice captus, & in Insulam Tagolandæ deductus, mulierum furori mactandus exponitur, à quibus dentibus, unguibus ferreis, cultrisque dilanjatus, longi, & crudelis martyrii pœnas sustinuit die 24. Junii ann. 1610. Morienti caput abscissum est: corpus vero in aquas depressum mergi non potuit. Memoriam ipsius faciunt Didacus de Lequile tom. 1. Hierarch. Seraphicæ, Vvadingus supra datus, Peregrinus in Catalogo, Arturus in Martyrologio die 24. Junii, Tiburtius, Navarro de Fruct. posthumis S. Petri de Alcantara cap. 18. Joannes à S. Maria tom. 2. Chronicæ, Martinus à S. Josepho, & Antonius de la Llave Chronicæ Provinciarum S. Pauli, & S. Gregorii, ac plures alii. Pro ejus Canonizatione extant Processus confecti. De ejus vita, & martyrio late in meis Chronicis, tom. 2. De eo, Fortunatus:

Duplex lucta fuit; propriis redimenda coronis,
Laurea Martyrii, Virginitatis amor.

ANTONIUS Badajoz, laicus quem strictiori Observantię Provincia S. Gabrielis pepererat, socius in prædicatione, & Interpres V. Commartyris Fr. Michaelis de Auñon Provinciæ Castellæ Regularis Observantiæ alumni, tormenta pro Christi nomine subire non dubitans; cum Assopi in Indica Gualensi Provincia genu orationi vacaret, fustibus, & securi lapideo percussus, ad lucrum migravit æternum anno 1597. in Festo Nativitatis Virginis Deiparæ. Deo autem vindice, interfectores Indi variis modis miserè perierunt. Antonius de Huerta lib. 3. Histor. S. Petri de Alcantara cap. 15. Joannes á Trinitate lib. 3. Chronicæ laudatę S. Gabrielis Provinciæ cap. 26. Daza 4. part. lib. 2. cap. 53. Consule Arturum die 8. Septembris.

ANTONIUS de Bava, Lusitanus, Discalceatæ Provinciæ Pietatis alumnus, & Sacerdos, Petro II. Lusitaniæ Regi obtemperans, Indiam ejusdem Regni perlustravit, Christum, & hunc Crucifixum, prædicans. Quo in opere multa gravia passus, gloriosissimum finem sustinens, illustris martyrii cursum confecit. Ex Relatione Charissimi Fr. N. Fr. Francisci de Castelho à Vite actualis Provincialis Ministri laudatę Provinciæ, hoc anno 1727. ad me missa.

ANTONIUS à S. Bonaventura (pro cujus Canonizatione tres extant Processus confecti, Romæ Typis dati in folio annis 1675. 1685. ac 1690.) è nostra S. Pauli Provincia in Veteri Castella, ubi solemnem professionem emisit, ad Philippinas Insulas virtutibus præditus, indeque ad Japonense Regnum charitate fervidus transiit. Demum propter verbum Dei in horrendo Vomuræ carcere, post varias ærumnas pro nomine Jesu toleratas, die 8. Septembris ann. 1628. Nangasachi per ignem martyrium consummavit. Ejus Acta recensent Processus laudati Martyrio 20. Martinus à S. Josepho tom. 2. Chron. lib. 4. cap. 15. Antonius de Huerta lib. 3. cap. 15. ac Chronologus secundus Provinciæ S. Gregorii 2. part. lib. 7. cap. 24. Deco Fortunatus:

Nec

Nec palus, aut acies, nec flamma accensa movebit,
Reddidit immotum, quem bene fida fides.

ANTONIUS à S. Francisco, natione Japo, professione Minorita Discalceatus, laicus, die 17. Augusti ann. 1677. pro fide Christi combustus fuit. Hæc Tiburtius Navarro de Fructibus posthumis S. Petri de Alcantara cap. 16. & in Processu ultimo pro ejus Canonizatione facto ann. 1690. Martyrio 20. Agit quoque de eo Antonius de Huerta lib. 3. Hist. S. Petri de Alcantara, cap. 15. Filius fuit Provinciæ S. Gregorii Philippinarum. In sua Histor. Dominicana tom. 1. lib. 2. cap. 31. memor es ejus Illustrissimus Aduarte.

ANONYMUS, ex nostris Discalceatis Provinciæ S. Gregorii, zelo Apostolico commotus, ad Japonii Regna cum V. Martyre Hyacintho de Esquivel Dominicano transiens, à Sinensibus Gentilibus naribus, & auribus abscisis, in odium fidei interfectus fuit anno 1634. Ex Augustiniano Sicardo lib. 3. Hist. Japon. cap. 22.

ANONYMI duo, strictioris Observantiæ in Provincia S. Gabrielis alumni, zelo animarum ducti ad Provinciam Tucumanam, Fluminisque Argentei in Occidentalibus Indiis accedentes, partesque Apostolici Concionatoris explentes, Christi Evangelium seminantes, in odium fidei occisii sunt cum aliis tribus Apostolicis *Francis*canis anno 1697. Hæc Charissimus Fr. N. Fr. Antonius de Truxillo lib. 8. Chronicæ Provinciæ S. Gabrielis fol. 524. Circunstantiæ martyrii, Martyrumque nomina *desi*derantur.

APOLLINARIS, Commissarius Generalis Arimæ in Japonio, propter fidem Christi, post diutinam captivitatem, capitis obtruncatione martyrii palmam promeruit, & corpus in altum mare projectum est anno 1617. die 31. Maji. Vvadingus in Catalogo Martyrum, Rapineus, & Marianus apud Arturum, in Martyrologio die 31. Maji §. 1. Verum Apollinem dixerim, quem Gentiles Solis filium, & *Sandaliatum* à sandaliis cognominabant, teste Rosino lib. 2. cap. 7.

APOLLINARIUS Francus, è Provincia S. Jacobi ad Philippi-

pinas transiens, Sacræ Discalceatorum Familiæ meruit aggregari (verba sunt Tiburtii Navarro de Fruct. posth. S. Pe-
„ tri de Alcantara cap. 17.) &
„ inde ad Japonii missionem
„ destinari. Cum autem Nanga-
„ sachi Fratrum Commissarius
„ esset, audito, quod per mar-
„ tyrium Sanctorum Patrum
„ Petri ab Assumptione Mino-
„ ritæ Discalceati, Joannis Bap-
„ tistæ Societatis Jesu, Ferdi-
„ nandi à S. Josepho Augusti-
„ niani, & Ildephonsi à Na-
„ varrete Dominicani, Ecclesia
„ Regni Vomuræ destituta es-
„ set, habitu Seraphico vesti-
„ tus, & Religioso more ton-
„ sus, in præcipuam Regni
„ Vomuræ Civitatem intravit,
„ ut ipsimet Proregi Christum
„ annuntiaret; sed cum coe-
„ cutientes Gubernatoris ocu-
„ li tantum lumen pati non
„ possent, die 7. Julii anno
„ 1617. detentus ac crudeliter
„ incarceratus, ac demum die
„ 9. Septembris anno 1622.
„ ignis combustione, in odo-
„ rem suavitatis Deo obla-
„ tus est. Suum agonem concinunt Vvadingus in Catalogo de Martyribus, & Arturus 12. Septembris.

ANTONIUS à S. Maria (cujus memoriam egimus part. 1. hujus Bibliothecæ fol. 28.) ex Oppido Valtanàs Palentinæ Diœcesis in Veteri Castella, nostræ Provinciæ S. Pauli Discalceatorũ gloriosissimus alumnus & filius, nõ minus sacra litteratura, quã Apostolico zelo conspicuus, ad Discalceatos Minores Philippinarum transiens, sanctis in laboribus exercitus ad Sinas ingressus anno 1633. Seraphicæ Missionis Fundator fuit, in Provinciis FoKien, & Nanquien Evangelium prædicavit, donec excitata persecutione & inde per vim raptus; in Philippinas remeans, ut exinde ad Curiam transiret, ab Olandis in itinere comprehensus, carceres, catenas, & probra diù sustinuit. Postea vero, Deo mirabilitèr operante, redemptus, liberque dimissus, Præfecti in Sinis Apostolici titulo (haud ab Innocencio X. ut laudatus Piñuela, & alii conscripsere) ab Urbano VIII. adornatur, ut liquidò constat ex Decreto, & Facultatibus sequentibus.

Decretum Sacræ Congregationis de Propaganda.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Urbanus divina providentia Papa Octavus omnium hominum saluti pro suo Apos-

tolico munere providere cupiens: Te F. Antonium de Sancta Maria Ordinis strictioris Observantiæ S. Francisci, seu Discalceati, Præfectum constituit, & deputavit in Chinam, seu Sinam, cum duodecim sociis ejusdem Ordinis ab eorum Superioribus approbandis mittere decrevit, & mittit, ut cum facultatibus tibi per alias litteras concedendis Evangelium Domini Nostri Jesu-Christi annunties, & gentes illas doceas servare quæcumque Sancta Mater Ecclesia Catholica Apostolica Romana pręcepit, & præsertim ut Judicium universale futurum eisdem contesteris. Tu itaque rei magnitudinem, & Apostolici muneris tibi commissi gravitatem seriò perpendes. In primis cave nè ad Hæreticorum, Schismaticorum, & Infidelium conciones, aut ritus quoslibet quovis prætextu vel causa accedas: Deinde omnem adhibe curam, ut ministerium tuum dignè & fidelitèr, etiam cum sanguinis effusione, ac morte ipsa, si opus fuerit impleas, ut immarcescibilem coronam à Patre luminum recipere merearis. Dat. Romæ ex Sacra Congregatione de Propaganda Fide die 10. Aprilis 1643. Pontificatus ejusdem Sanctissimi in Christo Patris anno vigesimo.

Fr. Ant. Card. Honuf.

Franciscus Ingolus, Secret.

FACULTATES CONCESSÆ à SS. D.N. Urbano, divina providentia Papa VIII. Fr. Antonio à Sancta Maria, Hispano, Ordinis S. Francisci Discalceatorum, Præfecto Missionis ejusdem Ordinis ad Chinam.

I. Dispensandi in quibuscumque Irregularitatibus, exceptis illis, quæ ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt, & in his duobus casibus etiam si præcisa necessitas operariorum ibi *fuerit*, *si tamen* quoad homicidium voluntarium ex hujusmodi dispensatione scandalum non oriatur.

II. Dispensandi, & commutandi vota simplicia, etiam castitatis, ex rationabili causa, in alia pia opera: non tamen Religionis.

III. Absolvendi, & dispensandi in quacumque simonia, & reali dimissis beneficiis, & super fructibus malè perceptis, injuncta aliqua eleemosyna, vel pœnitentia salutari arbitrio dispensantis, vel etiam retentis beneficiis, si fuerint Parochialia, & non sint, qui Parochis præfici possint.

IV. Dispensandi in tertio &

& quarto consanguinitatis, & affinitatis simplici & mixto, & in secundo, tertio, & quarto mixtis, non tamen in secundo solo quoad futura matrimonia, quò ad præterita, verò etiam in secundo solo cum iis, qui ab hæresi, vel infidelitate convertuntur ad fidem Catholicam, & in predictis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

V. Dispensandi super impedimento publicæ honestatis justitiæ ex sponsalibus proveniente.

VI. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, ac restituendi jus petendi debitum amissum.

VII. Dispensandi in impedimentis cognationis spiritualis, præterquàm inter levantem, & levatum.

VIII. Hæ verò dispensationes matrimoniales, videlicet quarta, quinta, sexta & septima, non concedantur nisi cum clausula, dummodo mulier rapta non fuerit; & si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat, neque in utroque foro, ubi erunt Episcopi, sed in foro conscientiæ tantum, & in illis expediendis tenor hujusmodi facultatum in dispensationibus inseratur cum expresione temporis, ad quod fuerint concessæ.

IX. Dispensandi cum Gentilibus, & Infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem, & Baptismum, quam maluerint ex illis, si etiam fidelis fiat, retinere posint, nisi prima voluerit converti.

X. Absolvendi ab hæresi, & apostasia à fide, & à schismate quocumque etiam Ecclesiasticos, tàm Sæculares, quàm Regulares non tamen eos, qui ex locis fuerint, ubi Sanctum Officium exercetur, nisi in locis Misionum, in quibus impunè grassantur hæreses, deliquerint; nec illos, qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint ubi impunè grassantur hæreses, & post judicialem abjurationem illuc reversi, in hæresim fuerint relapsi, & hos in foro conscientiæ tantum.

XI. Absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis.

XII. Benedicendi paramenta, & alia utensilia pro sacrificio Missę.

XIII. Reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta, & in casu necesitatis etiam aqua non benedicta ab Episcopo, hujusmodique facultatem communicandi simplicibus Sacerdotibus.

XIV. Consecrandi Calices, Pa-

Patenas, & Altaria Portatilia cum oleis ab Episcopi benedictis; ubi non erunt Episcopi, vel distent per duas dietas, vel Sedes vacet.

XV. Dispensandi quando expedire videbitur super usu carnium, ovorum, & lacticiniorum tempore jejuniorum, & præsertim Quadragesimæ.

XVI. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen ut in prima Missa non sumpserit ablutionem; per unam horam ante auroram, & aliam post meridiem in Altari Portatili, sine Ministro, sub dio, & sub terra, in loco tamen decenti, etiam si Altare sit fractum, vel sine reliquiis Sanctorum, & præsentibus Hæreticis, Schismaticis, Infidelibus, & Excommunicatis, dummodò Minister non sit Hæreticus, aut excommunicatus, ac alitèr celebrari non possit.

XVII. Concedendi Indulgentiam plenariam primò conversis ab hæresi, atque etiam Fidelibus quibuscumque in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non potuerint.

XVIII. Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione quadraginta horarum ter in anno indicenda diebus benè visis, contritis, & confessis, ac sacra communione refectis; si tamen ex concursu populi, & expositione SS. Sacramenti nulla probabilis suspicio sit sacrilegii ab Hæreticis, seu Infidelibus, vel Magistratibus offensum iri.

XIX. Lucrandi sibi easdem Indulgentias.

XX. Singulis secundis feriis non impeditis festis novem lectionum, vel eis impeditis, die immediatè sequenti celebrando Missam de Requiem in quocumque Altari, etiam portatili. liberandi animam secũdùm ejus intentionem à Purgatorii pœnis per modum suffragii.

XXI. Deferendi Sanctissimum Sacramentum occultè ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinẽdi pro eisdem infirmis, In loco tamen decenti si ab Hæreticis, aut Infidelibus sit periculum sacrilegii.

XXII. Induendi vestibus sæcularibus, si aliter vel transire, vel permanere non poterit in locis Missionum.

XXIII. Recitandi Rosarium, vel alias preces, si Breviarium secum deferre non poterit, vel divinum Officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeat.

XXIV. Tenendi, & legendi, non tamèn aliis concedendi, libros Hæreticorum, vel Infidelium de eorum Religione tractantes ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet pro-

prohibitos, præter opera Caroli Molinei, Nicolai Machiavelli, & libros de Astrologia judiciaria principaliter, aut incidenter, vel aliàs quovis modo de ea tractantes, ita tamen ut libri ex Provinciis aliis non afferantur.

XXV. Administrandi omnia Sacramenta, etiam Parochialia, Ordine, & Confirmatione exceptis.

XXVI. Communicandi has facultates in toto vel in parte sociis suis in Missione, & præsertim tempore sui obitus, ut sit, qui interim possit supplere, donec Sedes Apostolica certior facta, quodnam primum fieri debebit per delegatum, alio modo provideat, & communicatas revocandi prout opus fuerit.

XXVII. Utendi eisdem facultatibus in locis suæ Missionis tantum.

XXVIII. Et prædictæ facultates gratis & sine ulla mercede exerceantur, & ad annos quindecim tantum intelligantur. Feria 5. die 7. Maji 1643.

In Congregatione Generali S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud S. Petrum SS. D. N. Urbanus Papa VIII. Pontifex concessit supradictas facultates præfato Fr. Antonio à S. Maria, Hispano, Ordinis S. Francisci Discalceatorum Præfecto ejusdem Ordinis ad Chinam, ad quindecim annos proximos.

Card. Ant. Barberinus.

Joan. Ant. Thomasius S. Rom. & Univ. Inquis. Not.

Ad Sinas iterum reversus, in Apostolico munere indefessus fuit. Ecclesia in Metropoli Provinciæ Xan tung, titulo S. Mariæ Angelorum erecta, variisque aliis fundatis Ecclesiis, & Oratoriis, necnon multis Missionibus apertis, per loca, pagosque discurrens, Infideles innumeros Catholicæ aggregavit Ecclesiæ. Tandem feris persecutionibus, omnisque generis ærumnis pro Jesu-Christi gloria lætissimè devoratis, exorta generali persecutione, unà cum aliis fervidis Missionariis in Provinciam Quantung sub custodia militum exul asportatus, sexagenario major piissimè ibi requievit in Domino ann. 1690. Maji 13. hora post meridiem quarta & dimidia. Sepultus fuit honorificè ad Austrum fluvii die 20. Maji.

Operæ pretium duxi tanto Viro in isto brevi nostrorum Martyrum elogio locum non de-

denegare ; motus maximè exemplo Martyrologii Romani Sanctorum Martyrum Catalogo adscribentis Sanctos Poncianum, Silverium, Joannem, Martinum, aliosque nobiles Christi athletas, qui in exilia relegati, ibi ob Catholicam fidem ærumnis confecti ad Cœlestem patriam evocati sunt. Ejus acta recensent Authores supra dati, quibus adde Thomam de Montalbo in Chronica Provinciæ Granatensis tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 4. Antonium de Huerta Hist. S. Petri de Alcantara lib. 3. cap. 13. & 14. Illustrissimum Aduarte in Chronica Provinciæ Dominicanæ Philippinarum cap. 27. fol. 408. & cap. 35. à fol. 449. Joannem à Jesu, Antonium à Martyribus, cum quibus in meis Chronicis. Colophonem subjungo peropportunum nempe elogium, verissimè, & eruditè conscriptum à R. A. P. Joanne Balat Societatis Jesu Sinensi Missionario.

ELOGIUM R. A. P. FR. Antonii à Sancta Maria Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum.

I.

REverendus Pater Fr. Antonius à Sancta Maria, natione Hispanus, Ordinis Discalceatorum Seraphici Patris S. Francisci, Præfecti in Sinis Apostolici, titulo à Sacra Propagandę fidei Congregatione adornatus, post exantlatos varios in hac Missione labores, exul tandem propter fidem unà cum aliis aliorum Ordinum Evangelii Præconibus, ad Urbem Cantonis extremum Sinici Imperii meridianum angulum deportatus est. Eadem in Urbe exilii sui anno quarto inchoato, Missionis vigesimo, & amplius, ætatis vero suæ sexagesimo septimo absoluto, non tam senio, quam pro re Christiana laboribus fractus, exhaustusque, extremum suum diem longè quadraginta dierum infirmitatis, patientia exercitus, Sacramentis munitur, divinæ voluntati conformatus, fœliciter obiit anno Domini sexagesimo nono supra millesimum sexcentesimum, Maji decimo-tertio, hora post meridiem quarta, & dimidia.

II.

Vir fuit in quærendis, lucrandisque Christo animabus impiger, ac indefessus ; in fovendis, excolendisque vigilans, & assiduus ; in ferendis adversis patiens, constans, & invictus.

tus. Captus aliquando ab Olandis, & in novam Bataviam deportatus, ibidemque per annum detentus in carcere, patientiæ juxta ac constantiæ monimenta exhibuit. Contigit enim concaptivum in vinculis, eumque hæreticum graviter infirmari; visebat eum Pater, serióque monebat, hortabaturque Lutheri nimirum Calvinique prava dogmata, eorumque authores abjurare: audiebat in vinculis alter hæreticus, isque ferox, & juvenis, Patrique indignatus, nisu toto calcem impegit in ejus pectus; tanta verò cōtumelia nihil aut turbatus, aut fractus Christi athleta, proprius accessit ad juvenē, pectusq̄ suum validiori calcis ictu tundendum obtulit; donec tandem à cæteris concaptivis qua clamore, qua minis ferocis juvenis compressus est furor. Altera vice eidem carceri Pręfectus Olandus fuste Patri minatus cum esset, eoque armatus jam immineret, obtulit illicò sese imminenti Præfecto, excipiendæ injuriæ avidus Pater: Accurrit interea Præfecti uxor, libratumque jam ictum detinuit, furentemque maritum, nec sui compotem ad se ut cumque revocavit; hunc verò fuste adhuc armatum, minasque intentantem prosecutus à tergo Pater, tam constanti animo sisam de Luthero, ejusque dogmate sententiam (quæ unà Hæretico bilem moverat) confirmavit, ut hic confusus, nec percutere ausus, recederet.

III.

Hanc eamdem loquendi constantiam in concionibus Manilæ tenuit; liberè constanterque publica Reipublicæ vitia carpendo; obortamque non semel ex Christiana illa libertate tempestatem infracto animo & excepit, & pertulit; neque enim se, sed Dei honorem, non plausus hominum, sed lucrum quærebat animarum. Infausta navigatione ad Cochinchinæ orā delatus, per semestre ibidem substitit, quo brevi tempore, quamvis elinguis, non otiatur: nonnullos, adhibito Christiano interprete, Christo lucrifecit, quos inter præcipuum unum, è Primariis, quem Regis sui timore nihil territum, & ad lavacrum anhelantem sacra lympha lustravit. Sed campus, in quo maximè se explicuit, patuitque Patris Antonii virtus, fuit Regni Sinensis Provincia Xantung, ad cujus culturam speciali quadam numinis providentia electū, vocatūque fuisse, tam ex modo, quo eam sor-

titus est, cum ex ubere fructu, quem sudore laboribusque suis ex ea reportavit, liquido satis patet; longè enim antequam de Sinis vel cogitaret, Monialis quædam sanctitatis opinione Manilæ florens, ei clarè dixit, vidisse se illum in terra aliqua, eaque montana, montanos, & velut agrestes inter populos conversantem, qui quidem videbantur ipsi esse Sinæ, quamquam pileolos nescio quos gestarent in capite, quos Manilani Sinæ non gestabant, terramque illam abundare iis arbustulis, quæ Hispani vocant Miraveles; quod totum ad unguem de Provincia Kantung comprobari nihil dubium.

IV.

Ad eam autem divina providentia, nihil minus, quam de Provincia Xantung cogitantem Patrem Antonium, sic tandem perduxit secundo suo in Sinas ingressu, Coreanum Regnum Sinarum conterminum meditabatur; jaciendoque in illo Regno Evangelicæ primæ sementi annexos labores, animo votisque suis jam complexus erat, hoc ut quæreret, iisque frueretur, PeKinum recta contendit, humaniterque à Patribus Societatis Nicolao Longobardo, & Joanne Adamo exceptus, Coreanæ suæ expeditionis propositum eis exposuit modumque, viamque, quibus tandem optato campo potiretur, sedulus ab iisdem inquisivit. Erant ea tempora, ob recentem Tartarorum irruptionem, Sinicique invasionem Imperii omnino turbulenta; *Regni*que utriusque limites vigilibus undequaque circumsepti, ne ultro citroque *liber* esset commeatus. Ad hæc rigidum adeo examen ab *alterutro in* alterutrum Regnum *transmeantes* subibant; ut extero, eoque Europeo homini per tam rigidas vigilias, vigilumque tam severa examina transitus non tam haberetur, quam certo pronunciaretur invincibilis. *His* ergo à Patribus Longobardo, & Adamo visis, discussis, matureque ponderatis remoris, seu obstaculis, eadem Patri Antonio dilucide suggesserunt, exposueruntque: addentes etiam, satius, & rei Christianæ consultius futurum esse, si sua Paternitas Provinciæ Xantung Coreano Regno, è regione vicinæ, Neophytos jam dudum Ministro orbos, eundemque votis omnibus, quin etiam, & datis ad se super Epistolis expetentes, postulantesque excolendos exciperet, eoque fine

ne Provinciæ MetropolimGhynamfu se conferret commendatitiis à Patre Joanne Adamo ad Præfectos munitus Epistolis, quibus eosdem Pater Joannes enixè rogaret extero nimirum hospiti locum, sedemque aliquam in sua Metropoli ipsi concederent.

V.

Annuit oblatis Pater Antonius, quamquam Coreaneæ suæ, quam præoptaverat expeditionis desiderio adhuc teneretur; eoque subtristis ac meditabundus coram Salvatoris Imagine (externa, an interna sensibili voce non ausim affirmare) hæc ipsamet verba, Hispano tamen Idiomate, suggeri: *Num tu ob amorem mei in Provinciâ Xantung te conferes?* Quo subito præsentaneoque favore planè confirmatus, depositoque pro tunc Coraneæ expeditionis voto, alacer, & pedestris PeKino ad Xantung Metropolim centum Hispanicis millia. ribus ab aula distantem advolavit, Patris Joannis Adami Epistolas Præfectis reddit, quibus lectis, hi statim de providenda Patri sede egerunt inter sese, pecuniæque vi non modica collata, aliquantula à Patre adjuncta commoda, opportunoque satis loco empta est Domus; migravit in illam Pater, in eaque integro pænè biennio solus, unoque contentus famulo, quem immorigerum, & insolentem sensit. Characterum Sinensium discendorum labori atque molestiæ, ipse sibi discipulus, & magister, non sine multis præ tedio, & quadam fructus desperatione lacrymis operam dedit, nec contemnendos tandem progressus improbo constantique labore in his fecit. Cumque adverteret toto illo biennio, quo domi velut inclusus manserat, rem Christianam lentissimè processisse, nec domi, sed foris venandam prædam, quæ quæritur, quieti illi domesticæ finem imposuit; cæpitque Neophytorum concursare domos; hos ut Christiani admoneret officii; illos jam pænè lapsos erigeret, firmaretque; Gentilemque viciniam ad domos Neophytorum coeuntem dedoceret; idolatriam Christiana disciplina imbueret; Christi moribus informaret. Hunc verò agendi tenorem constantèr deinceps ita tenuit, ut duodennio, & ultra diem pænè nullum abire sibi, sit passus: quo non modo hanc, modo illam Urbis regionem, nunc hanc, nunc illam extra muros villulam, pagumve, etiam ad duo interdum milliaria distantem, æstuanti

ti aut gelido licet Cœlo, pedibus non obiret, quo vel subveniret Neophytis, vel Gentilibus doctrinæ cœlestis audiendi copiam faceret, auditum aliquando dicere: Utinam mihi jam lasso, & ab una expeditione redeunti occurrerent alii domi, qui reditum meum prestolarentur, meque ad novas expeditiones revocarent. His verò laboribus suis ita fructus respondit, ut constitit, ut initus eorum numerus, quos in Provincia Xanteng, quo tempore in illa versatus est, sacro lavacro tinxit, ad plusquam quatuor millia ascendat.

VI.

Postquam biennium pænè solus in ediscendis Sinarum characteribns desudasset, adjunctus est illi R. P. Fr. Bonaventura Ibañez. Unoque aut altero post hujus adventum interjecto anno, ratus Xantungnenensem vineam opera sua minus indigere, præsertim cum jam Societatis Jesu intermissa olim sedes restaurata iterum esset, in eaque Præco etiam Evangelii alter resideret sopito, & non extincto pœnitus Coreanorum laborum desiderio, ardere de novo cœpit. Accinxit ergo sese, rebusque domi compositis, amantissimoque Socio commendatis, uno contentus famulo, duobus insuper Neophytis comitibus, iter ingressus est. Jamque nonaginta, & amplius leucas emensus erat, portum prope tenens, ex quo fretum utrique Regno intermedium trajecturus esset, cum *divino* numine, cui votum, non effectus placebat, sic disponente, tam continuo molestoque alvi profluvio laborare cœpit, de eo non trajiciendo, sed domum quantocius reportando inter comites actum sit. Nec huic consilio dissensit bonus Pater, præsenti, eoque gravi labore ac periculo monitus, Deo cordi non esse ulterius ut pergeret. Quare domum reportatus est, non sine labore latronumque molestiis, qui semel in via occurrentes, lecticulam qua vehebatur adorti sunt, ejusque paupertate cognita, vana se opimæ spe prædæ deceptos delusosque riserunt; seque ad sua recepere latibula uno dumtaxat ex vectoribus asellis circa aurem vulnerato. Domum relatus, sanitatis, viriumque incolumitatem brevi recuperavit, pristinosque labores resumpsit, &, ut jam supra narratum, promovit ulterius.

VII.

VII.

Nec uno animarum zelo constitit ejus virtus, fuit in eo præterea paupertatis, pauperumque amor, vilibus paucisque contentus. Pauperculorum casullas frequenter subibat, eleemosyna, prout poterat, etiam juvabat, fovebatque. Gentilem adolescentulum, eumque pauperculum, alvique profluvio fæde laborantem domi aliquando excepit, tersit, in lectulo composuit, propria operuit culcitra, eique tanquam famulus ministravit, donec Baptismo renatum, morboque confectum, ad Cœlestem patriam evolantem præmisserit. Injuriarum patiens, beneficia pro iis rependebat. Egressus erat aliquando pro more suo ad visitandos commorantes in Urbis angulo nonnullos Neophytos: occurrit illi in via Gentilis impudens, qui gravibus eum injuriis, dictisque procacibus publicè oneravit: obmutuit ad omnia Pater, silentioque suo premens maledici impudentiam, suaque patientia obruens, viam suam prosecutus est. Post aliquos menses impudens ille meliori afflatus spiritu, Christianæ legi, quam pœnitus abhorrebat, quãque dicteriis tã fęde ante laceraverat, affici cœpit; adeo ut non de ea blasphemanda, sed de ea amplectenda cogitaret. Non defuit illi Pater Antonius, eumque sufficienter instructum ad lavacrum tandem admisit, bonusque deinceps extitit Christianus.

VIII.

Humilitatis, contemptus sui, pietatis erga Deum, Dei Virginem, Sanctosque, præsertim pia erga Christi vulnera ad extremum pænè halitum argumenta dedit. Extremis infirmitatis diebus monetur de vitæ periculo, rogatusque, Deo se totum permitteret, respondebat, se in vulneribus Christi conquiescere, in eisdem totum inveniri, contereri totũ interdũ respondebat: Hæc sibi suavia sẽper nomina Jesu, Maria, Joseph. Æreumque parvulum Christi in Cruce pendentis simulacrum, sibi olim in Hispania ab illustri illa Matre Ludovica de Carrion dono datum, quodque semper vesti juxta pectus assutum gestaverat, manutenens, pectori nunc apprimebat, nunc admotum labiis deosculabatur.

IX.

Religiosæ verò disciplinæ ita tenax fuit, præsertim in jejuniis, ut nihil vel in mediis laboribus de eadem remitteret, eadem, & singula, tam quæ ex præcepto Regulæ imperantur, quam quæ ad libitum per eamdem relinquuntur, studiosè observabat: Vigiliis ad multam noctem, nunc scribendo, nunc meditando, aut orando, corpus domabat suum, verberibusque atterebat domitum, attritumque non lecto plerumque solabatur, sed genibus ad pectus complicatis solo sedens, inclinatoque supra eadem capite, reliquum noctis sic dormiens transigebat. Ab otio semper ita abhorrebat, ut nusquam ei vacaret; quod ut fugaret lõgè à se, perpetua ei exercitatio, & quasi lucta fuit cum libris Sinicis, vel legendis, vel eorum transcribendis characteribus, vel eorum vestigandis erroribus. Bina de Christiana lege opuscula Sinicè composuit, prælo que dedit. Apologiam insuper pro fide Christiana in ejusdem accerrimum insectatorem Sinam, non sine multarum vigiliarum sumptu conscripsit. Gallicam etiam de Magæ cujusdam reductione narrationem, eamque justo satis volumine comprehensam Hispano Idiomate donavit, improbi sanè laboris argumentum; quin, & in variis carceribus propter fidem inclusus, non otiatus, nunc his, nunc illis salutis monita impartiebatur, variaque vicinorum carcerum receptacula penetrando, in omnibus Christianæ legis sementem jaciebat. Semel fune collo injecto, una cum tribus, è Societate, & altero, è Dominicana Familia Patribus per publicas aulæ Pa Kinensis vias ad judicum Tribunal pro causa fidei ductus, Judicibusque præsentatus, Christi nomen, & fidem confessus est, & pro parte defendit.

X.

Curatur honorificè ejus funus 20. Maji die S. Bernardino Senensi sacro, prosequentibus ex Augustiniana, Dominicana, & Societatis Jesu Familia Patribus, necnon selecto nobilium Lusitanorum Regis Lusitanici ad Sinarum Imperatorem Legati comitum manipulo, sepultusque est juxta duos Societatis Jesu Patres, ejus coexules, & in eodem propter Christum exilio jam ante defunctos. Cantone Sinarum 17. Junii 1669. Joannes Balat Societatis Jesu. Hæc sci-

scitè, sed diminuto calamo. Acerbitatem sui pœnalissimi carceris describerem eloquentissimis verbis Casiodori lib. 11. variar. Epist. 40. dicentis: „ Cella gemituum, tristitiæ domus, apud superos Plutonis „ hospitium, locus perpetua „ nocte cœcatus, tandem infusione lucis albescat: in qua „ non unum tormentum sustinet reus, qui antequam incurrat necis exitus à supernis probatur abscisus. Primum pedor „ ille, collega catenarum, abominabili mœrore discruciat, auditum alieni gemitus & lamenta conturbant, gustum jejunia longa debilitant, tactum „ pondera prementia defatigant; lumina diutius tenebris „ obtusa torpescunt. Non est „ unum clausis exitium: multifaria morte perimitur, qui carceris squalore torquetur. Nūc ergo reos de Averno tuo victuros emitte. Redeat ad Superos, qui ex magna parte „ Inferos pertulerunt. Atria tua „ vacuitatibus impleantur. Locus ille perennium lacrymarum quondam tristes incolas „ perdat. Non sunt indè, qui „ læti sunt: qui tunc profectò „ habebit gratiam, si desertus „ appareat. Exite inclusi, vicina „ morte semper pallentes. Redite ad lucem, quos caligantes tenebræ possidebant: nihil amplius optata morte passuri; nisi quod adhuc poteratis occidi. Taceam de ejus exilio; *siquidem* (Philone teste lib. de Habrahamo) *mors calamitatum finis est, exilium vero non finis est; sed novorum malorum initium, dum evitata una sensu carente, innumeræ mortes sentiuntur.* At sapienter, & moraliter Hugo Victorin. lib. 3. Didasc. erud. cap. 20. *Delicatus ille est adhuc, cui patria dulcis est: fortis autem, cui omne solum patria est: perfectus verò, cui totus mundus exilium est. Ille mundo amorem fixit; iste sparsit; hic extinxit.*

Litteræ **B** cognomento vocatus fuit Eratosthenes.

Laertius in ejus vita.

BARTHOLOMÆUS Laurel, ex nostris Discalceatis laicis, ac natione Japo, Nangasachi, die 17. Augusti ann. 1627. pro fidei confessione crudelissima flamma combustus fuit. Illus. Aduarte lib. 2. Hist. Dominic. Philippin. cap. 31. Tiburtius Navarro de Fructib. posthum. S. Petri de Alcantara cap. 16. Extant pro ejus Canonizatione tres Processus confecti, ac Romæ impressi anno 1675. 1685. & 1690. S. Isido-

dorus 17. Orig. cap. 7. *Laurus à verbo laudis dicta. Hanc arborem Græci daphnem vocant quod nunquam deponat viriditatem; inde illa potius victores coronantur.*

BARTHOLOMÆUS Ximenez, Provinciæ S. Joannis in Valentino Regno alumnus, ac fervidus Concionator, à Mahumetanis, coram quibus de Christo testimonium præconizaverat, in quodam itinere inventus, apprehensus fuit. Sed in eadem via apparentibus sibi Martyrum Regina, & Patriarcha Seraphico, continuo diffuso ore divinitatis Christi potentiam proferens, & Mahumetani dogmatis fœditates manifestare non cessabat. Quare in vindictam sui maledicti Vatis, odiumque nostræ fidei ibidem obcœcati Saraceni decapitarunt: corpusque crudeliter distractum miserunt in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. Loco autem & voce infatigabili, & lucido fulgore à Domino commonstrato, venerunt nostri Discalceati, tulerunt corpus ejus, & honestè in suo Acorensi S. Antonii Conventu sepelierunt ann. 1609. quo martyrium cõplevit. Consule Antonium Panes tom. 1. Chronic. laudatæ Provinciæ lib. 3. cap. 4. & Antonium de Huerta in Histor. S. Petri de Alcantara lib. 3. cap. 15.

BERNARDUS à S. Josepho, Toletanus, Provinciæ S. Gregorii alumnus, à Philippinis in Japonium trajecit anno 1632 à quo tempore vix potuerunt egregia nostrorum *Missionariorum* facta sciri. Eum tamen Martyrem fuisse non leviter credit, & refert N. Fr. Joannes à Jesu in suis *nostrorum* Martyrum Catalogis in Archivo nostræ S. Pauli Provinciæ asservatis.

BLASIUS Palominus, Provinciæ Granatensis filius, sed Provinciæ Discalceatorum *Philippinarum* jure habitationis acquisitus, cum Gentium conversionem zelaret, ad Moluccas mittitur, ubi post graves pœnas pro Deo toleratas, tandem anno Domini 1614. die 6. Januarii ab Idolatris occisus, in gaudium intravit Domini sui. Ex Vvadingo de Martyribus, Tiburtio Navarro cap. 17. Arturo in Martyrologio die 6. Januarii, Rapineo, Gravina, & aliis. De ejus canonizatione agitur, ad cujus Processus conficiendos litteræ petuntur Apostolicæ, ut constat ex Libello Joannis Roncalioli Neapoli vulgato anno 1626. Consule An-

Antonium de la Llave Trien. 13. fol. 1366. Gasparem de la Fuente fol.43.

BLASIUS Rodriguez, ex quodam pago Vallis Placentini in Extremadura oriundus, Provinciæ S. Gabrielis alumnus, animas perquirens, in Floridam Insulam pervenit. Ibi pro nomine Jesu insudans, Topiqui à Gentibus quæsitus, & inventus, cum Sacrum celebraret, cumque in oratione genu persisteret, vulneribus confossus, martyrio coronatus fuit anno 1595. in festo Nativitatis Immaculatæ Virginis. Ejus corpus in campum dejectum, à volucribus veneratum, canis tetigit, & illicò viscera effudit, quodam Christiano vidente, qui corpus ad montem trasferens, ibidem humavit. Daza 4. part. lib. 2. cap. 53. Joannes à Trinitate tom. 1. Chronicæ laudatæ Provincię lib. 3. cap. 26. Antonius de Huerta lib. 3. Histor. S. Petri de Alcantara cap. 15. Consule Arturum die 8. Septem. §. 3.

D. Ambr. Serm. 11. Psalm. 18.

C

Littera Caph incipit, quæ latina interpretatione significat curvati sunt.

COSMAS à Plagis, Provinciæ S. Gregorii devotus alumnus, in fidei confessione, post diversa tormenta, Martyr evasit. Hæc N. Fr. Joannes à Jesu in suis laudatis Catalogis Martyrum nostrorum num. 37. Locus tempus, ac circunstantiæ martyrii desiderantur.

Ex D. Hier. ap. Le Blanc, in Ps. 118. fol. 162.

Daleth (latinè D) portam, ostium, tabulam, librum, attenuitatem, paupertatem, ariditatem, ac exinanitionem significat.

DAMIANUS Valentinus, Hispanus Conventus Pacensis, Provinciæ S. Gabrielis Discalceatorum alumnus, professione laicus, qui cum martyrii desiderio tangeretur, ad Infideles transeundi veniam à Ministro Generali facilè impetravit, ut à laicatu ad Clericatum ascenderet, antequam viam aggrederetur. Paruit, in Africam trajecit, Christum Infidelibus prædicavit, à quibus captus, & in ignem projectus, sed nihil læsus, tandem lapidibus appetitus, & gladio percussus, Martyr occubuit anno 1533. die 2.

Au-

Augusti. Vvadingus de Martyribus, Molies, Gonzaga, Barezzus, Daza, Rapinæus, Marianus apud Arturum in Martyrologio die 2. Augusti §. 10.

DIDACUS à Cruce, seu de Palomares, Provinciæ S. Gregorii alumnus, Japonicę conversioni admodum dęditus anno 1619. Ut sterilem terram, vel divino fidei semine imbueret, vel fusso cruore irrigaret, hostiam pro Christo se ipsum immolavit. Series autem sui martyrii, quia in Regione valdè longinqua & omnino clausa, est nobis incognita. Martyrem vocat N. Fr. Joannes à Jesu in Catalogis nostrorum Martyrum in Archivio nostræ S. Pauli Provinciæ asservatis. *Fervidum, fortem, & intrepidum* appellat nostrum Didacum Tiburtius Navarro cap. 12. fol. 62.

DIDACUS à S. Francisco, ex Oppido Membrilla in Veteri Castella oriundus, clarissimus filius Provinciæ S. Pauli, Concionator eximius, continuo ardens amore salutis animarum, ad Insulas Philippinas, indeque ad Japonense Regnum Commissarius Provincialis institutus evolavit. Anno 1615. die 14. Aprilis in horrendum Vomuræ carcerem missus, sępèque gravia passus, iterum navigio deditus in Japonium devenit anno 1618. Quanta ibidem constantia fidem Christianam disseminaverit: quantum meritis, & virtutibus illuxerit: quotque sacro Baptismate intinxerit; quis enarrabit? Hic velut alter Paulus, à cunctisque Japonibus Martyr appellatus, vitam inenarrabilibus ærumnis plenam perdidit, & æternam comparavit anno 1633. Quo martyrii genere palmam sit assecutus, est nobis incognitum. N. Fr. Joannes à Jesu Provinciæ S. Pauli filius, ac Provinciæ S. Gregorii alumnus in suis Catalogis nostrorum Martyrum in Archivio laudatæ S. Pauli Provinciæ asservatis Martyrem esse minimè dubitat. R. A. P. Fr. Josepho Sicardo, Augustiniano, tomo unico Historiæ Ecclesiasticæ Japonensis lib. 3. cap. 20. præbeamus auditum.

„ Tambien avia muerto „ (inquit) por este tiempo el „ zelosissimo Ministro de la „ propagacion de la Fè el Pa„ dre Fr. Diego de S. Francis„ co, Comissario, que era de „ su Religion en Japon; de cu„ ya muerte, y tiempo de ella „ no he podido descubrir noti„ cia alguna; pero, aunque no „ la padeciesse à manos del Ty„ rano, le he dado repetidas „ re-

„ veces el titulo de Martyr, ci-
„ tando la Relacion, que escri-
„ biò de otros muchos; porque
„ no solo lo fue en el deseo, sino
„ tambien en el hecho de aver
„ padecido por la Fè de Christo
„ Señor nuestro los rigores de
„ la horrible Carcel de la Cor-
„ te de Yendo (que describe
„ con imponderables voces)
„ desde Abril de 1615. hasta
„ Septiemb. de 1616. q̃ fue des-
„ terrado con otros à la Nueva
„ España; desde donde volviò
„ despues à Philipinas, y de alli
„ passò al Japon el año de 1618.
„ y empleò lo restante de su
„ vida en la conversion de sus
„ moradores, y consuelo de
„ los Christianos, que en vida
„ le llamaban Martyr, por los
„ muchos trabajos, enfermeda-
„ des, carceles, y destierros, que
„ padeciò en defensa de la Fè.
Ad rem Rhenanus Annotat. 1. in Librum Tertuliani ad Martyres: *Non solum Martyrum appellationem accomodabat ea ætas, qui in toleratis suppliciis pro Christo mortem obierant, sed & illis, qui in confessione nil tormentorum attrocitate moti firmiter perstiterant, etiam si adhuc in carcere detinerentur, &c.*

DOMINICANUS à Nangasachi, laicus, unus fuit ex illis Japonensibus Martyribus, qui anno 1628. die 8. Septembris igni traditi Cœlestẽ Patriam adierunt. Extant tres Processus pro eorum Canonizatione confecti, & Romæ impressi in folio annis 1675. 1685. & 1690. Ipsius memoriam facit R. P. Fr. Gaspar de la Fuente fol. 47. Histor. Capituli Generalis Toletani an. 1633. Doxicus fuit nostri V. Martyris Fr. Antonii à Sancto Bonaventura, in cujus manibus Seraphica vota vovit Domino in horrendo Vomuræ Carcere, & cum ipso triumphavit. Consule Martinum á S. Josepho tom. 2. Chron. lib. 4. cap. 15. Sicardo lib. 3. cap. 2. fol. 337.

Litteræ omnes, quibus nomen Franciscus scribitur, mysticè, allegoricè, vel symbolicè Crucem Dominicam exprimunt.

Petrus de Alba Tab.9.art.6.

FRANCISCUS à S. Andrea; (cujus memoriam fecit Tiburtius Navarro de Fructib. posthum. S. Petri de Alcantara cap. 15. fol. 71. & fol. 62. cap. 12.) Discalceatus alumnus Provinciæ S. Gregorii, unus fuit ex illis Discalceatis, qui è Philippinis Insulis anno 1619. in Ja-

po-

ponium intrarunt intrepidi, fortes, & fervidi. Director, & Confessarius fuit V. Martyris Francisci Tomaya, ejusque studio ejus reliquiæ à Christianis collectæ Nangasachum in domum cujusdam fidelis translatæ fuerunt. In odorem suavitatis Deo oblatum fuisse credit N. Fr. Joannes à Jesu in Catalogis suis nostrorum Martyrum in Archivio laudatæ S. Pauli Provinciæ asservatis. Sed cum ab anno 1632. Evangelii porta in Japonio clausa fuerit, desiderantur egregia nostrorum facta, & trophea.

S. FRANCISCUS Blanco, Gallaicus, quem alma S. Jacobi Provincia Regularis Observantiæ Ordini nostro genuit; Ecclesiæ & Cœlo Philippini Conventus educarunt, in quibus domicilium habitationis accepit, & Minoribus Discalceatis est associatus. Iste sanctissimæ Virgini addictissimus fuit, orationi & pœnitentiæ indefessus vacavit, ter singulis diebus verbere corpus afflixit, puritatem cordis, & linguæ innocentiam semper coluit. Cum in Japonium transisset, intra tres menses sufficientem confessionibus audiendis linguæ intelligentiam acquisivit: summa charitate leprosis servivit. His virtutum, & bonorum operum gradibus ad Crucis mortem pervenit, quam læto, & sereno vultu aspiciens, & in hæc verba erumpens: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*, se lanceis transfigendum obtulit, & ad ultimum usque halitum à divinis laudibus non cessans, stolam jucunditatis accepit in sanguine Agni dealbatam. Vvadingus, Martinus à S. Josepho, Joannes à S. Maria; Marcellus à Ribadeneira, Antonius de la Llave, Daz Authores adducti prima parte hujus Bibliothecæ verb. *Sanctus Franciscus Blanco*: quibus adde Reformatum Didacum de Lequile tom. 1. Hierarchiæ Seraphicæ perfecta eruditione hæc
„verba facientem: *B. P. M.*
„*Franciscus* Blanco, Concio-
„nator. Francus, hilarisque
„rubuit Blancus, dum candi-
„dam animam emittens, è cor-
„pore sanguinem, francam,
„atque expeditam, immorta-
„litatis stola candidatus, misit
„ad Christum.

FRANCISCUS à S. Bonaventura, (cujus Acta recensent Martinus à S. Josepho tom. 2. Chron. lib. 4. cap. 15. Antonius de la Llave Trienn. 14. Prov. S. Gregorii cap. 37. Antonius quoque de Huerta in Histor. S.

Petri de Alcantara lib. 3. cap. 15.) Natione Japo, strictiori Observantiæ addictus in Discalceata Philippinarum Provincia, discipulus, ac socius in vinculis, & martyrio V. Apollinarii Franci esse meruit die 9. Septembris anno 1622. Concinunt quoque suum agonem Peregrinus, & Vvadingus in suis Catalogis, ac Gaspar de la Fuente fol. 43. Historiæ Capituli Generalis Toletani. Franciscus à S. Agnete part. 2. lib. 6. cap. 42. Extant processus confecti pro ejus Canonizatione.

FRANCISCUS Galve, Valentiæ Regno Vir tantus originem debet. A teneris annis virtuti, & litteris deditus, ab illustrissimo Urbis Valentiæ Archiepiscopo Ecclesiasticæ militiæ adscriptus, & animarum curæ postea præfectus est. Sed qui ad perfectionem Evangelicam aspirabat, in arcto, & paupere Discalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptistæ Conventu, S. Joannis de la Ribera nominato, Ordinem Minorum intravit; qui postquam propriæ perfectioni vacasset, aliorum utilitatibus servire volens, ad Philippinas mitti curavit, indeque Missionibus Apostolicis deditus, in Japonium transivit. Sed cum in crudeli omnium Sacerdotum, & Prædicatorum expulsione Nangasacho Manilam redire coactus fuisset, occulti talenti impatiens, iterum in Japonium reverti meditatur. Quare Malacam pergit, & in opportuna navigatione iter optatum aggredi tentans, timore nautis, & mercatoribus ab Imperatore Japonii incusso impeditus fuit. Quid faciet fervidus Prædicator? O miram amoris adinventionem! Habitum Æthiopis induit, & nigrum colorem vultui superinduxit; sicque se remigem triremis locavit, & hac fœlici arte per mille labores, per mille pericula ad Japonii littus accessit; ubi cum miros fructus produceret, tandem martyrii coronam percipit. Proditus enim à falso Christiano, foris Fidele, intus Idolatra, in carcerem dejectus est, & cum Patre Hieronymo ab Angelis Societatis Jesu, & aliis quinquaginta, & uno Fidelibus die 4. Decembris ann. 1623. ignis combustione in odorem suavitatis Deo oblatus est. Vvadingus, Antonius de la Llave Trin. 14. cap. 41. Gualterius, & Solierus apud Arturum die 4. Decembris §. 1. succinte Musa Christiana:

Ingeniosus amor docuit mutare colorem:

Remigis officium, magnos perferre labores.
Hinc nive candidior Franciscus luce coruscans
Occupat ignitus stellantis culmina Cœli.

Solidius D. Bernardus serm. 28. in Cantica: *Cognoscit Ecclesia, quæ & æmulatur nigredinem, ut decorem participet. Non confunditur nigra videri, nigra dici, ut dicat dilecto: opprobria exprobrãtium tibi ceciderunt super me. At sane nigra instar pellium Salomonis, foris scilicet, & non intus.*

FRANCISCUS à S. Ildephonso, Provinciæ S. Josephi filius, actualis Guardianus cum esset Conventus de Iguei Discalceatæ S. Gregorii Provinciæ in Insulis Philippinis, in arctam custodiam à Mauris conjectus, variisque suppliciis cruciatus, pro Catholica fide usque ad mortem fideliter certavit anno 1636. Agit de eo N. Fr. Joannes à Jesu in laudatis Catalogis nostrorum Martyrum num. 37.

FRANCISCUS à S. Joanne, Confessarius, strictiori Observantiæ Discalceatorum nomen dedit in Provincia Mexicana S. Didaci. Anno 1596. Japonibus infidelibus sociatus in Sinense Regnum trajiciens, cum magis ac magis clamaret, voluntarium homicidium, gravemque mutilationem membrorum condemnans (viderat enim Japonenses, ne in manus Sinensium inciderent, semetipsos crudeliter dilaniare) ab illis Barbaris extinctus fuit. De eo agit N. Fr. Franciscus á Sancta Agnete part. 2. Chron. Provinciæ S. Gregorii lib. 4. cap. 4. & N. Joannes à Jesu in laudatis Catalogis nostrorum Martyrum num. 2.

FRANCISCUS à S. Maria, fœcundissimæ Martyrum Matris Provinciæ S. Josephi filius, unus fuit ex sanctis Missionariis, qui cum Patre Fr. Petro de Alphаro ad Philippinas pro fundanda S. Gregorii Custodia transierunt. Iste igitur cum linguas exterarum Nationum addiscere non posset, pro dono linguarum acceperat à Deo omnium dona virtutum; quare contemplationi, cæterisque religiosæ vitæ exercitiis vacans, precabatur quotidie Dominum, ne propter impedimentum loquelæ martyrii corona privaretur. E[x]auditus est pro sua humilitate, namque cum à S. Gregorii Custode in Hispaniam ad postulandum à bona Matre Fratrum subsidium mitteretur, forte in Insulam Burnei appulit, à cujus Rege Mahometano benig-

nè exceptus fuit. Sed cum Vir ferventissimus ejus salutem sitirèt, utebatur sociis suis (quamquam parum in lingua versatis) interpretatione; & Regi Infideli Mahumeticæ legis insaniam liberè prædicabat. Iratus, & furore accensus Princeps, verbi divini Præconem multis injuriis, & contumeliis affecit, mox impios Suacarios misit, qui repertum in oratione Franciscum lanceis, & gladiis transfigentes, & dissecantes, caput ipsi amputaverunt, & corona martyrii dignum effecerunt. Tiburtius Navarro de Fruct. posth. S. Petri de Alcantara cap. 17. Joannes à Jesu in utroque nostrorum Martyrum Catalogo num. 1. Franciscus à S. Agnete 1. part. Chron. Prov. S. Gregorii lib. 1. cap. 38. Antonius de Huerta lib. 3. Hist. S. Petri de Alcant. cap. 15. ac N. Chron.

FRANCISCUS à S. Maria, alter, ex Oppido Montalbanejo, Toletani Archiepiscopatus oriūdus, Provinciæ S. Josephi filius, zelo animarum ductus ab Hispania in Philippinas Insulas, indeque ad Japonium nostrorum Discalceatorum Commissarius trajecit. Hic strenuus Christi athleta propter verbum Dei vivus in ignem injectus die 17. Augusti anni 1627. victor in Cœlum ascendit. Extant pro ejus Canonizatione Processus confecti, prout testatur N. Franciscus á S. Agnete part. 2. Chronicæ Prov. S. Gregorii lib. 7. cap. 33. cum quo N. Fr. Joannes à Jesu in laudatis Catalogis nostrorum Martyrum num. 25. Augustinianus Sicardo lib. 3. Christinianitatis Japonensis cap. 2. Martyrio 18. Illustrissimus Aduarte tom. 1. Histor. Dominicanæ Philippin. cap. 31.

S. FRANCISCUS à S. Michaele, (de la Parrilla) nobilitate ingenita clarus, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Hispania professus; sed altioris perfectionis, & Reformationis zelo ductus, Provinciæ Discalceatæ S. Josephi voluit aggregari in nostro S. Pauli Conventu Oppidi de Coca. Laicus erat, omni virtutum genere excultus, martyrii autem desiderio flagrans ad Philippinas mitti postulavit; ubi Crucis signo hominem Indum viperæ morsu labefactum, è mortis indubitatæ faucibus eripuit: & mulieri agonizanti linguæ usum reddidit, ut Baptismum petere, & ejus lavacro salvari posset. Quibus actibus cum se alium Raphaelem exhibuisset, cum se paupertate, puritate, abstinentia, & sensuum mortificatione dignum

Francisci nomine ostendisset; tandem pro Dei gloria crucifixus, sanguinis sui testimonio firmavit, quod Propheta cecinit: *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat.* Et efficacius ingerens pasione, quam ore (*quis ut Deus*) se in Coelesti prælio verum Michaëlem esse probavit. Vvadingus, Tiburtius Navarro in suo S. Petri de Alcantara post mortem redivivo cap. 16. Ludovicus Bavia tom. 4. Histor. Pontif. cap. 58. Fernandez lib. 1. Histor. Eccles. cap. 2. & alii plures, quos citant Martyrologium Hispanum, & Franciscanum die 5. Februarii. Consule tom. 1. meæ Chronicæ lib. 5. à cap. 1. Et fruere Didaco de Lequile tom. 1. Hierarchiæ Seraphicæ dicente: Beatus Martyr Franciscus à Sancto Michaele, laicus, qui frangens vincula carnis, Cruci, & Carnifici generoso spiritu eam exhibuit, Archangeli Michaelis sui fortitudine Satanam pedibus calcavit, ac lancea amoris Dei, & Romanæ fidei (lancea materiali bis corporaliter transverberatus) amoris vulneribus crudeliter percussit.

FRANCISCUS de Varajas, Provinciæ S. Gregorii alumnus, unus fuit ex illis Discalceatis, qui anno 1619. ad Japonenses properantes, multas persecutiones, graviaque passi in Evangelio disseminando, Martyres prædicantur à N. Fr. Joanne à Jesu in suis Catalogis in Archivio nostræ S. Pauli Provinciæ asservatis. Series autem sui martyrii desideratur. *Intrepidum, fortem, & fervidum* prædicat nostrum Franciscum Tiburtius Navarro cap. 12. fol. 62.

Ex PP. & Exposit. in Ps. 118.

G

Tertia Alphabeti Hæbraici littera Gimel donationem, retributionem, plenitudinem, perfectionem, provocationẽ, ablactationem, maturitatem, & Camelum significat.

GABRIEL à Magdalena, laicus, in Discalceata S. Josephi Provincia strictiorem Observantiam professus, magno spiritus fervore in Provinciam S. Gregorii Philippinarum, indeque in Japonense Regnum translatus, ut laboribus intra persecutionis procellas Christianis succurreret. Iste ergo fuit unus ex illis Apostolicis Viris, qui in publica Evangelii Præconũ expulsione an. 1613.

la-

latuerat; & licet detectus in Sinam relegatus fuisset, uno tamen anno vix elapso, in Japonium regressus est, in quo ab eo tempore ferventissimè laboravit. Igitur hic, quem charitas medicinam docuerat, cum in diversis Imperii Japonici partibus amoris sui vestigia reliquisset: cum omnium, etiam Gentilium, æstimatione plurimi duceretur, die 3. Septembris ann. 1633. captus, nullius adulationibus, aut promissis à fide alienari potuit: quare tandem diù quæsitam, toties ereptam, martyrii palmam accepit. Jussu enim Tyranni in aquas callidissimas injectus, debebat illico caloris vehementia suffocari; sed divino robore sustentatus, visus est in ferventibus aquis tanquam in suavi balneo recreari; immo, quod mirabilius est, evanuit è circunstantium oculis, & in domo Gubernatoris intra Urbem Nangasachum septem leucis ab aquis distantem apparuit, & à Ministris quæsitus, rursus in eas rediisse conspectus est. Illinc itaque eductus, in ardentissimum rogum injicitur; ubi flexis genibus, & brachiis extensis immobilis orando perseverans, suaviter expiravit. O verè beatus homo, cujus vita continuis mortificationibus, abstinentiis, pœnitentiis, orationibus, laboribus, & bonis exemplis contexta, tam gloriosæ mortis termino concluditur! Ex Processibus pro ejus canonizatione factis, Martyrio 24. Tiburtius Navarro cap. 17. Antonius Huerta lib. 3. Historia S. Petri de Alcantara cap. 15. Joannes à Jesu in Catalogis N. Martyrum num. 31.

GARCIA Marquez, Bæticus in Nova Hispania factus Minorita, ad Provinciam S. Gregorii, indeque ad Japoniū Christum, & hunc crucifixum, prædicans, in Insula de Xicoco dicta apprehensus, siti, fame, variisque ærumnis pro Christi nomine toleratis, in vinculis obdormivit in Domino. D. Laurentius de Padilla de Orig. domus Marquez §. 79. fol. mihi 203.

S. GONSALVUS Garcia, in Orientali India natus, cum pluribus annis corruptibilis mercaturæ commertium in Japonio exercuisset, ad Philippinas secessit; ubi relictis omnibus, pretiosam Seraphicæ paupertatis margaritam in Discalceatorum Conventu quæsivit. Habitu autem Franciscano indutus, cum B. Commissario Petro Baptista socius Legationis,

&

& Missionis in Japonium reversus est, ut gentes Christo lucrifaceret. Cumque nuper, dum in sæculo viveret, Taycosamæ Imperatoris notus fuisset, ob magnum divitiarum contemptum eidem iterum notissimus extitit. Sed cum furor, & superstitio benevolentiam Regis suffocassent, crudeli ipsius edicto comprehensus, martyrii palma decoratus est, & corporis vitam perdens pro Christi fide, animam cum Dei gratia salvavit: mundo perditus, Cœlo salvus, ad immarcescibilem salutem transivit. Ex Tiburtio Navarro, Vvadingo, Arturo, Marcello à Ribadeneira, Antonio de la Llave, Daza, aliisque nõ paucis classicis Authoribus. Laconicè & jucundè Reformatus eruditus Pater Fr. Didacus de Lequile tom. I. Hierarch. Francisc. sequentibus verbis: Beatus Martyr „ Consalvus, professione laicus, salvus Dei gratia triplici „ Baptismate, Ecclesiastico per „ lavacrum, Seraphico per cilicium, sanguineo per martyrium.

GENESIUS de Quesada, Sacræ Theologiæ Lector, Provinciæ [illegible]chuanensis alumnus, & in [illegible] S. Gregorii Philippinarum immatriculatus, in Japonium ingressus, propter Redemptoris gloriã in tetrum Yendi ergastulum primò translatus, tandèm novo genere martyrii, ligatis ad trabes pedibus, capiteque in subterraneam speluncam pendente, deficiente sensim halitu, spiraculum vitę à Creatore acceptum emisit anno 1633. Vvadingus in Catalogo, Tiburtius Navarro de Fruct. post. S. Petri de Alcantara cap. 17. *Huerta in* Histor. S. Petri de Alcantara lib. 3. cap. 15. Joannes à Jesu in Catalogis N. Martyrum, num. 34.

Inventum Simonidis Medici.

H

HIERONYMUS à Cruce, Sacerdos, natione Japo, professione Minorita Discalceatus, Provinciæ Philippinarum alumnus, fervidus Concionator, quingentos & iterum quingentos Japones baptizavit. Idcircò carceri mancipatus, ac demùm vivus in ignem conjectus Nangasachi, die 3. Septembris anni 1632. victor ad astra migravit. Hæc noster Joannes à Jesu in utroque nostrorum Catalogo num. 33. Indistinctum crederem ab illo Hieronymo à Cru-

Cruce, de quo Choro 2. agimus, nisi Antonium de Huerta lib. 3. Histor. S. Petri de Alcantara cap. 15. fol. 355. legissem.

HIERONYMUS à S. Josepho, Confessarius, quem strictiori Discalceatorum Observantiæ Provincia S. Josephi genuit, zelo animarum ductus, ad Philippinas Insulas, indeque ad Japonense Regnum gradum faciens; in manus Gentilium incidit, à quibus, abscisis primitus in odium fidei & naribus & auribus, projectus in mare fuit. Consule Antonium de Huerta in Histor. S. Petri de Alcantara lib. 3. cap. 15. Agit quoque de ipso Joannes à Jesu in Catalogis num. 30. cum Chronica Philippinensi Dominicana lib. 2. cap. 49. fol. 311.

HIERONYMUS à Spiritu Sãcto, Lusitanus, Barcellensis, alumnus olim Collegii S. Petri Connimbricensis, Arabidorum Provinciæ nomine dato, & virtutibus & litteris clarescens, Philippo II. dilectus, Custodis munere in Indiam missus fuit ann. 1593. ubi anno 1599. inter captivos primò annumeratus; demum in odium fidei palo alligatus, & positus ut signum ad sagittas, martyrium consummavit. Georgius Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani die 14. Februarii, subdens, suos S. Petri Concollegas ejus veram effigiem in Capella laudati Collegii positam sequenti inscriptione exornasse: *Fr. Hieronymus à Spiritu Sancto Collegii D. Petri quondam, deinde Seraphici Ordinis alumnus, pro fide Catholica stipite affixus, illustre Jesu-Christo testimonium dedit martyrio coronatus.*

Littera **I** nomen salutare significat.

S. Clemens Alex. in Indice.

JOANNES à S. Antonio (de el Caño) Illiturgensis, è Conventu Sancti Patris nostri Francisci Biatiensis, ubi Seraphicæ militiæ nomen dedit, ad Philippinensem Sancti Gregorii Provinciam, indeque ad Japonium transiens anno 1605. doctrina, & consilio multis profuit, ac Christi fidem audacter prædicans, innumerabiles filios Ecclesiæ Romanæ genuit. Qua de re ira, & furore perciti Gentiles, velut S. Andream, crucifixerunt, ac sclopetorum ictibus corpus ejus transforarunt. Martyrium consummavit an. 1624.

cujus denique corpus ad nostrum Manilensem Conventum translatum, ibidem requiescit. De eo agit R. A. P. Fr. Josephus Sicardo lib. 3. Histor. Eccles. Japon. cap. 18. adducens Ximena in Ecclesiasticis Annal. Giennii, & R. P. Franciscum de Bilches in suo Martyr. Japon. Kalendario die 8. Junii.

JOANNES à S. Martha. Patria hujus Viri Apostolici Catalonia, Provincia Mater, Provincia S. Jacobi Regularis Observantiæ, ex qua ad Fratres Minores Discalceatos Philippinarum transiit, & apud eos domicilium propriæ habitationis accepit; inde ad conversionem Japonicam ibit: ubi brevi sex mensium tempore linguam Nationis illius edoctus, ibi per tredecim annos invicta firmitate laboravit. Erat in eo vera perfecti Minoris effigies, erga pauperes, & præsertim leprosos, charitate ferventissimus, numquam otiari visus est; numquam, aut prædicatione, aut à confessione, aut à manuum operatione cessabat: Regulæ puritatis observantissimus, nudipes semper incessit, vili & repetiata tunica contentus, paupertatem Seraphicam ad litteram observavit. Uno verbo: talis erat, qualiter Fundator Ordinis Franciscus, & Reformator Petrus propriis institutis effingere potuissent. Postquam igitur per tredecim annos, inter Discalceatos Japonii Apostolos, & inter ejusdem Regionis Populum summo omnium amore conversatus esset, die 24. Junii Patrono suo Charissimo sacra, anno vero 1615. propter fidei dilatationem detentus est.

Contigit autem ejus apprehensio sequenti modo: Cum Ministri Gentiles omnes Sancti Evangelii Pręcones è Civitate Nangasacho in alias mundi partes relegassent, acerbam ovium Pastoribus destitutarum stragem in Regno Arimæ ediderunt. Qua non sine vehementi cordis mærore audita, Vir iste strenuus, qui in prædicta expulsione cum aliis quinque Fratribus suis latuerat, & se Fidelium necessitatibus reservarat, subitò cucurrit; ut tenellum Christi gregem in hoc Arimæ Regno periclitantem juvaret, & solidaret: quare quotidie carceres, & patibula frequentabat, ut pabulo verbi, ut confessionis remedio, ut Eucharistiæ Viatico Fideles martyrio subeundo destinatos aleret, & ad Patriam cœlestem duceret. Postea in Regnum Vomuræ se transtulit, infatigabili zelo semper nudipes,

pes, & pauper totius Regionis loca percurrens: hic octo diebus, ibi quindecim manens, ut omnibus ad salutem prodesset. Necessaria proculdubio fuit hujus Viri prędicatio Vomurę Regni Christianis; illi namque veri Dei Sacerdotes, & verbi Sacri Ministros audire non soliti, jam omnia fidei nostræ dogmata dedidicerant, & plerisque in Apostasiam lapsis, tota gentis illius Christianitas proximam minabatur ruinam. Quibus malis promptiori, quo potuit, remedio bonus Medicus subvenit: immo ut facilius ministerium suum impleret, modestia sua, & doctrina, sanctaque vivendi ratione sibi Proregis amorem conciliaverat. Potuisset etiam liberè Christi Regnum annuntiare; firmare, & extendere, nisi falsorum Deorum Sacerdotes invidia exagitati, metum Imperatoris Proregi incutientes, ipsum ad ferventissimi Patris apprehensionem induxissent. Captus itaque fuit, durèque constrictus, & Imperatoris mandato in publicum reorum carcerem Civitatis Meaci translatus. Quanta in eo ergastulo pertulerit incommoda, quis dicet? Erant in eo loco atrocium criminum rei morti destinati, qui Idolatriæ tenebris obvoluti, & pejoris pœnis effecti, desperationem & malitiam damnatorum imitabantur.

Inter eos autem, velut Agnus mansuetus inter lupos, patiens Dei Prædicator Joannes versabatur, qui die noctuque à laudibus divinis non cessans, alios ad patientiam pœnarum, ad pœnitentiam scelerum, ad detestationem Idolorum hortabatur. Illi verò tanquam multa febre phrenetici in Medicum, eos curare volentem, insurgebant, & illum sputis, colaphis, ictibus, & injuriis afficientes, nonnumquam semiexanimem relinquebant, quos cruciatus, & ærumnas in scripta ad V. Patrem Ludovicum Gomezium Epistola Vir humilis commemorans, dicit, *se tunc incœpisse veræ, & solidæ mortificationis experientiam facere*. Tribus igitur annis in tam horrendo carcere transactis, venit tandem ejus hora, in qua extra Civitatem eductus, stipatum omni virtutis exercitio martyrium capitis abscisione complevit. Corporis Servi Dei in minutas partes Tyranni jussu discerpti reliquias Christiani sedulò collegere, caput autem in alto suspensum, & custodibus commissum cum inferius scripta Japonicis litteris ejus sententia publicis oculis expositum fuit, diverso Dei, & Impe-

peratoris motivo : Patris enim Cœlestis voluntas justa, & sancta Christianorum devotioni consuluit; Imperatoris verò furor, & rabies Religionis Catholicæ opprobrium intendit. Ex Tiburtio Navarro de Fructibus posthumis S. Petri de Alcantara cap. 12. Chronologo Provincię Sancti Jacobi tom. 2. & Arturo 14. Augusti.

JOANNES de Palma, Toletanus, Provinciæ S. Joannis Baptistæ alumnus, laicus, qui mare trajiciens, ut illis efferatis gentibus Evangelii lucem diffunderet, apud Insulanos Molucenses necatus est anno 1614. De ejus Canonizatione agitur, ad cujus Processus conficiendos litteræ petuntur Apostolicę, uti constat ex Libello Neapoli edito an. 1626. apud Typographiā Joannis Dominci Roncalioli. Ex Rapinæo Hist. gener. Ord. Recollect. part. 1. præfat. §. 4. Gravina part. 2. cap. 24. in voce Turturis, Arturo in Martyrologio die 6. Januarii, Vvadingo, Antonio de Huerta, Chronologo laudatæ S. Joannis Provinciæ tom. 1. lib. 8. cap. 82. ac Antonio de la Llave Triean. 13. fol. 1380.

JOANNES à S. Philippo, Confessor, Provinciæ Discalceatæ S. Pauli professus, cui quoniam voluntas martyrii non defuit, quod etiam gravissimos pro Dei honore, & hominum salute labores sustinuit, in isto brevi Heroum Discalceatorum elogio locus denegari non debet. Ille enim post multos annos in prædicatione, & Gentilium conversione translactos, gravi morbo afflictus in montem Fimitonguæ secessit; cumque mortis suæ transitum adesse cognovisset, rogavit humiliter Dominum, ne eum (qui Sacramentis administrandis indefesse laboraverat) participatione destitutum relinqueret: voluntatem timentis se fecit Deus, & orationē pauperis exaudivit; nāq̄ ipsi vita ad triduum prorogata, Sacerdotē Tertii Ordinis misit, qui Sacramenta Confessionis, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis ei cōtulit. Postea quasi alterum Simeonem Christus dimisit Servum suum in pace, & cum ad salutaris sui visionem intuitivam perduxit. Ex Tiburtio Navarro de Fruct. posthum. S. Petri de Alcantara c. 16. Gaspare à Fonte fol. 48. Histor. nostri Toletani Capituli ann. 1633. Martino à S. Josepho tom. 2. Chron. lib. 4. cap. 17. Antonio à Martyribus Conv. 1. Prov. Sancti Pauli Joanne à Jesu in sua Relatione fol. 13. & Francisco à S. Agnete part. 2. Chronicæ Provin-

vinc. S. Gregorii lib. 7. cap. 25. Conveniunt N. V. Philippo (de quo in meis Chronicis) verba illa S. Athanasii in Apologia de
„ fuga sua, ante medium: *Sanc-*
„ *ti hominis* (inquit) *cum hanc*
„ quoque formam à Salvatore
„ didicissent (ab ipso enim, &
„ antea, & semper omnes do-
„ cebantur) adversus persecu-
„ tores ut legitimè certarent, fu-
„ giebant, & ab illis quæsiti se
„ abscondebāt. Cum enim præs-
„ tituti sibi à divina providentia
„ temporis finem ignorarent,
„ nolebant insidiantibus se te-
„ merè tradere; sed contra, cum
„ scirent, quod scriptum est: In
„ manibus Dei esse hominum
„ sortes, & Dominum mortifi-
„ care, & vivificare; potius in fi-
„ nem usque perseverabant, cir-
„ cumeuntes, ut ait Apostolus,
„ melotis, & pellibus caprinis,
„ egentes, angustiati, in solitu-
„ dinibus errantes, & in spelun-
„ cis, & cavernis terræ latentes,
„ quoad vel diffinitum mortis
„ tempus veniret, vel qui tem-
„ pus ipsum definierat Deus
„ cum eis loqueretur, & insi-
„ diantes cohiberet, aut certè
„ persecutoribus eos traderet,
„ utcumque illi placuisset.

JOANNES de Prado, Hispanus nobilis, insignis Prædicator, primus Provincialis Minister Provinciæ S. Didaci in Bætica, signis ac virtutibus clarissimus, cum martyrii desiderio flagraret, in Marochiano Fesanoque Regno Christi fidem, vel sustinere, vel propagare studeret, in Africam profectus est. Ibidem spiritus fervore, Apostolicoque zelo enitens, opprobriis, & ærumniis satiatus, velut alter Stephanus, Laurentius, ac Sebastianus sagittis confixus, igni traditus, & lapidibus obrutus, sub impio Rege Amulei El-Gualis martyrii gloriam adeptus est anno 1631. die 24. Maji. Extant Processus in ordine ad ejus Canonizationem examinati in Romana Curia, Decretum quoque Clementis XI. declarantis, *constare de martyrio, & causa martyrii, necnon de uno ejus miraculo*, ut in prima hujus Bibliothecæ parte littera I. monui; quare de die Canonizationem expectamus. Ejus gloriosum triumphum celebrarunt Angeli cantantes, in quorum manibus palma, & corona pulcherrima conspiciebatur. Ejus acta recensent Joannes à Trinitate, Gaspar de la Fuente, Gennesius de Ocaña, Antonius de Huerta, Antonius Panes, Gabriel Aranda, Antonius de Truxillo, Dominicus Gubernatis, Frigdianus Castanorius, Joannes Baños apud nos-

nostrum Chariss. Fr. Franciscum de Jesu Maria tom. 3 Missionum Africæ, & tom. 1. Chronicæ laudatæ S. Diduci Provinciæ lib. 3. cap. 40. quibus adde tanto Martyre quatuor mundi partes à nostris Discalceatis adæquatè sanguine proprio, & sanctitatis titulo consecratas, ut prænotavit eruditus Author cujusdam Carthæ expansæ Cosmæ III. Duci Etruriæ sacræ, Romæque impressæ anno 1712. ubi explicans verba illa Seraphici Patris nostri Francisci, qui in Extremaduræ non procul ab Oppido Robledillo cum Aquilam volantem conspexisset, divino afflatus spiritu sequentibus Discipulis dixit: *Ad illius Aquilæ fluenta perpetuò ardebit facula, Deoque optimo Maximo fidelissimè servietur.* Tertiam expositionem addiciens littera F, ,, sic ait: *Fax prodiit, & tertia.* ,, An solem dixerim? S. Petrus ,, de Alcantara, Seraphici Eliæ, ,, spiritus duplicis, Eliseus, to-,, tus zeli, & charitatis ignis, ,, admirabilis pœnitentiæ Tor-,, rens, & altissimæ Contem-,, plationis tam præpes Aquila, ,, ut sæpe ad radices arborum ,, in genua provolutus ramos, ,, velut avis volando continge-,, ret, maximè ad conspectum ,, Crucis; qui, ut uno verbo di-,, camus omnia, & Seraphici ,, Patris in Ordine Minorum ,, Apostolicum renovavit spiri-,, tum, & in se Patrem: unde ,, Discalceatorum cohors, cu-,, jus Ducatum (in sua postre-,, ma forma) gessit, miris vir-,, tutibus mundi replevit am-,, bitum, ac illustravit heroicis ,, viris Americam; Sancto Pal-,, chale Europam; viginti tri-,, bus BB. Martyribus Asiam; &c ,, novissimè Martyre de Prado ,, Africam.

Ad rem, ni fallor Rupertus Abbas lib. 7. in Apocalypsi ,, cap. 12. fol. 115. Num quid ,, illic tantum, ubi visibiliter ap-,, paruerunt Sancti Angeli piis ,, martyribus, præsentes fuisse ,, credendi sunt? Immo, ubi, & ,, visibiliter non apparuerunt ,, præsentes, semper affuerunt, ,, compatientes patientibus, ad-,, hærentes laborantibus, vul-,, nera dinumerantes, sangui-,, nem profluentem metientes, ,, responsa singulorum conscri-,, bentes, & inter hæc omnia ,, preces, gemitusque morien-,, tium aureo thuribulo, ve-,, lut incensa multa concremans ,, ante oculos Domini Dei, & ,, illius, qui raptus fuerat ad ,, thronum ejus Filii victoriosi, ,, perferebat Michael. In laudata S. Didaci in Bætica Chronica lib. 3. cap. 36. extant duæ Antiphonæ privatè quotidie reci-

citatę, à Fr. Alphonso à S. Didaco, quem à continuis scrupulis temporalique morte, gloriosus Martyr liberaverat. Sequenti fruere:

O Robur Hispaniæ,
Honor, atque decor,
Gloriaque Minorum!
O stupor, & pavor
Gentis Marochiorum.
Qui inenarrabili
Constantia de Tyrano,
Impioque Rege,
Proprio cruore
Triunfasti:
Et flammam ignis
Efflato æstu
Exuperasti.

ORATIO.

Omnipotens, & mitissime Deus, qui ardentissimo charitatis, sinceritatisque dono; ac spiritu humillimum servum tuum Joannem decorare dignatus es, & martyrium subire mirabile fecisti: præsta nobis, quæsumus, famulis tuis, ut ad tuam immarcescibilem gloriam, ejus meritis, & imitatione, tua cooperante gratia, pervenire valeamus. Per Dominum &c.

JOANNES de Torrella, ex Oppido Alcudia Valentini Regni oriundus, solemni professione emissa in Conventu S. Joannis de la Ribera Discalceatæ S. Joannis Provinciæ, in eaque exemplaritatis nota commoratus, Patre luminum inspirante, ut animas ipsi lucrifaceret ad Philippinarum Insulas, indeque ad Japonense Regnum transivit. Ibidem Apostolici Concionatoris partes implens, post carceres & ærumnas, novo martyrii genere triumphavit an. 1634. Cum Venerabili Martyre Gennesio de Quesada, qui ligatis ad trabes pedibus, capitibusque deorsum in subterraneas speluncas scorpionibus, lacertis, viperis, aliisque venenatis bestiolis plenas, pendentibus, deficiente sensim halitu, spiracula vitæ à Christo accepta propter Redemptoris gloriam emiserunt. Joannes à Jesu in Catalogis nostrorum num. 35. Tiburtius Navarro de Fruct. posthum. S. Petri de Alcantara cap. 17. Antonius de Huerta in Historia S. Petri de Alcantara lib. 3. c. 15. Antonius Panes tom. 2. Chronicæ Provinciæ S. Joannis lib. 8. cap. 82.

JOANNES Zuazo. Hispanus erat, nobili familia apud Methymnam Campi natus, Ordinem Minorum intravit, & in Conventu S. Francisci Vallisoleti inter Patres Observantes pro-

professionem emisit. Verùm zelo strictioris regularis disciplinæ inflammatus ad Monasterium Reformatorum, seu Recollectorum in eadem Provincia se contulit, ubi sex annis vitam prorsus cælicam duxit. Inde ut altiorem perfectionis gradum pertingeret, ex Provincia Conceptionis transiit ad Provinciam S. Gabrielis Discalceatorum, ac tandem in Italiam profectus, anno 1539. apud PP. Capucinos moram traxit; quousque maria trajiceret, locaque sancta inviseret, ann. 1550. Accepta itaque licentia à Superioribus mare transfretavit unà cum B. Alexandro Joanne, laico Fratre, vitę sanctimonia claro; & Terra Sancta tota lustrata in Alexandriam Ægypti perrexerunt, moxque Memphim, vulgò Cayrum, petierunt, ut inibi fidem Christi Saracenis annuntiarent. Quod cum opere complerent, & Mahometem, ut seductorem detestandum populo persuaderent, à (Baxa) Provinciæ Gubernatore comprehenduntur, & flagellis cæsi in tetrum carcerẽ conjiciuntur. Altera die educti, & in medium producti, dum his constantiores effecti redduntur, post verbera, & cruciatus ad perpetuum carcerem absque cibo, & potu damnantur, ut tandem fame, ac siti enecati intereant. Interim verò accidit, ut Christianissimi Galliarum Regis Legatus illac iterfaceret, qui audita illorum fama, à Baxa, è carcere liberari, ac sibi tradi imperat; at ubi ad carcerem ventum est, qui missi fuerant, S. Martyris Joannis Zuazo decapitati corpus humi exanimatum jacere, eumque devicto certamine, jam ad coronam evolasse, conspiciunt, & sic solum B. Alexandrum Joannem in liberum extraxerunt an. 15[illegible]. Agunt de eo Marcus Ulyssipon. part. 3. Chron. Minor. lib. 9 cap. 32. Barezzus ibid. 4. par lib. 2. cap. 18. Daza ibid. lib. [illegible] cap. 43. Salazar lib. 2. Chronicæ Prov. Castellæ cap. 12. Marieta lib. 17. Histor. Eccles. Sanctorum Hispanor. cap. 31. Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Conventu S. Francisci Pinciarum, qui est 1. Provinc. Conceptionis in Hispania, Moles in Memoriali Prov. S. Gabrielis Discalceatorum, Pizquetus in Catalogo Virorum Illustrium Ord. Minor. Vvadingus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1248. §. 24. Marianus libr. 24. Chron. Minor. strictior. Observant. Reformat. capit. 28. Algezira in arbore Epilogica totius Ordin. S. Francisci, Rapinæus in Histor. General.

ral. Orig. Recollect. Decad. 7. part. 2. §. 7. Boverius tom. 1. Annal. Capucin. ad ann. 1539. §. 1. & 1551. §. 2. & ex pluribus. Hinc corrigendus est Goustancourt. tom. 2. Martyrologii Equitum Melitens. fol. 234. qui eum vocat *Joannem Suarez*, Alexandriæque obiisse an. 1555. Hæc Arturus in Martyrologio Franciscano die 4. Januarii, §. 1. Consule Joannẽ de Calahorra Historiæ Syriæ lib. 5. cap. 17. & Joannem de Jesu Maria, lib. 3. Patrimonii Seraphici cap. 8. Ejus caput Venetiæ asservatur, ubi in S. Marci Basilica multis clarescit miraculis.

JOSEPHUS à S. MARIA, Lusitanus, Lamecensis, Discalceatæ S. Antonii Provinciæ filius, Missionarius Apostolicus, in Vico de Cayà prope fluvium Amazonum conversioni deditus, Indorum Apostatarum die 8. Septembris anno 1701. sagittis confixus, pro Christi nomine victor in Cœlum conscendit. Passus fuerat in Navi, è qua corpus ejus tulerunt; & in campos avibus, & feris expositum projecerunt. Septem verò mensibus elapsis, & quæsitum, & inventum fuit ibidem venerabile cadaver integrum omnino, atque illæsum, quod (unà cum ejus habitu etiam incorrupto) singulari devotione in Conventum S. Antonii Civitatis de Parà translatum fuit. Ex authentica relatione charissimi Fratris nostri Fr. Ambrosii à Conceptione, Concionatoris, ac Custodis Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Lusitano Regno, ad me missa die 7. Maji anni 1727. Vide *Martinus à Conceptione.*

Ex Patrib. ex Exposit. sup. Psal. 118.

Littera L Hæbraicè Lamed docere, exercere, discere, cor, stimulum, ac disciplinam significat.

LAURENTIUS Garralda, Navarrus, Provinciæ S. Gregorii fervidus alumnus, à Philippinis in Malucenses Insulas trajecit. Evangeliũ ferventissimis verbis prædicaverat in Insula de Manados. Cumque in Oppido Cale sancti Concionatoris partes impleret, pugione & lanceis transverberatur. Genuflexus martyrium est passus, septemque elapsis diebus similiter genuflexum cadaver, & emit, & in nostrum Manilensem Conventum, sub cujus Ara maxima re-

requiescit, transtulit, quidam nobilis, & devotus Hispanus. Cursū consummavit die 14. Februarii ann. 1632. Agit de eo N. Fr. Joannes à Jesu in suis laudatis Catalogis num. 31. Hunc Franciscum Geralde nominat Cantabrum, de capitatumque fuisse, refert, Antonius de Huerta lib.3. cap.15.

LUDOVICUS Gomez, Provinciæ Bæticæ primò, tandemque Provinciẹ Discalceaceatorum S. Gregorii in Philippinis Insulis alumnus extitit. Iste usque ad decrepitam octoginta annorum senectutem cum administratione, & innumerabilium Gentilium conversione occupatus, Japonii Regiones perlustraret, pericula frequenter expertus, ea semper (præter intentionem) evasit; donec (Deo permittente) captus cum duobus adjutoribus suis Japonibus, in carcerem Vomuræ intrusus est: ex quo deinde cum sociis, & benedicto Patre Sebastiano Viera Societatis Jesu Concaptivo suo in retrum Yendi ergastulum translatus fuit. Ibi auctis ærumnis, & pœnis, novo martyrii genere, ligatis scilicet ad trabes pedibus, capitibusque deorsum in subterraneas speluncas pendentibus, deficiente sensim halitu, illustres hi Martyres spiracula vitæ à Creatore accepta propter Redemptoris gloriam emiserunt anno 1637. Ipsum commemorat Antonius de Huerta lib.3. Histor. S. Petri de Alcantara cap.15. Tiburtius Navarro cap.17. fol.76. & 77. Franciscus de Vilches in suo Kalend. die 13. Februarii, Ximena anno Eccles. Mentosæ pag.547. Sicardo Histor. Jap. lib. 3. cap. 22. subdens, nostrum Ludovicum Bæticum, Vejanumque fuisse.

LUDOVICUS Sasandra, Natione Japo, dignitate Sacerdos, emissa professione in Sancta Provincia Mechoacanensi ac Provinciæ S. Gregorii, nostroque Venerabili Ludovico Sotello aggregatus, ejusque socius in tribulationibus & in eodem martyrii genere, fuit Vomuræ ann. 1622. crematus die 25. Augusti. Gaspar à Fonte Tiburtius Navarro, Augustinianus Sicardo, Didacus à sancto Francisco, necnon Marianus, Bzovius, Rapinæus, Gualterius, & Solierus apud Arturum in Martyrologio die 25. Augusti §. 58. O!

Disce uno Cœli, meliori ardore calere;
Disce uno unius igne flagrare Dei.

LU-

LUDOVICUS Sotello, Hispali ex nobili Sotellorum familia natus, in Salmanticensi Academia litteris egregiam operam dedit, & divino illustratus lumine in nostro S. Josephi, vulgò de el Calvario, celeberrimo Conventu strictiori Observantiæ Discalceatorum est aggregatus, (haud in Bætica S. Didaci Provinciæ, ut perperam Nicolaus Antonius tom. 2. Biblioth. Scriptor. Hispaniæ existimavit,) solemnem professionem emisit die 11. Maji ann. 1594. In nostra igitur Provincia aliquot annis summa cum laude transactis, audito insigni Beatorum nostrorum sex Japonii Protomartyrum triumpho, velut olim D. Antonius ad Marochii Martyrum, ipse ad Japonensium imitationem aspirare cœpit: quare ad Philippinarum S. Gregorii Provinciam, atque inde ad Japonorum Regna delatus, post decem annorum prædicationem tam fructuosam, tamque fœcundam, ut Christiani, & Gentiles publicè dicerent, se nunquam similem ei Concionatorem audivisse: In calamitosis illis persecutionis temporibus captus, & carceri mancipatus fuit. Ex eo à Mazamune Rege Voxu anno 1613. erectum, pro se Oratorem ad Pauli V. Pontif. Max. sanctitatem, & ad Philippi III. Catholici Majestatem pro magno Reipublicæ Christianæ incremento delegavit, quo munere summa cum Ecclesiæ lętitia perfunctus est. Restant adhuc publicis tabulis conscripta, & typis mandata apud Summum Pontificem delegationis Acta in audientia publica die 3. Novembris ann. 1615. & in aula Palatii Quirinalis, ex qua in Capellam Pontificiam intratur, inter alias Imagines in supremis parietibus depictas, celebriorum tanquam eximii Pontificatus successuum repræsentativas, prædicti Fr. Ludovici Sotello, & nobilis Equitis Japonis Taxecure Rocuyenonis ab eodem Mazamune Rege delegati, figuræ vivis coloribus expressè conspiciuntur.

Tam gloriosa commissione perfunctus, Matriti Concionem habuit ad Philippum III. qui imposita super humerum ejus sua larga manu exclamavit, dicens: *O verdadero hijo de San Francisco*! Paulus V. quem Cardinalem in pectore habebat, Episcopum Japonensem elegit, & publicavit. Testimonium perhibet N. Ludovicus fol. 1. suæ Relationis typis datæ à R. A. P. Fr. Didaco Collado, Dominicano, anno 1634. *Habito* (inquit num. 2.) *cum Sacra*

Congregatione Cardinalium consilio, decretum est, debere in præfato Regno Oxensi plaga Japoniæ alium institui Episcopum. Designavit autem ad id muneris SS. Papa me omnium indignissimum, & quatenùs assensum præberem, Deus Apostolicis verbis (quos Deus elegit, idoneos Ministros facit) reluctanti præcepit. Igitur cum tam gloriosa commissione perfunctus esset, & maximè Christianæ fidei propagatio ex obedientia à præfato Rege summo Ecclesiæ Rectori exhibita immineret, ecce quod inimicus homo Regni sui tyrannici destructionem, & potestatis tenebrarum dissipationem timens, Imperatoris Japonici mentem magis ac magis in Christianos commovit, unde prudentissimo Oratori Ludovico liber in Regnum Voxu non patuit accessus. Quamobrem diù in terris Hispanicæ dominationi subjectis retentus, interim sibi Fr. Ludovicum à Sancto Francisco (Safandra) insignis Martyris Japonis filiū, Ordinis Seraphici professum, & Ludovicum Baba Japonem in peregrinationem comites associavit. Tandem orta navigandi occasione, habitu sæcularis Hispani vestitus, unà cum sociis Japonico more indutis, in Sinensi Nave ad Imperium Japonicum transfretavit. Agnitus à Navis Patrono Proregis Nangasachi indignationē timente (gravis enim impendebat pœna in eum, qui sua in navi Sacerdotes, & Religiosos transtulisset) indicatus Gubernatori: cujus jussu illicò omnes apprehensi, & in cujus conspectu fuerunt deducti.

Pater autem Ludovicus non mortem fugiens, sed Ecclesiæ bonum quærens, ipse manifestavit se à Rege Voxu ad Romanum Pontificem fuisse delegatum; sed cum plus in animo Gubernatoris timor Imperatorij furoris, quam Regis Voxu, sibi alioquin amici, amor & gratia valuissent, non eum dimisit; sed ut jussa Monarchæ impleret, in carcerem Vomuræ transferri mandavit, in quo graves ærumnas, & morbos perpessus, post duorum annorum spatium cum sociis suis gemino Ludovico, die Dominica 25. Augusti (qua festum S. Ludovici Christianissimi, & invictissimi Franciæ Regis ab Ecclesia celebratur) cumque servis Dei PP. Petro Vazquez à S. Catharina B. P. Dominici filio, & Didaco Carvallo Societatis Jesu alumno, crudelis incendii flamma in eodem igne (quo prius ferventissimus Dei famulus Pater Apollinarius Francus, & alii

alii fuerant passi) crematus est. Projecti sunt deinde in mare cineres, ne à Christianis colerentur. Pro ejus, & eorum canonizatione litteræ petuntur Apostolicæ. Fr. Franciscus à Sancta Agnete part.2. Chronicæ S. Gregorii lib. 7. cap. 10. 11. & 12. Joannes à Jesu in suis Catalogis num. 23. Gaspar de la Fuente, Sicardo, Didacus à Sancto Francisco, ac Vvadingus immeritò ipsum Provinciæ Bæticæ adscribens. Consule Arturum die 25. Augusti §. 58. Annales Hispalenses ann. 1611. Petrum Antonium de Venetia tom. 1. Horti Seraphici part. 3. fol. 603. primamque partem hujus Bibliothecæ, verbo *Ludovicus Sotello.*

D. Ambros. Serm. 13. *in Psalm.* 118

MEm littera sonat in latinum ex intimis, vel ut alii, ignis ex ultimis.

S. MARTINUS ab Ascensione, Cantaber genere, quem filiæ suæ Philippinensi Provinciæ ejus provida Mater indivisa S. Josephi Provincia dedit, miræ paupertatis, orationis, & poenitentiæ fuit: orabat quotidiè Dominum, ut sibi (non quidem ad dexteram, vel ad sinistram daretur) ipsi gustandum porrigeret; ut enim verus Crucifixi discipulus esset, Crucem bajulare post eum volebat. Licet enim signum Ascensionis prognosticum præferret in nomine, non tamen in montem Transfigurationis, sed in collem crucifixionis, non in Thaborem, sed in Calvarium ascendere peroptabat. His dum intentus supplicationibus viveret, responsum accepit à Spiritu Sancto interius ei loquente, illum esse vivum lapidem Ecclesiæ Japonicæ constructioni destinatum. Ad Philippinas igitur transmissus, Philosophiam, & Theologiam docuit; inde in Japonium intrans, mox à provido S. Commissario Petro Conventus Osacani Superior nominatur. Tandem promissam sibi coronam ut consequeretur, Cruci affixus, & lanceis transverberatus, conversa ad Coelum facie, devotum populis circunstantibus spectaculum exhibuit. Ipse autem Martinus Pauper, & humilis Coelum dives ingressus est. Consulatur Joannes a S. Maria, Martinus à S. Josepho, Vvadingus, Tiburtius, Navarro, Marcellus à Ribadeneira, Arturus, Antonius de la Llave, Daza, Innocentius Neapolitanus in Officio SS. Martyrum Japonensium, Peregrinus, Francis-

cus

cus Thielmanus in Histor. Martyrum Japonen. & Petrus Antonius de Venetia in Legendario. Vide *Petrus Baptista*: Et audi eruditum Lequile tom. 1.
„Hierarch. Franciscanæ: Beatus
„ Pater Martyr Martinus, etiam
„ Concionator, & verè Mars
„ Seraphicus, qui ascendens
„ cum Christo Hierosolymis
„ per martyriũ, ascendit trium-
„ phans ad Christum per Hie-
„ rusalem, scilicet, per visionem
„ pacis.

MATHIAS de Castañeda, Valentinus, strictiori Discalceatorum Observantiæ in Conventu S. Joannis de la Ribera Provinciæ S. Joannis Baptistæ nomine dato, martyrii desiderio flagrans in Mexicanam Urbem profectus, ibidem aliquot annis moram protraxit. Sed cum in meditatione sua exardesceret ignis, ut illum mitteret in corda Indorum, se ipso fortior in Regiones desertas, & longinquas secessit, ubi ejus Apostolica prædicatione duodecim mille animas à falso Idolorum cultu ad Religionis nostræ veritatem traduxit. A Barbaris tandem Indis captus, in odium fidei primò evisceratus, secundò crucifixus, ac tandem ingurgitatus, martyrii palmam est adeptus anno 1617. Ejus martyrium describunt Antonius de Huerta lib. 3. Historiæ S. Petri de Alcantara cap. 15. ac Antonius Panes tom. 2. Chronicę laudatæ Provinciæ lib. 8. cap. 72. Consideranti mihi N. Martyris pellem crudeliter distractam occurrit S. Bernardus serm.
„ 27. in Cant. dicens: *Ni ex-*
„ tenti sicut pelles super omnem
„ terram, legem vitæ, & disci-
„ plinæ digito quidẽ Dei scrip-
„ tam in semetipsis ostendunt,
„ ad dandam scientiam *salutis*
„ plebi ejus: ostendunt & Evan-
„ gelium pacis, quoniam Salo-
„ monis sunt pelles. Agnosce
„ jam in his pellibus superna-
„ rum illarum imaginem, quæ
„ in Sponsi ornatu, non longè
„ superiùs describebantur.

MARTINUS à Sancto Bonaventura, laicus, Provinciæ S. Gregorii filius, martyrio laureatus ad Astra petiit. Ex N. Fr. Joanne de Jesu in laudatis Catalogis nostrorum Martyrum num. 36. Circunstantiæ hujus martyrii desiderantur.

MARTINUS à Conceptione Ulyssiponensis, Discalceatæ Provinciæ S. Antonii filius, Sacerdos, & socius Venerab. Martyris Josephi à Sancta Maria (cujus memoriam fecimus) eodem anno 1701. ac die 8. Septem-

tembris, ibidem pariter sagittis confixus, animam Deo reddidit. In agone apparuit Religiosus quidam habitu Minoritico indutus, Crucem manu gestans, & stetit in medio eorum. Corpus etiam Venerabilis Martini omnino illæsum, integrum, & flexibilem, post septem menses in campo inventum, translatum cum corpore sui laudati Socii in Conventum S.Antonii Urbis de Parà, post triduanam expositionem devotioni Fidelium sub Altari majori requiescit. Uterque nonnullis insignitus est miraculis. Ex authentica relatione ocularis testis charissimi Fratris nostri Fr. Ambrosii à Conceptione, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Custodis, ad me missa die septima Maji anni millesimi septencentesimi vigesimi septimi.

MICHAEL N. Discalceatæ Provinciæ S. Antonii in Lusitano Regno alumnus, anno 1599. die 14. Februarii eodem martyrii genere, quo ejus Venerabilis Frater Hieronymus à Spiritu Sancto (cujus memoriam fecimus) ab Indis occissus, confessus est nomen Domini nostri JesuChristi. Ex Georgio Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani die 14. Februarii.

Littera P, id est, paupertas, habet vim significandi litteram R, id est, Regnum Cœlorum. Hæc mundus non intelligit.

Posnaniensis Dom.2.Quadr.fol.365.

PAULUS à Sancta Clara, Japo (quem noster illustris Martyr Apollinaris Minoris Discalceati, laici habitu induit, & post annum exacti in carcere rigidi Noviciatus ad emissionem votorum recipit) post longas captivitatis ærumnas, crudeli flamma Vomuræ devoratus, martyrii palmam sibi comparavit anno 1622. Vvadingus, Tiburtius Navarro, Antonius de la Llave Trienn. 14. cap. 37. Gaspar de la Fuente fol.43. nec non Rapinæus, qui, apud Arturum die 12. Septembris, testatur agi de ejus Canonizatione, ut constat ex Libello Neapoli edito anno 1626. apud Typographiam Joannis Dominici Roncalioli.

PETRUS ab Assumptione (nor: ab Ascensione) ex Oppido Cuerva in Archiepiscopatu Toletano, strictiori Observantiæ Provinciæ S. Pauli Veteris Castellæ nomenque, & gloriam singu-

la-

larissimam dedit. Singularissimam dixi: in hac quippe Provincia authoritate Apostolica divisa à Provincia S. Josephi anno 1594. moram traxit usque ad annum 1608. quo tempore Præsidentis, & Magistri exercens officium in Conventu Oppidi Martin Muñoz ejusdemmet Discalceatæ S. Pauli Provinciæ, descriptioni Indos petentium album, & nomen dedit. Virtutibus onustus (verbis utar nostri Matthæi à Nativitate fol. 22.) naulum dedit fidei Mercator ditissimus. Transiens Insulas Philippinas, Japonas attigit optimus Regionis illius Domino Operarius fidelis, non timidus mercenarius. Post multam fidei segetem datam, vel novè collectam, vel veterem rubigine repurgatam, multum hinc Japonibus charus, post multas sibi paratas insidias, in dirumque, trucemque carcerem Vomuræ inclusus, tenebris, & inedia, pedoreque horrendum, post multos squalores, in sancta contentione cum Venerabili Patre Joanne Baptista, è Societate Jesu, cui, ut Prælato erat obediens, ad montem Modicum (Hermoniim sonat., qui fuit Calvariæ) tracti, capite sunt pro fidei professione truncati. Petrus primus primo ictu, Joannes secundo; sed uterque, ut Divus Joannes Baptista sunt venerati sunt ab indigenis Christianis, in odium ab aliis projecti in mare. Nostri Petri cadaver in capsa inclusum cum alio Venerabilis Fr. Ildephonsi Navarrete, Dominicani; in altum mare projectum, multo lapidum pondere onustum, post duo menses est in littore inventum. Ascenderunt in Cœlos Maji 22. anno 1617. Consule Antonium de la Llave Trienn. 12. Ejus celebrat martyrium R. A. P. Fr. Josephus Sicardo, Augustinianus, lib. 3. Histor. Japon. cap. 2. Martyrio 1. his verbis:

„ Primeramente en Omur „ (que llaman otros Vomura „ en veinte y dos de Mayo d „ mil seiscientos y diez y siet „ fueron degollados por la Fe „ de Christo el Padre Fr. Pedro „ de la Assumpcion, Theolo„ go, y Predicador Apostolico, „ natural de la Villa de Cuerva „ de el Arzobispado, y Reino „ de Toledo, hijo de la Pro„ vincia de S. Pablo, de el Or„ den de S. Francisco, y el P. „ Juan Baptista de Tavara, ó „ Machado, Theologo, y Pre„ dicador Apostolico, Portu„ guès de nacion, natural de „ las Islas Terceras, de la „ Compañia de Jesus, cuyas „ Reliquias veneraron los Chris„ tianos, luego que fueron lo„ dos

„ dos Siervos de Dios marty-
„ rizados. Pro ejus Canonizatione extant tres Processus confecti, & in folio Romæ impressi, ann. 1675. 1685. & 1690. Pariter eorũ concinunt Triumphum Vvadingus, Bollandus, cum quibus, & aliis Fortunatus Huever in Monologio Franciscano die 22. Maji concinens:

Non satis est pugna; redeunt spectacula Christi,
Sanguine Christiadum solida petra manet.

PETRUS de Abila, almæ S. Josephi Provinciæ filius, ex Hispania ad Philippinas, & ex istis ad Japonium accedens, annuntians populo scelera eorum, post vincula, gravesque contumelias, pro Christi nomine lento incendio crematus fuit Nangasachi die 8. Septembris anno 1622. Vvadingus, Tiburtius Navarro, Dominicus Collado, Augustinianus Sicardo, Antoniusque de la Llave Trienn. 14. fol. 1520. Et Processus pro ejus Canonizatione confecti ann. 1675. 1685. & 1690. Romęque in folio Typis dati.

S. PETRUS Baptista, Vicum S. Stephani Diœcesis Abulensis natalitium splendore coruscavit, Salmantinam Universitatem suis studiis (Theologiæ ibidem vacavit, cujus Tractatum de Prædestinatione propria manu scriptum Purissimæ Conceptionis Peñarandinensis Conventus Provinciæ S. Pauli, ubi Philosophiam docuit, decentèr asservat) ac sua solemni professione S. Josephi Provinciam, & peculiaritèr S. Andreæ Arenarum celeberrimum Conventũ. Omnium Fratrum (Tiburtium Navarro audi cap. 6. de Fructibus posthumis S. Petri de Alcantara) humillimus, obedientissimus, pœnitentię, & orationis amantissimus habebatur, qui prædicationis officium cum maximo audientium progressu exercevit. Cum autem ad Philippinas transmeasset Custodiæ pręfici, & à Philippo II. Catholico Monarcha Episcopatui Camerinarum destinari meruit; sed sanctiori desiderio motus conversionem Infidelium ambiebat; quare in Japonium (licèt ægrè accepto Legati munere) profectus est. Quid ibi pro Dei gloria, fidei Catholicæ exaltatione, Christianorum, & Gentilium salute corporis, & animæ patravit, quis enarrabit? Igitur Petrus Baptista cum gemino sui Patroni munus implesset; cum (velut olim Apostolorum Princeps) Infideles multos ad fidei dogmata convertisset; cum (sicut Christi Præcur-

ſor) pœnitentiam omnibus prædicaſſet, & viam Domini in Eremo Japonii præparaſſet, innocentiſsimam vitam pretioſa in conſpectu Domini morte concluſsit: & qui Petri Apoſtoli fidem in genere mortis imitatus eſt, officium quoque Baptiſtæ in patibulo Crucis accepit, dum Japonuum Protomartyr effectus, primus cœleſtis gloriæ viam monſtravit verbo ex exemplo, dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi.* Hactenus Tiburtius Navarro.

Baptiſtæ noſtri, ſuorumque illuſtrium Commartyrum celebrant triumphum Arturus, Gubernatis, Vvadingus Bollandus, Llave, aliique non inferioris notæ Authores apud Fortunatum Huever videndi in Monologio Franciſcano die 5. Februarii, hiſce verbis accinentem:

Abjicit exoſſum furibundus Japo triumphum
Chriſti; ſed renovat lancea aperta thronum.

Eorum ſignis, & miraculis ritè probatis, ut in ſexta lectione ſui Officii Romani Seraphici legitur: *Sacrorum Rituum Congregatio ad eorum Canonizationem quandocumque devenire poſſe decrevit.* Et Urbanus VIII. habita hujus Decreti relatione Officium pro die 5. Februarii, qua iidem Martyres paſsi ſunt, ut quotannis celebraretur, indulſit. Franciſcum Aurelianenſem conſule in Hiſtor. Protomartyrum Japonenſium, & partem primam hujus Bibliothecæ verbo *Petrus Baptiſta*, quem ſymbolicè ſignificarem illo aquilæ cum lemmate: *Per tela, per hoſtes.* Elephantis cum inſcriptione: *Dant vulnera robur*, Cruciſque epigraphe iſto: *In morte vita.* Verba ſubjicio doctiſsimi Reformati Fr. Didaci de Lequile tom. 1: „ Hierarchiæ Franciſcanæ: Beatus Pater Martyr *Petrus* Baptiſta Commiſſarius, qui ultimus præcatus eſt crucifigi: *Super hanc petram ædificata Eccleſia Franciſcana* Reformata, „ per martyrium ab Eccleſia „ Romana declarata, & approbata, portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

PETRUS Odivor, Sacerdos, Diſcalceatæ Provinciæ Pietatis filius, Apoſtolicis Miſsionis deditus juſſu Petri II. Luſitaniæ Regis; in ſua India pro fide Catholica martyrii coronam conſtantiſsimo animo excepit. Ex Epiſtola præfati Regis ad laudatam Provinciam miſſa, teſte Chariſsimo Fr. N. Fr. Franciſco de Caſtelho à vitæ ejus actuali Provinciali Miniſtro in ſua Re-

Relatione ad me missa hoc anno 1727.

PETRUS N. Belvisii Conventus Provinciæ S. Gabrielis alumnus, in Africam transivit, ubi propter fidei prædicationem truculentis Infidelium manibus mactatus est die 21. Februarii anno.... Vvadingus, Antonius de Huerta in Histor. S. Petri de Alcantara lib. 3. cap. 15. Joannes à Trinitate in Chron. tom. 1. lib. 2. cap. 29. Joannes Baptista Moles cap. 27. Gonzaga 3. part. Provinc. S. Gabrielis Conventu 4. Antonius de Truxillo tom. 2. in Apparatu num. 32. Alphonsus Fernandez lib. 2. Historiæ Placentinæ fol. 163.

S. PHILIPPUS à Jesu, Mexicanus, olim respexit retrò, sed post gestam in Sina mercaturam factus denuò Minor in Provincia S. Gregorii, cum in Novam Hispaniam traiicere vellet, Navi (qua ferebatur) in Japonii littus rejecta, ab Infidelibus apprehensus est. Jactura ergò ratis Sancti Philippi titulo consacratæ occasio salutis nostro Philippo fuit; nam qui, adversantibus ventibus, ad Novam Hispaniam appellere non poterat, post multa carcerum, & longi itineris incommoda, secundam post naufragium invenit tabulam, Crucem scilicet, in qua lanceis transverberatus, & invocato Jesu nomine, in novam Hierusalem fœliciter intravit die 5. Februarii anno 1597. Singillatim de ejus vita, gloriosissimoque triumpho Librum in publicum misit Chronologus Mexicanæ Discalceatorum Provinciæ Fr. Balthasar de Medina. Ejus fœlicissimam Matrem, Salmanticensem, testem ocularem fuisse solemnitatum suæ Beatificationis in Mexicana Urbe non est oblivioni dandum. Referunt graves Authores, & ego in meis Chronicis tom. 1. lib. 5. Arcorum consule die 5. Februarii. De ipsoque agens Didacus de Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ hæc verba facit: „ Beatus Martyr Philippus à „ Jesu, Sacerdos. Jesus etiam „ fuit, qui dixit Philippo Apos- „ tolo, hunc Philippum Minori- „ tam præfiguranti: *Unde eme- „ mus panes, ut manducent hi?* „ Emit Christi panes delicatos, „ ac pretiosos ex ingenti Fra- „ trum Minorum pœnu, de „ quibus jam diximus juxta „ doctrinam D. Antonii. Prio- „ rem panem, quem emit Sal- „ vator ex nostris Reformatis „ Hispanis à Philippo suo vo- „ luit administrari. Lege Joannem à Sancta Maria, Martinum à Sancto Josepho, & Au-

gustinianum Sicardo præcitatos.

Incipit littera R es, quæ Latinè caput dicitur, vel primatus.

S. Ambr. serm. 20. in Psalm. 118.

RICARDUS à Sancta Anna, natione Belga, inter Recollectos primò, secundò verò inter Excalceatos nostros Provinciæ S. Josephi, homo verè Apostolicus, post vincula, & horrendum Vomuræ carcerem, inter fœlices, quorum per funera Christi crevit Evangelium ad sexcenta millia connumeratus Nangasachi die 10. Septembris anno 1622. per ignem deductus est in æternum refrigerium. Memores sunt ipsius Vvadingus, Tiburtius Navarro, Antonius de Huerta, Arturus, Didacus à S. Francisco, Sicardo, Lequile tom. 1. Franciscanæ Hierarchiæ cap. 9. Antonius de la Llave Triennn. 14. Petrus Antonius in Legendario Franciscano, missis Chronologis aliis. Agitur de ejus Canonizatione, ut constat ex tribus Processibus confectis annis 1675. 1685. & 1690. Romæque Typis datis.

Nos humiliati per S bajulare debemus Crucem, non angariare.

Joachimus apud Alba Tab. 9. art. 6.

SEBASTIANUS à S. Josepho, Methymnæ de el Campo nobili ex prosapia natus, & nostræ S. Pauli Provinciæ professus, Vir arduarum virtutum, martyrii à teneris annis amantissimus, in Philippinas pertransiit. Expeditionem suam decurrens in Malucanis Regionibus, quinque præcellentes Regulos aqua baptismali Christo devicit, & crudam alioquin generationem illius Regionis Christianæ moralitatis elegantia non paucis in locis expoliavit. Interim Navigio euntem pyratica gens Batavorum deprehendit, contumeliisque affectum in desideratam postea Insulam ejecit. Ille verò præsenti auxilio Dei promotus, in Insulam Tagolandæ cum socio delatus, gentem Mahumeticæ vesaniæ cultricem longis sermonibus confundens, & vincens, ad extremum illius terræ sistitur, & confestim morti adjudicatur, feriturque gladio; sed postea quam velut signum ad

ad sagitam expositus, spiculis toto corpore confixus est. Quibus peractis, truncum corpus in aquas demergitur, sed ipsis aquis supernatans, ostendit cilicium lumbis affixum rigidè accuminatum, quod Vir Dei ad extremum martyrii agonem retinuerat. Flagellum quoque disciplinæ illius à Barbaris ludibrio habitum, & in mari toties quoties rejectum, ad littus eminenter delatum est. Interim Cruce miraculosa ad locum martyrii divinitas ostensa, multi prodigio moti ad Christum properarunt. Pro ejus Canonizatione litteræ petuntur Apostolicę ad processus conficiendos. Scribunt de eo Vvadingus, Marianus, Rapinæus, Arturus, & alii apud Fortunatum Huever in Monologio Franciscano videndi (missis Chronologis Joanne à Sancta Maria, & Martino à Sancto Josepho) ipsi Martyri canentem:

Oppletam pharetram, si vis spectare sagittis,
Ecce! Tibi Martyr viva pharetra fuit.

Ad rem, ni fallor, D. Bernardus serm. 29. in Cantica, dicens:

Vide ergo si non prudenter sagittari, & impugnari salubriter postulat sanctus, cum dicit in oratione: Confige timore tuo carnes meas. Optima timor iste sagitta, qui configit, & interficit carnis desideria, ut spiritus salvus sit. Sed & qui castigat corpus suum, & in servitutem redigit: nonne is tibi videtur etiam manum contra se pugnantis ipse juvare? Est & sagitta sermo Dei vivus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.

In prima omnium lingua

V

significat latitudinem, & longitudinem.

Ricardus lit. V. num. 2.

VINCENTIUS à S. Josepho, Provinciæ S. Didaci Discalceatorum in Mexicano Regno filius, aggregatus Provinciæ nostræ Philippinarum ad Japonium accessit ubi Fratrum suorum consocius, carceris particeps effectus, lento quoque incendio crematus fuit die 8. Septembris ann. 1622. Agunt de ipso Didacus de Collado in Histor. Eccles. Japon. fol. 176. Balthasar de Medina in Chronic. Discalceatæ Mexicanæ Provinciæ latè; Arturus, Vvadingus, & in tribus Procesibus pro ejus Canonizatione confectis, Romæque Typis datis annis 1675. 1685. & 1690. Antonium de la Llave con-

consule Trienn. 14. cap. 37.

VINCENTIUS à S. Laurentio, laicus, Discalceatæ S. Gregorii Provinciæ filius, unus fuit ex illis Christi nobilibus athletis, qui Nangasachi vivi in ignem conjecti martyrium consummarunt. De eo agunt Joannes à Jesu in utroque Catalogo num. 40. Antonius de Huerta lib. 3. Historiæ S. Petri de Alcantara cap. 15. fol. 354. Utrique Vincentio adaptare potes verba illa S. Augustini (serm. 8. in natali B. Vincentii) dicentis: *Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exustus in ignibus.*

Ut enim de Martyribus loquar, qui sanguine proprio testimonium Jesu Christo dederunt; quod est supremum perfectissimæ charitatis; post plurimos ex Discalceatis S. Gabrielis, aliisque per Hispanias Provinciis, qui per Americæ Regna Evangelium Dei suo cruore confirmatum prædicarunt suo loco recensendas: BB. Petrus Baptista, ejusque socii Japonensium Protomartyres ex Provincia Philippinarum in Beatorum Martyrum albo fuerunt ab Urbano VIII. descripti; quos deinde plurimæ similium Heroum cohorte integro Libro descriptæ, quorum causa in Ordine ad Canonizationem agitatur in sacra Congregatione; inter quos ut plurimùm de Philippinis, & Hispanis Discalceatorum Provinciis, etiam Richardus à Sancta Anna cum sociis suis ex Reformato Conventu Nivellensi Provinciæ Flandriæ ad id in Japoniam contenderant. In Molucis Insulis non difformiter duæ Martyrum cohortes pro Christo inter Barbarorum tormenta vitam profundere non dubitarunt. Ex Discalceata Provincia S. Didaci P. Joannes de Prado Prædicator insignis in Marochiana Missione in odium Christianæ legis fuit à Mahumetis occissus, de quo processus in Ordine ad Canonizationem facti examinantur in Curia. R. A. P. Fr. Dominicus de Gubernatis tom. 2. Orbis Seraphici lib. 7. cap. 9. num. 360.

R. P. Laurentius à Divo Paulo Sueco Regularis Observantiæ alumnus lib. 3. Historiæ S. Petri de Alcantara (Romæ impressæ anno 1669.) capite ultimo fol. 164. Non sine magno Ecclesiæ incremento, ac Religionis Franciscanæ gloria ex omnibus colligere fas est id, quod ex ista S. Gregorii Provincia aliquando ad piæ memoriæ Philippum IV. Regem Catholicum perscriptum fuit, verum esse, videlicet, in Japonem, ac Chinam ex illa Provincia Re-

ligio-

ligiosos fidei zelantissimos transisse, quorum plurimi Laurentii, ac Vincentii martyrio æmulantes, tanquam Pyropi, ac carbunculi in hac Orientali Ecclesia fulgere agnoscuntur. Eorum autem numerum usque ad annum millesimum sexcentesimum sexagesimum septimum quadraginta quatuor.

CONCESSIO S. D. N. URBANI VIII. celebrandi Missam, & recitandi Officium pro viginti tribus Martyribus ex Ordine Minorum S. Francisci de Observantia Provinciæ Discalceatorum Sancti Gregorii Philippinarum, & Japoniæ.

Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

SALVATORIS Domini nostri Jesu Christi, qui milites suos inclytos, quorum mors pretiosa est in conspectu ejus, immortalitatis coronis donat in Cœlis: vices quamquam immeriti gerentes in terris, pia Christi Fidelium, præsertim Catholicorum Regum vota, per quæ eorumdem Sanctorum Militum veneratio promovetur, & laudatur Dominus in sanctis suis, ad exauditionis gratiam libentèr admittimus, favoribusque, & gratiis prosequimur opportunis. Cum itaque sicut dilectus filius Petrus Baptista Procurator Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, Discalceatorum nuncupatorum, Provinciæ S. Gregorii Philippinarum, & Japoniæ, nuper exponi fecit, Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Præpositi in causa Canonizationis viginti trium Martyrum, videlicet, Petri Baptistæ, & sociorum ejus ex dicto Ordine, quorum nempe sex professi, cæteri verò laici familiares, & coadjuto-

jutores eorundem sex professorum erant, quique omnes pro Christi nomine in Oppido, Civitate nuncupato Nangasachi extramuros, in Regno Japoniæ Cruciafixi,& transverberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto nostro Tiberio tituli S. Priscæ Presbytero Cardinali, Muro nuncupato, discusa, censuerint, constare de martyrio, & miraculis. Ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque devenire posse; Superiores verò dicti Ordinis pro eo, quem erga eosdem Martyres gerunt devotionis affectum, Officium, & Missam de illis, donec ad solemnem eorum Canonizationem, pro qua non solum dictus Petrus eorundem Fratrum nomine, verum etiam Charissimus in Christo filius noster Philippus Catholicus, ac clarissima in Christo filia nostra Isabella Regina Catholica Hispaniarum, necnon universa Civitas Manilensis, & Chinensis, seu Machinensis, aliique nobis per eorum litteras ad nos transmissas humiliter supplicarunt, deveniatur, ut infra recitari posse plurimum desiderent. Nos piis eorundem Superiorum votis hujusmodi quantum cum Domino possumus annuere, aliisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis Excōmunicationis suspensi, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus dicti Petri eorundem Superiorum nomine nobis humilitèr porrectis inclinati, eorumdem Cardinalium consilio; ut de eisdem Martyribus tam ab omnibus dicti Ordinis S. Francisci Religiosis ubique existentibus, quam etiam aliis Ecclesiasticis, & Sæcularibus personis Manilensis Diœcesis taxat, ubi præcipui dictorum Martyrum pro Christi fide laborantes valde profecerunt, Officium, & Missam de communi plurimorum Martyrum die eorum natalis, videlicet, die quinta Februarii recitari, & celebrari respectivè, liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica authoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterique

con-

contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impreſsis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ eiſdē præsētibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 14. Septemb. Pontificat. noſtri anno quinto M.A.Marad.

Eccleſia in Officio Romano Seraphico Sanctorum Protomartyrum Japonenſium lectione ſexta:

Suorum Militum glorioſum certamen ſignis, & miraculis Dominus condecorare dignatus eſt. Quibus ritè probatis Sacrorum Rituum Congregatio ad eorum Canonizationem quandocumque devenire poſſe decrevit.

MARTYRUM

NOSTRORUM

TERTIARIORUM, CHORDIGErorum, Doxicorum, ac Familiarium

CHORUS SECUNDUS.

AD APOSTOLICOS NOSTROS Miſsionarios.

MAjorem ad pignora veſtra non poteſtis ad hibere pietatem, quam ſi per vos cognoſcant animarum Parentem: quam ſi per vos in boni Patris tranſeant adoptionem: quam ſi per vos efficiantur Cœli hæredes, & Martyrum fratres. Quapropter ſtudete eos ad Domini ſervitutem, quæ nobis ſola eſt cauſa vivendi, non linguâ erudire, ſed vita: audiant vos, videant

vos; & quæ justa sunt, quæ honesta, quæ sancta sunt vobis sectantibus, & amantibus in amore consuescant. Duplex vobis commodum erit, cum salus ad filios vestros de vestra salute transierit, ut cum per vos ad illos pervenerit, ex illis ad vos multipliciter revertatur. S. Hilarius hom. SS. Martyrum Machabæorum tom. 7. Bibliothecæ Concionatoriæ Cambesis.

AD TERTIJ ORDINIS POENITENTIÆ ALUMNOS.

ILla est hujus Seraphici membri de Tertio Ordine gloria singulariter insignis, quod cum Religiones omnes ad instar omnium rerum sublunarium à primæva sua perfectione *sensim sine sensu* declinare sentiantur; hic de Pœnitentia Franciscanus Ordo potius ad perfectionem semper profecisse dignoscatur, juxta propheticum dictũ: Ps. 83. *Ibunt de virtute in virtutem*, promiscuè pro utroque sexu à Sancto Fundatore institutus, in quo viri, & mulieres sub certis regulis domus suæ pœnitentiam agere, & ad Deum tutiori via procedere valerent; ad maxima pœnitentiæ, ac pietatis exercitia congregari cœperunt :..... Ne verò dicantur multiplicasse gentem, & non magnificasse lætitiam, à sanctitatis veriori nobilitate Seraphici hujus instituti de Pœnitentia glorias retinere non debemus; quippè qui præter S. Elisabeth Portugaliæ Reginam ab Urbano VIII. solemniter canonizatam, & prævio rigoroso examine, de Tertio hoc Ordine declaratam, præter septemdecim Japonicos Martyres ab eodem Urbano glorioso Beatorum Martyrum titulo authentica solemnitate donatos, præter innumeras Beatorum, & Beatarum cohortes, qui in Chronicis, & Annalibus leguntur, quos longa serie in tertia hujus historiæ parte describemus, jam ab ann. 1547. de principalioribus, & antiquioribus ejusdem Ordinis Sanctis habemus Pauli III. gloriosissimum diploma, cujus initium: *Trium statuum Tertii Ordinis S. Francisci de Pœnitentia nuncupati Regnorum Hispaniarum, & Portugalliæ professoribus salutem, & Apostolicam benedictionem.* *& Reformatus Gubernatis tom. 2. lib. 12. cap. 14. num. 289. 292. & 293.*

AD

AD CHORDIGEROS FRANCISCANOS.

DIcebat in perſona Domini Oſea cap. 11. ad Iſraelem, quem dilexit: *Ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quod curarem eos: In funiculis Adæ traham eos in vinculis charitatis. Hi ſunt funiculi* beneficentiæ, & amoris, quibus *Chriſtus Nutritius noſter* nos velut faſciis alligatos in brachiis ſuis portavit. *Hi ſunt funiculi*, quibus in Paſsione ſua conſtitutus nos ſibi devinxit, & ne electis deeſſent, per S. Franciſcum, ut peccatores ad ſe traheret, omnibus Chriſticolis communicari diſpoſuit, verè *funiculi amoris, beneficentiæ, & charitatis.* Cur autem gratias, & favores tantos huic ſodalitati Pontifex indulſerit? Primò quidem in *altitudinem ſapientiæ, & ſcientiæ Dei* refert, quaſi Chriſtus S. Franciſco illo Pſalmi 138. adgratularetur: *Semitam meam, & funiculum meum inveſtigaſti, & omnes vias meas prævidiſti.* Inferens in funiculo Ordinis S. Franciſci *ſemitam, & vias miſericordiæ Dei* contineri. Secundò: *Conſiderantes* (ait Pontifex) *populorum devotionem, & propenſionem erga tantum virum, & quo devotionis affectu æmuletur, & paſsim anhelet plebs omnis geſtamen ſaltem Funiculi ejus: & quaſi non contenta quod tot tantique utriuſque ſexus Fideles ad Inſtituta Trium Ordinum ipſius ob devotionem ad tantum Patrem relicto mundo tranſierint; totam ſe velit in S. Franciſci imitatione, & amore immergere. Idcircò pro aliquali repenſione amoris noſtri erga tantum Patrem, &c. In divini cultus, & piorum operum argumentum*, S. *Franciſci honorem, ac venerationem, & animarum Chriſti Fidelium, qui Chordam per Fratres dicti Ordinis geſtari ſolitam ex illorum devotione, & Superioribus ejuſdem Ordinis cinctam, & ſuſceptam deferrent, & illa cingentur, ereximus, & conſtituimus, &c.* Maximus ſanè fervor univerſo populo Chriſtiano, magnus Seraphino Ordini honor, ampliſsima animarum ſalvandarum porta aperta, ut devotè geſtato viri funiculo omnibus Indulgentiis, & ſpiritualibus Indultis Ordinis gaudeant, ut verè dici poſsit: *Funiculus coccineus* appenſus ad feneſtram Raab in ſalutem omnium proximorum ejus, verè *Funiculus Jacob hereditatis ejus.* Reformatus Didacus de Lequile tom. 1. Hierarchiæ Seraphicæ (ex Sixto V.) fol. 356. 358. 359. num. 1. 6. & 8.

FAMILIARES DISCALC.

A

D.Chryf. apud Picin. lib.9. cap.1.

Sicut in elementis litterarum apex primus, id eft, Alpha fundamentum totum continet, fic & vitæ munditiam certa fidei perfuafio.

ANONYMUS, Japo, noftri Venerabilis Martyris Fr. Ludovici Gomezii fidelis difcipulus, cum ipfo captus, in carcerem Vomurę primò, deinde in tetrum Yendi ergaftulum intrufus, demum ligatis ad trabes pedibus, capiteque deorfum in fubterranea fpelunca pendente, deficiente fenfim halitu, attraxit fpiritum æternæ vitæ anno 1637. Tiburtius Navarro in fuo S. Petro de Alcantara poft mortem redivivo cap. 17. fol. 77.

ANONYMUS, alter, etiam Japo, ac difcipulus laudati Martyris Fr.Ludovici Gomezii, poft carceres, gravefque ærumnas, fimili,quo ejus Venerabilis Magiftri, eademque tempeftate fupplicio occubuit. Vide Tiburtium Navarro, ibid.

ANONYMI plures, quorum alii noftrorum Difcalceatorum fectatores, & collectores, alii verò Confraternitatis Seraphici Funiculi alumni, pro nomine Jefu vincti, per ignē martyrium confummarunt Yendi die 4. Decembris anno 1623. Confulatur nofter Martinus à S. Jofepho 2. part. fuæ Chronicæ lib.4. cap.16.

S. ANTONIUS Nangafachius, puer duodecim annorum, Acolytus S. Petri Baptiftæ, Protomartyris Japonenfis, non habens,quo ferrum reciperet, habuit, quo ferrum vinceret. Nam poft extremæ auriculæ crudelifsimam abfcifsionem, in crucem actus, lanceifque transverberatus, cantato Pfalmo: *Laudate pueri Dominum*, gloriofi martyrii palmam obtinuit die 5. Februarii anno 1597. Confulatur tom. 1. mearum Chronicarum lib.5. cap. 1. Tiburtius Navarro cap. 6. Joannes à S. Maria, & Martinus à Sancto Jofepho in fuis Chronicis, Vvadingus, Fortunatus, Auguftinianus Sicardo, & Georgius Cardofo tom. 1. Agiologii Lufitani die 5. Februarii; quibus adde Reformatum Lequile hæc verba facientem tom.1. Hierarchiæ Francifcanæ: Beatus „Mar-

„ Martyr Antonius Nangasa-
„ chius, Floridus ex nomine, sed
„ Floridior ex callido sanguine,
„ per quem ut vernans rosa
„ purpureus. Pulchrius D. Bernardus Serm. 26. in Cantica: *Ubi est mors stimulus tuus? Jam non stimulus, sed jubilus. Jam cantando moritur homo, & moriendo cantat.*

ANTONIUS N. puer nobilis in Collegio Indico Haxcalensi à Ven. Apostolico Martino de Valentia nostræ fidei mysteriis instructus, socius Venerabilis Patris Bernardini de Minaya Dominicani; eo quod Idola comminueret, prope Tepeacum fustibus (ut laudatus Martinus spiritu prophetico præviderat) ab Idolatris Indis cæsus, illustre fidei testimonium Christo Domino dedit. Lege Joannem à Trinitate tom. 1. Chronicæ Provinciæ S. Gabrielis lib. 2. cap. 10. Ad rem: Antonius ab Anthos, Græce, Flos.

Blanc. Ps. 8. v. 9.

B

Commodatissima est significatio vocis Beth, quæ significat ornamenti genus.

S. BONAVENTURA à Meaco, cum à pueritia baptizatus, à fide Catholica per apostasiam recessisset, & à nostris Discalceatis Protomartyribus Japonensibus ad ovile Christi reductus esset, crucifixus cum eis, testisque extitit divinitatis die 5. Februarii ann. 1597. Marcellus à Ribadeneira, Vvadingus, Tiburtius Navarro, Sicardo, Arturus, Joannes à S. Maria, Martinus à S. Josepho, & ego in meis Chronicis tom. 1. lib. 5. cap. 1. Consule Georgium Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani die 5. Februarii. Laconicè, sed eruditè R. A. P. Fr. Didacus de Lequile tom. 1. Hierarchiæ
„ Franciscanæ: Beatus Martyr
„ Bonaventura Duisco, inquit,
„ professione, nuncupatione,
„ Religione, extinctione Bona-
„ ventura.

BONAVENTURA, Japo, qui, cum quadam die Cami in nostrorum Discalceatorum Ecclesia fervidum Concionatorem de Catholica nostra fide dicentem audisset, eo sermone inflammatus, statim baptizari voluit. Postea ad magnũ Idolorum Templum migravit, & omnino evertit. Quare post vincula cum constanter Christum retinens, Idola anathematizaret, capitis obtruncatione Martyr effectus, ad gloriæ lauream cucurrit æternam. Passus fuit Mino die

22. Aprilis (quo, in consecrata Ecclesia collocatus fuit Florentiæ habitus, quo Seraphic. P. N. Sacra Stigmata recepit.) anno 1612. cujus corpus à nostris Discalceatis sublatum, in honesto sepulcro repositum fuit. Vide Georgium Cardoso tom. 2. Agiologii Lusitani die 22. Aprilis.

Caph (latinè C nubem, & humiliationem) denotat.

Zamorensis apud Le Blanc. in Psal. 18. *fol.* 310.

CLARA, Japonensis, charitatem suam exercens erga inclytum Martyrem Excalceatum Fr. Petrum de Abila hospitē suum, Nangasachi die 8. Septembris anno 1622. capitis diminutione necata fuit. Ejus singillatim meminit R. A. P. Fr. Didacus de Collado, Dominicanus, in sua Historia Ecclesiast. fol. 170. *Differt stella ab stella in claritate,* 1. Cor. 3. 18.

CLARA, altera, Japonensis, Pauli Martyris uxor, ac nostri Tertii Ordinis Soror, post vincula, & exilium in ignem injecta, testimonium reddidit nostræ fidei, Zamagatte Japonensis Regni anno 1630. die 10. Januarii quo mense in pectore leonis, teste Rosino lib. 4. cap. 4. occidit stella Clara. Agit de ipsa, ejusque Commartyribus Georgius Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani die 10. ejusdem mensis. N. Joannes à Jesu in Catalogo N. Martyrum Tertiar. N. Franciscus à S. Agnete part. 2. Chron. lib. 7. cap. 21.

S. COSMAS, de quo eruditus valdè Didacus de Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ scripsit: „Beatus Martyr Cosmas „Tagnia, Cosmus Cosmo dig- „nus, utroque nomine Cos- „mus, & utrique Cosmi, scilicet „cœlesti, & Archetypo aptus. Unus est ex illis gloriosis viginti sex Nangasachi sub Taycosama Rege crucifixis, & ab Urbano VIII. beatificatis. Consule Authores recensentes hoc celebre martyrium, & Marcellum à Ribadeneira maximè, Joannem à Sancta Maria, tomumque primum meæ Chronicæ lib. 5. cap. 1. Vide *Petrus Baptista*, & Consule A. P. Ludovicum Troes, & Fr. Alphonsum de Valsalobre in Histor. Mart. Japon.

CHRISTOPHORUS N, puer duodecim annorum, nostræ fidei mysteriis à Ven. Apostolico

Viro nostro Martino de Valentia in suo Haxcalensi Collegio imbutus, pluribus verbis, & iteratis vicibus ad salutarem Christi fidem patrem suum est cohortatus. At pater impietatis furore amens, filium, quem ad Idolatriam revocare non poterat, fustibus cæsum flammis tradidit. Demùm à rogo eductus, & clamans: *Sitio*, ad Deum vivum, & verum, quem sitierat, evolavit. Ejus corpusculum anno decurso corruptionem non viderat. Joannes à Trinitate tom. 2. Chronicæ Provinciæ Sancti Gabrielis lib. 2. cap. 10. Daza, & alii. Ecce Christophorus parvus; Christiferus magnus. Tobiæ 1. *Legem Dei puerulus observabat.*

Le Blanc inPsalm. 118. fol. 162.

D

Quarta Alphabeti littera est Daleth, quæ primo significare potest elevationem, & exaltationem.

DOMINICUS, Japo, nostri Tertii Ordinis filius, Toquinzu in Vomuræ Regno, eo quod calices, & paramenta sacra non tradiderat, corporis in odium fidei combustione purpuream lauream invenit. Gaspar de la Fuente fol. 47. Historiæ Generalis Capituli Toletani, Arbiol de Tertio Ordine Seraphico part. 3. cap. 18. Triumphavit die 10. Septembris ann. 1628. ut refert Fr. Franciscus á S. Agnete part. 2. suæ Chron. lib. 1. cap. 24.

DOMINICUS, alter, Japo, hospes Venerabilis Martyris Hieronymi à Cruce, Presbyteri Tertiarii, immanis carceris ærumnas passus, Nangasachi quoque vivus in ignem conjectus, holocaustum vitæ suæ obtulit Creatori anno 1632. Consule Tiburtium Navarro cap. 17. fol. 77.

DOMINICUS Matzuvo, in quodam prope Nangasachum pago natus, nostrorum Discalceatorum discipulus, ac Confraternitatis Seraphici Funiculi alumnus, eo quod erga benedictos nostros Petrum de Abila, ac Vincentium á Sancto Josepho, purpuratos quoque fidei Catholicæ testes, hospites suos, charitatem exercebat, post graves ærumnas lento incendio combustus, lanceis transverberatus, ac demum in odium fidei decapitatus fuit Nangasachi die 14. Februarii ann. 1621. Passus fuit veste Seraphica indutus,

quam summe dilexit. Consule Hyacinthum Orfanaei Dominicanum, ac Georgium Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani die 14. Februarii. Agi de ejus Canonizatione refert Fr. Franciscus à S. Agnete part. 2. lib. 6. cap. 27.

Galli Imperatoris insigne.

F *Ex Valeriano lib.* 50.

S. FRANCISCUS Carpinterus, Cajus antea dictus, Protomartyribus Japonensibus perhumaniter compatiens in via, exaltavit caput in Cruce, & in gloria die 5. Februarii ann. 1597. Nostri Chronologi, & ego in meis Chronicis tom. 1. lib. 5. cap. 1. Sicardo, Llave, Vvadingus, Tiburtius Navarro, Arturus, Petrus de Alba, & alii plures, cum quibus Didacus de Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ sequentibus verbis: Beatus Martyr Franciscus Carpinterus, & ipse adauctus, & sic verè Franciscus promptitudine, & liberalitate moriendi.

FRANCISCUS Cusioye (pro cujus Canonizatione confecti fuere tres Processus Romæ impressi in folio ann. 1675. 1685. & 1690.) unus ex illis fuit, qui per ignem martyrium suum compleverunt Nangasachi die 27. Augusti anno 1627. Fuit natione Japo, professione Tertiarius noster, ac nostrorum Discalceatorum in ministeriis propagandæ fidei magnus coadjutor. Consule in laudatis Processibus Martyrio 18. Josephumque Sicardo Histor. Japon. lib. 3. cap. 2. fol. 333. Illustrissimus Aduarte tom. 1. Hist. Dominicanæ Japon. lib. 2. cap. 31.

FRANCISCUS Gayo, seu Igayo, natione Japo, professione Tertiarius, anno 1627. die 17. Augusti in crudeli Nangasachi theatro pro fide Christi combustus fuit. Agunt de eo Gaspar de la Fuente in Historia Capituli Generalis Toletani, & cum ipso Arbiol de Tertio Ordine Seraphico part. 3. cap. 18. Tiburtius Navarro cap. 16. Cajum nomine fuisse agique de ejus Canonizatione refert Fr. Franc. à S. Agnete lib. 7. cap. 23.

FRANCISCUS Fampei, Japo, Confraternitatis Seraphici Funiculi alumnus, Vomuræ mense Julii ann. 1621. martyrio coronatus fuit. Proxima mortis illius causa, & occasio charitas fuit, quam erga nostros Discalcea-

centos exercebat. Agit de eo R. A. P. Fr. Dominicus de Collado, Dominicanus, cap. 63. supplementi Histor. Ecclesiast. Japon.

FRANCISCUS, Japo, Hospitalis Yendi leprosus, propter exhibitum nostro Venerabili Discalceato Fr. Didaco à Sancto Francisco amorem comprehensus, post bienii carcerem pro fide Christi acceptum, catenis ligatus, liberam Deo animam reddidit ann. 1617. Ipsius meminerunt Didacus à S. Francisco in Relatione, Tiburtius Navarro cap. 9. Vener. Martyr Orphanael cap. 32. fol. 60. & Sicardo lib. 3. cap. 16.

S. FRANCISCUS à Meaco, Medicus, & Fratrum nostrorum Discalceatorum interpres, poenitentiæ exercitiis, & oratione gloriosis Protomartyribus Japonensibus meruit associari, & ab Urbano VIII. Beatorum quoque numero adscribi. Marcellus à Ribadeneira, Vvadingus, Arbiol, Joannes à S. Maria, & ego in meis Chronicis tom. 1. lib. 5. cap. 1. Laudavit Lequile, scribens: „Beatus Martyr Franciscus Medicus, medicinam cœlestem „proprio sanguine infidelium „terræ præparans.

FRANCISCUS Tomaya, Japo, Patria ejus Firoxima Regni de Aqui primaria Civitas, parentes nobiles, & divites, ingenium optimum fuit; Patris Apollinaris Franci doctrina conversus, Christianæ professioni nomen dedit, ab eoque baptizatus, omnium contribulium suorum corda suæ pietatis exemplo ad virtutem movebat. Contigit autem ut in generali Christianorum perquisitione cum Ministri Imperatoris ad domum illius venissent, scisc itantibus, an aliqui Fideles in ea latitarent (absente tum temporis Francisco) responderit ejus ædis Præpositus, neminem in ea Christo servientem commorari. Commotus hac sibi relata servi sui dissimulatione Dominus, Epistolam ad Judicem scripsit, in qua se veri Dei, & Christi ejus adoratorem profitebatur: effectum tam ingenuæ confessionis cruentum timentes amici, & cognati ejus, ipsi suadere conabantur, ut paululum temporis cedens ab Urbe discederet; sed ipse ne quid inconsultò magni consilii Angelo faceret, vacabat orationibus, jejuniis, disciplinis, & advocato ad se Confessore suo, divinis se Sacramentis muniebat. Dum hæc ageret, dumque de martyrii dilatione conquereretur ad Deum,

cuperetque dissolvi, & esse cum Christo, divina ei claritas interius illuxit, monuitque diem tam desideratam adesse. Quare accersito iterum Confessore suo P. Fr. Francisco à S. Andrea Minorita Discalceato, generali peccatorum confessione præmissa, sacro se Eucharistiæ cibo roboravit die 16. Februarii an. 1624. qua die missus à Judice Minister, ad eum accessit, ut Christi fidei renunciandum juberet; sed Francisco constantiore facto, mortis iterum illi condemnatio intimatur, eique præcipitur, ut juxta nobilium morem sibi ipsi vitam adimeret: indecorum enim nobilibus Japonibus videtur mortem aliena manu recipere.

Ille autem in schola veritatis edoctus, malens, ut servus, obedire Christo, quam hominibus placere, & sæculo conformari, sese ultro alterius dextra feriendum obtulit: qua conditione à Satellitibus acceptata, generosus Dei Miles in secretum cubiculum intravit, ut inita nova cum Matris, & Fratrum lucta, lacrymis, vestem Seraphicam (pro tam solemni occasione reservatam) assumpsit, manuque Crucifixum, & Librum devotionis gerens, ad carnifices remeavit, coram quibus, aliisque circunstantibus adstans, genua flexit, & Imaginem B. Virginis Matris puerum Jesum in sinu gestantis ostendens, palam, & liberè contestatus est, Filium mundi Creatorem, & generis humani Salvatorem esse, Matremque Deiparam post partum Virginem permansisse, & utriusque adjutorio (gratia nempe Filii, & intercessione Parentis) sibi coronam salutis retribuendam sperare. His dictis siluit, & orationem ferventem incipiens, capitis decollatione ad æternæ contemplationis dulcedinem migravit. Ejus reliquiæ a Christianis collectæ, pio ejus directore P. Francisco à S. Andrea, Nangasachum in domum cujusdam Fidelis translatæ fuerunt. Ex Tiburtio Navarro cap. 15. Sicardo lib. 3. cap. 19. fol. 418.

Gratiæ, & gaudii index

Ex notis antiquorum. G

S. GABRIEL Duisco fuit unus ex illis nostris Tertiariis, qui die 5. Februarii Nangasachi crucifixi martyrium consummarunt. Ejus acta recesent Marcellus de Ribadeneira, Joannes à S. Maria, Martinus à S. Josepho, Augustinianus Sicardo, Tiburtius Navarro, & alii plures, quibus adde

addde tom. 1. Chronicæ Prov. S. Pauli libr. 5. cap. 1. Verbo abbreviato, sed erudito fruere tom. 1. Hierarchiæ Francisca- „ næ : Beatus Martyr Gabriel „ Duisco , ætatis suæ annorum „ 19. nomine , & re Gabriel, „ quia in pueritia divino robo- „ re vicit Tyrannum.

GASPAR Vas., Lusitanus, Tertii Ordinis filius , vivus etiam crematus fuit Nangasachi die 27. Augusti ann. 1627. cum cæteris relatis ob eamdem causam , & quia auxilium præbebat Religiosis in prædicatione Evangelii , & conversione Infidelium , docendo Christianos. Agitur latè de hoc glorioso Martyre in tribus Processibus pro ejus Canonizatione confectis , ac Romæ in folio impressis annis 1675. 1685. & 1690. Martyrio 18. Lege Gasparem de la Fuente , fol. 47. Historiæ Capituli Generalis Toletani an. 1633. Arbiol , Tiburtium Navarro cap. 16. fol. 74. Illustrissimus Aduarte tom. 1. Histor. Japon. Dominicanæ lib. 2. cap. 31. Eccles. 50. 10. *quasi Vas auri solidum.*

Abrahæ addita

H

HIERONYMUS à Cruce , seu de Torres , Sacerdos , in Japonio natus , & Tertio Ordini aggregatus , Evangelium ferventissimis verbis prædicabat , & efficacissimis vitæ suæ exemplis suadebat, purissimi sacrificii hostiam innocentibus manibus contrectabat , & boni Sacerdotis , ac Sancti Concionatoris partes implebat , donec immanis carceris ærumnas passus , vivus igni objectus, animam suam sicut incensum in conspectu Domini exhalavit Nangasachi anno 1632. Agitur de ejus Canonizatione , & ipso agitur tribus Processibus Romæ impressis in folio annis 1675. 1685. & 1690. Martyrio 24. Consule Tiburtium Navarro cap. 17. fol. 76. Sicardo in sua Histor. Japon. lib. 3. necnon Antonium de Huerta lib. 3. Histor. S. Petri de Alcantara cap. 15. Hieronymus , *sacrum nomen.*

HIERONYMUS Japo , mense Junii 1615. Nangasachi pro Christi fide decapitatus fuit. Proxima mortis illius causa fuit charitas , quam erga benedictum Fr. Didacum à S. Francisco hospitem suum exercebat. R. A. P. Augustianus Sicardo lib. 3. Histor. Japon. cap. 16. & V. Martyr Orphanael cap. 32. Hist. Ecclesiast. Japon. fol. 60.

HILARIUS Mangazaymon, Ja-

Japo, nostrorum Discalceatorum Syndicus, piissimusque hospes nostri Venerabilis Martyris Francisci Galves, die 4. Decembris ann. 1623. pro Christi nomine crematus, nobili corona martyrii decoratus est. Scribit res gestas ipsius Antonius de la Llave in Chronica M. S. Provinciæ nostræ Philippinarum Trienn. 14. cap. 46. Passus fuit Yendi cum aliis quinquaginta. De eo etiam agit Josephus Sicardo lib. 3. cap. 18. fol. 417.

I felix Hilari, non tantum nomine, quando
Vere id quod merito diceris, esse potes.

Primò scripta in titulo Crucis.

I

JOANNES Cambo, fidelis socius nostri Venerabilis Martyris Francisci Galves, Yendi 4. Decembris anni 1623. pro constantia fidei in rogum immissus, in confessione Domini reddidit spiritum. Ejus gloriosum certamen refert noster Fr. Antonius de la Llave in Chronica Prov. Philippinarū Trien. 14. cap. 42. Sicardo lib. 3. Hist. Japon. cap. 18.

JOANNES Hieronymus, natione Japo, dignitate Sacerdos, professione Tertiarius Franciscanus, Nangasachi anno 1630. die 3. Septembris in odium fidei vivus igni objectus majori Spiritus Sancti flamma intus accensus, holocaustum vitæ suæ obtulit Creatori. Ex Relatione M.S. N. V. Fr. Didaci à S. Francisco conscripta anno 1632. & N. Joanne à Jesu in Catalogo N. Martyrum Tertiariorum.

JOANNES N, puer, discipulus Venerabilis, Apostolicique Viri nostri Fr. Martini de Valentia, eo quod perfecto odio oderat Idola, eaque comminueret, ab Idolatris Indis prope Tepeacum fustibus cæsus, ad coronam martyrii evolavit. Agit de eo Joannes à Trinitate tom. 1. Chronicæ Provinciæ S. Gabrielis lib. 2. cap. 10. Dazaque cum aliis. Gen. 44. *Puer ascendat cum fratribus suis.*

JOANNES Meyazachi, Japo, Clericus exemplaris, ac professione Tertiarius Franciscanus, mense Septembris anni 1633. in Japonio crudelissimo præli tormento in odium fidei occisus fuit. Agit de eo Augustinianus Sicardo lib. 3. cap. 21. ac Illustrif. Aduarte tom. 1. Histor. Dominic. Philippin. lib. 2. c. 45.

S.

S. JOANNES Quizuya, Nangasachi sub Taycosama, Rege multa passus, ac tandem crucifixus, martyrii coronam adeptus est cum S. Petro Baptista, ejusque sociis. De ipso scribunt quotquot martyrum viginti sex crucifixorum acta recensent. Laudavit tom. 1. Franciscanæ Hierarchiæ Didacus de Lequile, „ dicens: Beatus Martyr Joan„ nes Quizuya. *Joannes est no„ men ejus*, quia gratia Dei in „ ejus certamine Martyris no„ men, meritum, & mercedem „ largita est.

JOANNES Sabioye, nostri Tertii Ordinis præclarus alumnus, ac erga nostros Discalceatos charitate insignis, Vomuræ in portu Nanazugama anno 1628. die 11. Septembris (die, quo S. Joannes Baptista cœpit baptismum conferre, ut refert Lamy in Chronol. fol. 232.) igne examinatus, inter gloriosos Catholicæ fidei testes annumeratus est. Gaspar à Fonte, & Arbiol locis statim citandis. Augustinianus Sicardo lib. 3. cap. 20.. N. Franciscus à S. Agnete part. 2. lib. 7. cap. 24.

JOANNES Tomachi, Tertii Ordinis nostri filius, vestigiis nostrorum Discalceatorum adhærens, qui Nangasachi anno 1628. die 8. Septembris (quo die Deus igne è coelo misso victimas inflammavit in Templi dedicatione 3. Reg. cap. 8.) corporum combustione Christum confessi sunt: eodem pariter martyrii genere, eademque tempestate vitam suam gloriosè finivit. Consule Arbiol de Tertio Ordine, part. 3. cap. 18. Gasparem à Fonte in Histor. Capituli Generalis Toletani, anni 1633. fol. 47. & Sicardo lib. 3. cap. 20. Agi de ejus Canonizatione refert Fr. Franciscus à S. Agnete, part. 2. lib. 7. cap. 24.

JOANNES Iquenda, nostri Tertii Ordinis professus, ac socius fidelis Venerabilis Martyris Apollinarii, unus fuit ex illis nobilibus Christi athletis, qui Nangasachi palmam martyrii promeruere. Agit de eo Antonius de la Llave in Chonica Provinciæ S. Gregorii in Philippinis Trienn. 14. cap. 37. Passum fuisse anno 1622. Agique de ejus Canonizatione refert Fr. Franciscus à S. Agnete, part. 2. lib. 6. cap. 29.

S. JOACHIM Saquieirus, de quo scribit Reformatus Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ: „ Beatus Martyr Joachim Sa„ quieirus, Domini præpara„ tio bis effectus, quia & seip„ sum

„ suam, & alios animando ad „ palmam, sacrificium Deo duplex præparavit, & obtulit. Ejus triumphum suorumque SS. Commartyrum celebrat eruditè R. P. Fr. Petrus Polo, tom. 2. die 5. Februarii.

JOACHIMUS, alter, septuagenarius, nostri Tertii Ordinis professus, Zamagatæ in Japonensi Regno vivus in ignem conjectus, holocaustum vitæ suæ offerens Creatori, gloriosi martyrii palmam obtinuit. Passus fuit anno 1630. die 10. Januarii, in qua ejus acta, simulque communem Lusitanorum lætitiam recenset Georgius Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani. Agunt quoque de ipso laudati Joannes à Jesu, ac Franciscus à S. Agnete.

JOACHIMUS, alius (cui Dominus illuminatio) cæcus, nostrorum Discalceatorum in animarum conversione fidelis adjutor, in odium fidei comprehensus, Jonezavæ Japonensis Regni anno 1619. die 17. Januarii decollatus fuit. Ejus acta recensent Sousa, & Cardin. apud Georgium Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani die 17. Januarii. Quid quod Gentiles Jovem appellarunt Joachim? Consule R. P. Fr. Petrum Polo tom. 2. Diarii fol. 130. n. 456.

Latinè liquida; Grecè immutabilis,

L

LAURENTIUS Itacura, Japo, concaptivus, & socius nostri Venerabilis Discalceati Fr. Didaci à S. Francisco. Natus est Laurentius ex Suquano Chino Japonici Imperatoris Medico, à parente utroque Gentili in falsis Idolatriæ superstitionibus educatus. Jamque adolescentiæ annos attigerat, cum eloquentissimus Christi Preco Pater Fr. Ludovicus Sotello Catholicæ Religionis semina in terras illas dispergeret, voluit curiosus adolescens audire lingua sua illum loquentem; sed divina providentia factum est, ut curiositati sincera voluntas successerit, & manantia ab ore Ludovici lac, & mel, suggere inceperit. Quamobrem (Deo intùs operante) conversus, à Venerabili Concionatore Discalceato baptizatus est: displicuit Suquano filii nova conversio; sed ne quem unicè diligebat, sibi aliquando eripi videret, ipsum honestæ, formosę, diviti, & Gentili fœminę matrimonio conjuxit futurum sperans, ut novæ illius Dalilæ artibus, novi Samsonis constantia frangeretur. Sed res præter intentionem ipsius cessit; Laurentius enim thorum nuptialem

talem in delictum Idolatriæ relinquere nolens, charam conjugem ad Baptismi lavacra frequenti, & solicita commonitione perduxit. Obstupefactus Suquanus pater, Regis iram in se vertendam timens, rei familiaris partem ipsi contingentem filio tradidit, ut extra domum paternam in proprio sibi soli oneri esset, & interrogatus de fide filii parens domicilii separationem prætenderet. Separatus à paterna domo Laurentius, liberius Deo servire cœpit, & eo igne accensus, quo primitiva Christianitas, ardebat, cum uxore fidei, & zeli consorte bona sua vendidit, & eorum pretium ad pedes Patris Ludovici Sotello tulit.

Indiscreto fervore ductos timens Ludovicus, increpavit eos, ut constantiam tentaret; sed semper se ipsis fortiores facti responderunt: Maritum leprosis curam, & manum charitativam impendere, uxorem verò cum Virginibus Tertiariis Franciscanis vitam degere, deliberasse. Voto igitur continentiæ emisso, Laurentius diem noctemque in bonis operibus transigebat, orationi quoque intentus, disciplinis, jejuniis, & ciliciis carnem domabat. Cum autem anno 1613. gravis persecutio in Christianos fuisset exorta, captus ipse in Hospitali, & à Patre suo (non mortem filii optante, sed Imperatoris benevolentiam quærente) accusatus, in tetrum Yendi carcerem trusus, per quadriennium ærumnas, & calamitates summa constantia toleravit; qui continuis admonitionibus consocios, & contribules suos ad fidei Catholicæ veritatem hortari non cessavit. Cum tandem capitali sententia damnatus fuisset, eam Suquanus Chinus suspendi obtinuit, & filium in gratiam Imperatoris reduxit, hac una conditione apposita, quod à fidei nostræ publicatione abstineret. Sed Laurentius Deo magis, quam hominibus placere volens, tam iniquam silentii conditionem recusavit, malens sibi carceris miserias, quam sub tam gravi pacto libertate potiri. Itaque reductus in ergastulum, squalore loci, ipsaque lepra oppressus, die Lunæ 10. Decembris, die, quo dixit Dominus ad Ezechielem cap. 24. *Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga*) an. 1617. longi martyrii palmam præclara morte comparavit. Ejus acta recensent Tiburtius Navarro cap. 10. fol. 54. Vener. Martyr Dominicanus Hyacinthus Orphanael cap. 8. Histor. Eccles. Japon. fol. 16. & cap. 37. fol. 76.

S.

S. LEO Carazuma, Boarensis, olim Leo diaboli, in Leonē Dei nostrorum Discalceatorū exhortationibus mutatus est: unus fuit ex Protomartyribus Japonensibus, quos Urbanus VIII. Beatorum Catalogo adscripsit. Agunt de ipso quot suorum sociorum memores sunt, quibus adde Joannem à Sanctis Dominicanum in sua Æthiopia Orientali lib. 4. cap. 14. & Reformatum Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ dicentem: Beatus Martyr Leo Carazuma, qui missus cum sociis, *ut ovis in medium luporum*, ut Leo de Tribu Franciscana, leonem tartareum, quem devoret querentem, devicit.

LEO Cumbioye Japo, Tertiarius, primò Dominicanus, demum vero Franciscanus, una cum aliis octo nobilibus Christi athletis, Nangasachi 11. Septembris 1628. vivus in ignem conjectus, martyrium consummavit. De eo agit Illustrissimus Aduarte tom. 1. Historiæ Dominicanæ Philippin. lib. 2. cap. 33. N. Franc. à S. Agnete part. 2. suæ Chron. lib. 7. cap. 24. N. Joannes à Jesu in Catalogo N. Martyrum Tertiariorum.

LEO, Japo, Hospitalis Yendi leprosus, propter exhibitum Venerabili nostro Discalceato Fr. Didaco à S. Francisco amorem comprehensus, post biennii carcerem pro nomine Jesu acceptum, catenis ligatus, liberam Deo animam reddidit anno 1617. Tiburtius Navarro cap. 1. Didacus à S. Francisco in Relatione, Antonius de Llave in Chronica Provinc. S. Gregorii Philippinar. Trienn. 10. Memor est illi Prov. 28. 1. *Justus quasi L. confidens absque terrore erit.*

LEO Sahouma, nostri Ter. Ordinis professus, unus fuit illis nobilibus Christi athletis, qui Nangasachi vivi in ignem conjecti, inter Martyres Domini annumerari meruerunt die 10. Septembris anni 16.. Agitur de eo in tribus Processibus pro ejus Canonizatione confectis, ac Romæ Typis ... tis annis 1675. 1685. ac 169. Martyrio 10. vulgò magno, in Chronica Provinciæ Sancti Gregorii Trienn. 14. fol. 3.. Prov. 30. Legitur: *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum.*

LINUS Faxicata, Japo, à teneris annis Christianus, & virtutibus deditus, Confraternitati Seraphici Funiculi nomen dedit. Ea autem tempestate, q... no...

noster Martyr Apollinarius Vomuræ incarceratus, ac custodiæ laudati Lini traditus fuit, propter varia obsequia apprehensis, & Christianis exhibita, à Judice vocatus, coram ipso confessus est nomen Domini Jesu Christi. Custodes alii amicitia in Linum commoti triduo integro nihil non tentarunt, ut à vero Dei cultu abducerent. Cæterum quo magis ac magis clamabant, eo magis augebatur in Fideli Lino constantia, & fortitudo. Quare domi, ubi tunc erat, post triduum, fidem ne perderet, perdidit vitam die 3. Maji anni 1619. Agit de eo V. Martyr Hyacinthus Orphanael cap. 50. Historiæ Ecclesiast. Japon.

Dum expolior, polior; soboles ait arida lini:
Nempe cor exuto pulchrius orbe nitet.

LUCAS Keymon, Japo, Tertiarius noster, Nangasachi ann. 1627. die 17. Augusti cum Martyrum antesignano nostro Fr. Francisco à S. Maria, eodem etiam rogo combustus triumphavit. Tiburtius Navarro cap. 16. fol. 74. & in tribus Processibus Romæ impressis pro ejus Canonizatione ann 1675. 1685. & 1690. Martyrio 18. Congruenter *Lucas Latine Bovem lucentem sonat*, teste R. P. Fr. Petro Polo tom. 2. Diarii num. 1477.

LUCAS, alius, Japo, ac Tertiarius noster, in odium fidei decapitatur Nangasachi die 17. Augusti anni 1627. Hæc noster Martinus à S. Josepho tom. 2. lib. 4. cap. 17. Gaspar à Fonte fol. 47. Hist. Capituli Generalis Toletani ann. 1633. Nonne Lucas dicitur à luce?

LUCIA Freitas, Japonensis, Tertii Ordinis S. P. N. Francisci, annorum octoginta, in odium fidei, & quia hospitabatur nostros Religiosos, à Satellitibus apprehensa, statim exclamavit: *Sancta Maria ora pro nobis*; in proprio Palatio Tyranni. Ad locum supplicii iter faciens, omnesque præcedens, Crucem magnam gestans, Litanias decantabat, ad fidem amplexandam omnes Gentiles provocans, ob quem fidei zelum alapas, & contumelias graves à Satellitibus toleravit, & (quod Mulieri devotæ gravius fuit) eam habitu Tertii Ordinis nostri (quem publicè gerebat) spoliarunt. Tandem lento incendio cremata fuit 10. Septembris anno 1622. Consule Martinum à S. Josepho tom.

2. lib.4.cap.16. Tiburt. Navar. c. 14. & tres Processus pro ejus Canonizatione confectos Romæ impressos annis 1675. 1685. & 1690. Martyrio 10. vulgò magno, Antonium quoque de la Llave Trienn. 14. cap. 37. *Ex luce lauda eam.*

LUCIA, alia, etiam Tertiaria nostra, Nangasachi pro fide Christi capitis diminutione necata, exaltavit caput in gloria die 8. Septembris ann. 1628. R. P. Fr. Gaspar de la Fuente fol. 47. Arbiol de Tertio Ordine fol. 410. Agi de ejus Canonizatione refert Chronologus Provinciæ S. Gregorii Fr. Franc. à S. Agnete part. 2. libr. 7. cap. 24.

S. LUDOVICUS Boarensis, puer duodecim annorum, consangineus Sanctorum Martyrum Japonensium Leonis, & Pauli Ibariquii, qui nec minis, nec adulationibus à charissimis suis Magistris Discalceatis, nec à confessione fidei potuit averti. Sancti Andreæ æmulator, cum venisset ad locum, ubi paratæ erant Cruces, suam lætus quærens, atque impavidus amplectens, clamans ad alterum compuerum, & concrucifixum Antonium: *Laudate pueri Dominum*, ad ipsum evolavit, qui dixerat: *Sinite parvulos, venire ad me, ipsorum est enim Regnum Cœlorum.* Vvadingus, Tiburtius, Sicardo, Arbiol, & ego in meis Chronocis tom. 1. libr. 5. cap. 1. Audi Reformatum Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ: Beatus „ Martyr Ludovicus, inquit, „ eo certaminis ludo expositus, „ in quo *Ludit Deus in orbe ter-* „ *rarum cum filiis hominum*, qui „ pro ipso dum vitam perdunt, „ ludo vincunt, & eludunt hos- „ tes. Pulchrius S. Bernardus serm. 26. in Cant. de suo Gerardo: *Gerardus te non formidat larualis effigies* (mortis) *Gerardus per medias fauces tuas transit ad patriam, non modo securus, sed lætabundus, & laudans.*

LUDOVICUS Gonoye, natione Japo, pietate erga nostros Missionarios Discalceatos, maximè erga Venerabilem nostrum Martyrem Ludovicum Gomez insignis, comprehensus in odium fidei in carcerem mittitur proposita ei capitali pœna. Terrore perterritus, ad sinistramque infidelitatis declinans, hortatu ac prædicatione cujusdam Missionarii nostri impietatem suam cognovit, ac constantissimè recusavit. Quamobrem mense Martii ann. 1617. gla-

gladio percussus, martyrio coronatus est. Ex Sicardo lib. 3. Histor. Japon. cap. 17. & V. Martyre Dominicano Orphanael, cap. 45. fol. 87. Ludovicus lucis dator exprimitur.

LUDOVICUS Baba, Japonius Tertiarius noster, ac socius fidelissimus V. Martyris N. Ludovici Sotello, pariter in odium fidei crematus fuit anno 1624. die 25. Augusti (quo die Christus prędixit pasionē suam juxta. Alba tab. 5.) Memoratur à Soliero, Mariano, & aliis apud Arturum §. 58. Agi de ejus Canonizatione refert Fr. Franciscus à S. Agnete lib. 7. cap. 12.

LUDOVICUS Nifachi, Japo, nostri Tertii Ordinis alumnus, unus fuit ex illis tribus fidelibus testibus, qui Nangasachi die 8. Septembris ann. 1628. pro Christi nomine decapitati sunt. Gaspar de la Fuente fol. 47. Histor. Capituli Generalis Toletani, ann. 1633. Agitur de ejus Canonizatione.

LUDOVICUS Soyemon, Japo, Tertii Ordinis filius, fuit ex illis, qui anno 1627. die 17. Augusti in horrendo Nangasachi Theatro pro fide Catholica victimæ combustæ fuerunt. Tiburtius Navarro cap. 16. fol. 74. Agitur de ejus Canonizatione.

LUDOVICUS, Japo, inseparabilis nostri Venerabilis Fr. Didaci à S. Francisco comes, moribus incontaminatis, capite absciſſo, & corpore in partes diſſecto, die 4. Februarii (ad quem diem refertur Moysis mors) ann. 1617. in Civitate Yendi nobilem Christo confessionem exhibuit. Augustinianus Sicardo in sua Histor. Japon. lib. 3. cap. 16. Tiburtius Navarr. de Fruct. posth. S. Petri de Alcantara cap. 10. Didacus à S. Francisco in sua Relatione, cap. 5. Morejon, Orphanael, & Cardin. apud Georgium Cardoso in Agiologio Lusitano tom. 1. die 14. Januarii, Antonius de la Llave Trienn. 14. fol. 1494.

LUDOVICUS, alius Japo, Tertii Ordinis alumnus, Nangasachi capite amputato, inter Martyres Domini annumerari meruit anno 1627. die 17. Augusti. Hæc R. P. Fr. Gaspar à Fonte Histor. Capituli Generalis Toletani fol. 47. celebrati anno 1633. In Augusto Augustum quis neget?

Mem (latinè M) aquas significat.

Ex Guidone Fabricio ap. Le Blanc in Ps. 118. fol. 335.

MARIA Japonensis, Tertii Ordinis S.P.N. Francisci, Uxor Gasparis Vas, Tertiarii, & Martyris, pia & devota mulier; quia ministrabat Religiosis, illosque adjubabat in rebus spectantibus ad cultum divinum, S. Evangelii prædicationem, doctrinam Christianis tradendam, & Infidelium conversionē procurandam, fuit martyrio coronata, amputato ei capite, die 17. Augusti anni 1627. In tribus Processibus Romæ pro ejus Canonizatione confectis, ac typis in folio datis ann. 1675. 1685. & 1690. Martyrio 18. & part. 2. Chronicę Prov. S. Gregorii lib.7.cap.23. Maria, an Mars?

MARIA NAMEXI, nostri Tertii Ordinis Soror devota, in oppido Toquinzu Regni Vomuræ, præclara constantia, eamet de causa, ac Dominicus Japo Tertiarius, maluit anno 1628. die 10. Septembris (quo die Deus denuo scripserat in tabulis decem præcepta juxta Adrichomium anno 2453.) caput gladio, quàm sanctum dare canibus. Agit de ipsa Fr. Gaspar à Fonte fol. 47. Historiæ Capituli Generalis Toletani anni 1633. Franciscus à S. Agnete part.2.Chron.lib.7.cap.24.

MARIANA, Uxor Martyris Hilarii Japonis, syndica nostrorum Discalceatorum, hospitioque nostri Venerabilis Martyris Francisci Galve clara, confessione fidei clarior, simul cum Venerabili Patre Hieronymo ab Angelis Societatis Jesu alumno, ac aliis quadraginta novem per ignem martyrii calicem gustavit. Passa est Yendi ann.162[illegible] die 4. Decembris, ut Antonius de la Llave testatur in Chronica nostrę Provinciæ Philippinarum Trienn. 14. cap. 42. Mulierem fortem, mulierem excitus invenisti.

MARTINUS Gomez, Japonensis, Tertii Ordinis, puer in Novam Hispaniam profectus, inde Cathaloniam, & Lusitaniam pervenit, quibus in locis Christianæ Religionis documenta addidicit. Unde in Japonium reversus tempore persecutionis, non solum Religiosos hospitio, sed etiam Christianos, tum eleemosynis, tum bonæ vitæ exemplis, fovebat, captus

tus, ac minis territus, ut Religiosum quemdam manifestaret, constanter abnuit, oblatā etiam libertatem, dummodò fidem negaret, constantissimè rejecit; quapropter post undecim menses eductus è carcere præcedente tibicine, qui cum afflicto crimine, tanquam latrocinii reum ad mortem duci proclamaret, prius infamia, deinde securi percussus est, & cum eo Franciscus ejus filius, quinque annorum puerulus, quem Pater sæpiùs prædixerat, secum pro Christi fide moriturum. De eo agitur in tribus Processibus pro ejus Canonizatione confectis, ac Romæ typis datis ann. 1675. 1685. & 1690. Martyrio 18. Patrem cum filio celebratem canens ex Remondo:

Certat utrque sua pro laude, & vincit uterque.
Par decus egregio cum Patre natus habet.

Vel hoc modo, uno dumtaxat elemento variato.

Cresce puer cum Patre; manent vos premia, ut olim.
Te Pater, hoc & tu Patre beatus eris.

MATTHÆUS Abez, seu Albarez, Japo, nostri Tertii Ordinis filius, cum à Christi confessione nullo modo dimoveri posset, igni traditus est, in quo fœlicem animam eflavit Nangasachi, anno 1628. die 8. Septembris. R. P. Fr. Antonius Arbiol de Tertio Ordine Seraphico part. 3. cap. 18. Gaspar de la Fuente in Histor. Capituli Generalis Toletani, fol. 47. Agi de ejus Canonizatione refert Fr. Franciscus à S. Agnete part. 2. Chon. Prov. S. Gregorii. part. 2. lib. 2, cap. 24.

S. MATHIAS à Meaco, super quem Nangasachi sors martyrii fœliciter cecidit; cum enim alter Mathias Beatorum Martyrum Japonensium condemnationis socius, tempore eorum incarcerationis abesset, & à Satellitibus requireretur, iste se ultrò obtulit, dicens: Mathiam Christianum quæritis? Ecce ego, qui Mathias vocor, & Christum colo, capite me; fides enim concordat cum nomine. Confessus est, & pro Christi nominis confessione, post publicas derisiones, multa carcerum, & longi itineris incommoda, in Crucem actus, lanceisque transverberatus fuit die 5. Februarii anni 1797. Consule Martinum à S. Josepho, Joannem à S. Maria, Augustinianum Sicardo, Franciscum Thielmanum, & Arturum. Laudavit eruditus Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ:

„Bea-

„ Beatus Martyr Martinus, postea Mathias cognominatus, & „ meritò : cecidit enim super „ eum magna sors, connumera- „ tus inter tot Apostolorum „ sectatores.

S. MICHAEL Cozaqui, Sancti Thomæ pueri Martyris Japonensis Pater, Fratrum Discalceatorum domesticus, & in tribulationibus socius, crucifixus cum ipsis eodem die, & anno Nangasachi martyrii gloriam acquisivit. Authores non semel citati, cum quibus R. A. P. Fr. Hieronymus deLorte supputat. 13. Arithmeticæ Seraphicæ n. 23. & laudatus Didacus de Lequile hæc verba faciens: Bea- „ tus Martyr Michael Cosaguyn, „ cujus nomen: *Quis sicut Deus* „ interpretatur; quis enim for- „ tis in ipso sicut Deus, sine quo „ nihil ad meritum martyrium „ valeret, quamvis mirando „ robore amplexum.

MICHAEL ZiKiza (pro cujus Canonizatione extant tres Processus confecti in fol. & Typis Romæ dati annis 1675. 1685. & 1690.) Tertiarius noster, unus fuit ex illis Domini testibus, qui anno 1627. die 27. Augusti, majori Spiritus Sancti flamma intus accensi, per ignem ad sempiternam martyrii palmam evolarunt. Ejus acta recensent Processus laudati, Martyrio 18. & Sicardo lib. 3. cap. 19:

MICHAEL, Japo, Tertiarius noster, omnia ut stercora propter Christum arbitratus, Nangasachi die 8. Septembris ann. 1628. capitis abscisione purpuream lauream invenit. Arbiol de Tertio Ordine part. 3. cap. 18. adhæt Fr. Gaspar à Fonte fol. 47. Histor. Capituli Generalis Toletani ann. 1633, Agitur de ejus Canonizatione teste Chronologo Prov. S. Gregorii.

MICHAEL, alter Japo, Tertiarius noster, Nangasachi capite in odium fidei amputato, spiritum Deo reddidit die 17 Augusti 1627. Arbiol lib. 3. Tertii Ordinis cum R. P. Fr. Gaspare de la Fuente fol. 47. Hist. Capituli Generalis, ac noster Martinus à S. Josepho tom. 2. lib. 4. cap. 17.

In P Pater.

S. Antonius Pad. explicans verbū Pax.

S. PAULUS Suziquius, lepro-

so-

sorum Hospitalarius, postquam nostros Discalceatos Viros in prædicatione, & conversione Gentilium incessanter adjuvit, Tertii Ordinis nostri alumnis aggregatus, particeps quoque fuit laborum, & gloriosi martyrii in Crucem actus, lanceisque transveratus die 5. Februarii an. 1597. Agūt de ipso quotquot de nostris Protomartyribus Japoaensibus scripsere. Laconicè Reformatus Lequile tom. 1. Hierarchię Franciscanę:
„ Beatus Martyr Paulus Suziquius Paulo Apostolo promptitudine, ac fortitudine moriendi persimilis.

S. PAULUS Ibariquius, in Boarensi Regno natus, Sanctorum nostrorum Missionariorum Japonensium domesticus; cum ipsis condemnatus, & Crucis passione coronatus est eodem die, & anno. Consule Joannem à S. Maria, Augustinianum Sicardo, Antonium de la Llave, Authoresque alios nuper citatos. Laudavit eruditus Lequile tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ: „Beatus Martyr Paulus Ibariquius „ constantia Petrus ad Crucem, „ virtute Paulus ad vulnera.

PAULUS Nangati, in oppidó de Cuchinotzu Regni Tacacuensis, è Christiana stirpe productus, qui cum, grassante in patria persecutione, venisset Nangasachum, & nauticam exerceret, suæ familiæ victum quæsiturus, Tyranni jussu fidem, aut artem deserere compellitur. Maluit ipse dimittere lucra temporalia, quam derelinquere legem Dei; itaque piis solum operibus addictus, Ministros Evangelii hospitio recipiebat. Cum verò illustrissimi Ordinis Minorum strictioris Observantię Patrum Excalceatorum causa in Philippinas navigationem eum parare (ut operarii alii convenirent) esset exploratum, capite damnatus, cogitur ad montes fugere; in quibus Venerabilem Vincentium (à S. Antonio Excalceatum Augustinianum) comitatus, ab ipso in Mantellantorum cætum fuit adscriptus, & tandem à persecutoribus prope Insulam de Firoxima captus, in equuleoque explicatus, fidiculis, ac funibus ad ossa addactis, frustra tentatur deinde patefacere, ubi Venerabilis Pater Franciscus delitesceret. Quod licet postea tortores ex alio traditore rescivissent; inceptis tamen Pauli cruciatibus urserunt, multisque exinde suaserunt lenociniis, ut detestaretur Christi fidem. Ad quæ inventus immobilis, Nangasachum adducitur, iterumque

que tormentis oppugnatur; sed cù constanter suggestionibus resisteret diabolicis, ad extremum in carcerem detruditur, ac denùm decollatus fuit. Hæc R. A. P. Fr. Andreas de S. Nicolao Manipulo sexto Provectus Messis Dominicæ Fratrum Excalceatorum S. Augustini fol. 119.

PAULUS Yachi Japo fœlix sponsus Claræ (cujus memoriam egimus) nostrique Tertii Ordinis fervidus alumus post vincula, & exilium in ignem vivus conjectus testimonium reddidit fidei nostræ Zamagatæ Mongomiensis in Japonia Regni, ann. 1630. die 10. Januarii. Agunt de ipso N. Joannes à Jesu in Catalogo N. Martyr. Tertiar. Georgiusque Cardoso tom. 1. Agiologii Lusitani die 10. laudato.

PETRUS Arizo, nobilis Japo, Confraternitatis Seraphici Funiculi alumnus, ac pietate erga nostros Discalceatos incarceratos insignis fuit. His Vomuræ Gubernatori delatis, Petrum accersit, & vehementius objurgatum à Christi fide conatur avertere; sed cum nihil proficeret, securi percuti jubet anno 1619. die 19. Julii. Agit de eo V. Martyr Orphanael cap. 50. Histor. Ecclesiast. Japon. fol. 27.

PETRUS, Japo, nostri Venerabilis Martyris Francisci G[...] ve socius, ac in Evangelii prædicatione coadjutor, unus f[...] ex illis quinquaginta, qui Ye[...] di ann. 1613. die 4. Decembr[...] per ignem martyrium consum[...] marũt. Horum passio recens[...] habetur in Chronica Provinc[...] nostræ S. Gregorii Triennii. [...] cap. 42.

PETRUS de Torres Miran[...] Matritensis nobilis, in Al[...] si Babylonia obsequiis [...] mæ semper Virginis Mariæ, infirmorum valdè deditus, P. Fr. Bernardi de Madrid T[...] nitariæ Familiæ Observanti[...] mi alumni charissimus soc[...] postquam deliberatam fec[...] Deo promissionem se strict[...] Observanriç Minorum Dis[...] ceatorum nomen daturum Mahometanis captus, na[...] abscissionem, oculorum pu[...] tionem, aliasque nõ leves ærum[...] nas passus fuit. Tandem propt[...] expressam sanctissimæ ac ind[...] viduæ Trinitatis confessionem vivus in ignem injectus marty[...] rium consummavit anno 1620. die 5. Septembris. Ex Epistola laudati Bernardini apud Ægidium Gonzalez de Magnalibus Matritensibus fol. 34. Consul[...] tom. 1. meæ Chronicæ lib. [...] cap. 6.

PETRUS Xenday, Japo, ex noſtris Tertiariis, die 18. Octobris anni 1630. Nangaſachi pro Chriſti nomine capitis abſciſsione triumphavit. Tiburtius Navarro de Fruct. poſthum. S. Petri de Alcantara, Gaſpar de la Fuente, Arbiol, & alii, cum laudatis Joanne à Jeſu, ac Franciſco à S. Agnete.

S. PETRUS Xuquexico, adauctus, unus fuit ex illis noſtris Protomartyribus Japonenſibus, quos coli Officio Eccleſiaſtico conceſsit Urbanus VIII. anno 1627. Vvadingus, Sicardo, Marcellus à Ribadeneira, & ego in meis Chronicis tom. 1. lib. 5. cap. 1. Succintè, ſed eleganter Reformatus Lequile non ſemel citatus: Beatus Martyr Xuquexico adauctus, petra ſcandali diabolo, petra adaucta Chriſto.

Littera S apud Græcos, equis inuſta, ſignificat, illos eſſe velocio res.

Ex Pierio Valerian. fol. 314.

SIMON Saybioye, Japo, ſpiritualis filius Venerabilis Diſcalceati Fr. Didaci à S. Franciſco, eo quod permiſſerit ipſum in domo ſua Dominica in Palmis Officia divina Miſſamque celebrare, comprehenſus fuit in Civitate Yendi, ac tandem pro fide Chriſti decapitatus ann. 1615. die 20. Aprilis, Sacramentali confeſsione præmiſſa. Auguſtinianus Sicardo Hiſtor. Japon. lib. 3. cap. 16. Didacus à S. Franciſco in ſua Relatione, Tiburtius Navarro cap. 9. Cardin. Pinheiro, & Orphanael apud Cardoſo tom. 1. Agiologii die 22. Aprilis. Verè Simon interpretatur *audiens, vel obediens.*

Ipſa littera Græcorum Tau, noſtra autem T, ſpecies Crucis eſt.

Tertullian. contra Marcionem cap. 3.

THOMAS, Japo, noſtri Venerabilis Martyris Apollinarii ſocius, ac fidelis interpres, in ignem pro Chriſto injectus, anno 1622. die 12. Septembris, egregio peracto certamine, martyrium complevit. Agit de eo Antonius de la Llave in Chronica Philippinarum Trienn. 14. cap. 38. Sed Thomas, id eſt, abyſſus, alium abyſſum in vocat.

THOMAS, alius, die 8. Sep-

tembris anni 1628. Vomuræ in odium fidei, capite amputato, ſpiritum Deo reddidit. Proxima mortis illius occaſio fuit charitas, quam erga noſtrum benedictum Martyrem Fr. Antonium à S. Bonaventura hoſpitem ſuum exercebat. Fides ſit apud Joſephum Sicardo in Hiſtor. Japon. lib.3. cap.20.

THOMAS Chigungo, Tertiarius noſter, unus fuit ex illis Catholicæ fidei teſtibus, qui Nangaſachi die 8. Septembris anni 1628. lento incendio cremati fuerunt. Gaſpar à Fonte Hiſtor. Capituli Generalis Toletani ann. 1633. fol.47. Agi de ejus Canonizatione refert Fr. Franciſcus à S. Agnete part.2. lib.7. cap.24.

THOMAS, alius, Tertiarius noſter, anno 1617. die 17. Auguſti Nangaſachi in odium fidei decollatus fuit. Hæc cum Hiſtoria Capituli Generalis Toletani anni 1633. R. P. Arbiol de Tertio Ordine Seraphico part. 3. cap.19.

S.THOMAS Coſaquius, filius S. Michaelis, Martyris quoque Japonenſis, inter Carnificum manus impavidus, facilè vitæ ſuæ prodigus, ad Crucis tormentum accedens, intravit in gloriam martyrii die 5. Februarii anni 1597. cum chariſsimis ſuis Diſcalceatis. Marcellus de Ribadeneira, Tiburtius Navarro, Vvadingus, Fortunatus Huever in Monologio, & alii infra adducendi. Laudavit laudatus Didacus de Lequile ſcribens: Beatus Thomas Martyr ejus filius annorum quindecim, puer ætate, ſed gigas in Cruce, cum gigante geminæ ſubſtantiæ, ſcilicet, Chriſto, ut exponit Doctor noſter, cum quo exultavit ad currendam viam *paſsionis.*

THOMAS Coſacu Corai, Japo, apud Vomuræ Gubernatorem accuſatus, quod noſtro Venerabili Martyri Apollinario cibaria in carcere miniſtraſſet, cum nec precibus, nec minis ad cultum Idolorum perduci poſſet, capite feriri juſſus, ad martyrii gloriam pervenit 1. Julii anni 1619. Ex Venerabili Martyre Dominicano Orphanael cap. 50. Hiſtor. Eccleſiaſt. Japonenſ.

THOMAS Quizo, Japo, ſocius in tribulationibus Venerabilis noſtri Fr. Didaci à S. Franciſco, ejuſque in animarum converſione coadjutor fideliſsimus, fœtidi ac horrendi carceris toleratis ærumnis, capite abſciſſo, & corpore in odium fidei in partes diſſecto, die 8. Martii anni

anni 1617. ad immortalitatis aulam transiit. Augustinianus Sicardo Histor. Japon. lib. 3. cap. 16. Didacus à S. Francisco in sua laudata Relatione cap. 5. Tiburtius Navarro cap. 10. fol. 53. Venerab. Martyr Orphanael cap. 37. fol. 60. & 67. Antonius de la Llave. Trienn. 14. fol. 1494.

THOMAS Sacuyoro, unus ex Tertiariis nostrorum Discalceatorũ in Japonio, pro Christi nomine Nangasachi, capitis abscissione, triumphavit anno 1630. die 18. Octobris. Tiburtius Navarro de Fruct. posth. S. Petri de Alcantara, cap. 17. fol. 77. Jonnes à Jesu in laudato Catalogo.

THOMAS Vò, etiam Japo, ac nostri Ordinis filius, ann. 1627. die 17. Augusti in horrendo Nangasachi theatro pro Christi fide combustus fuit. Tiburtius Navarro cap. 16. fol. 74. & in tribus Processibus, Romæ typis datis, pro ejus Canonizatione confectis annis 1675. 1685. & 1690. Martyrio 18.

THOMAS à Vomura, nostri Tertii Ordinis professus, anno 1630. die 8. Septembris vivus in ignem conjectus, Nangasachi quoque holocaustum vitæ suæ obtulit Creatori. Proxima mortis illius occasio fuit charitas, quam erga benedictum Discalceatum gloriosum quoque Martyrem Fr. Gabrielem à Magdalena hospitem suum, exercebat. Consule laudatum Tiburtium cap. 17. Agit etiam de ipso N. Joannes à Jesu in Catalogo N. Martyr. Tertiar.

S. THOMAS Xico, Catechismi Prædicator à nostris Discalceatis institutus, eorum vestigia fideliter secutus, Nangasachi cum ipsis pro nomine Jesu contumelias passus, ac demum crucifixus gloriosi martyrii palmam obtinuit. Memores ipsius sunt Martinus à S. Josepho, Joannes à S. Maria in suis Chronicis, & ego in meis tom. 1. lib. 5. cap. 1. aliique Authores supra adducti: quibus adde Didacum de Lequile scribentem: Beatus Martyr Thomas Xico, gemino „ abyssu profundus; quia gemina gloria beatus, cõprehendẽs „ Deum, & ut civis Dei, & ut „ Martyr Dei: Thomas enim „ hæbraicè abyssus, & geminus „ interpretatur.

THOMAS, alius Japo, nostri Tertii Ordinis filius, Nangasachi igne examinatus, testimonium reddidit Catholicæ fidei die 17. Augusti anno 1627. Tibartius Na-

varro in suo S. Petro post mortem redivivo cap. 16. Illustriss. Aduarte tom. 1. Histor. Philippin. Dominicanæ lib. 2. cap. 31.

V

Littera Vau clavum, & paxillum capitibus columnarum affixum, unde pendeant cortinæ, seu velamina, significat.

Le Blanc. in Ps. 118. *fol.* 223.

VINCENTIUS à Cruce, Sacerdos, primò Tertiarius noster, ac tandem Dominicanus, unus fuit ex illis, qui Vomuræ ligatis ad trabes pedibus, capitibusq; deorsum in subterraneas speluncas, venenosis bestiolis plenas, pendentibus, deficiente sensim halitu spiracula vitæ propter Redēptoris gloriam emiserunt. Passum esse anno 1634. refert Augustinianus Sicardo lib. 3. Historiæ Japonensis cap. 22.

VINCENTIUS, Japo, faber lignarius, propter charitatē in nostros Discalceatos, maximè verò in Venerabilem Fr. Didacum à S. Francisco ejus socium exhibitam, incarceratus fuit. Perpessus verò horrendi carceris ærumnas, die 20. Martii anni 1617. propter fidem à Camboyo Yendi Prorege decollari jussus, charitatis, & fidei victima, spei [...] terminum acquisivit. Agunt [...] ipso laudatus Didacus à S. Fra[n]cisco in sua Relatione cap. [...] R.A.P. Fr. Josephus Sicardo A[u]gustinianus in sua Japonensi Hi[s]toria lib. 3. cap. 10. Tiburtius N[a]varro de Fructibus posthumis Petri de Alcantara, cap. 10. [...] 53. Die 2. Februarii passum [...]se recenset Venerabilis Mart[...] Hyacinthus Orphanael Domini[...]canus, cap. 37. fol. 67. Consul[e] Antonium de la Llave in Chr[o]nica S. Gregorii Provinciæ Phi[...]lippinarum Trienn. 14. fol. 149[...]

Littera Pytagoræ discrimine [...]ta bicorni.

Y

YO, vel IO (nā nomē ipsius in t[er]ra non memoratum, scriptum in Cœlis) cognomen cujusd[am] devoti Japonis, qui ann. 1632. die 4. Septembris igni traditus, martyrium complevit. Proxima mortis illius causa fuit charitas, quam erga benedictum Discalceatum Hieronymum à Cruce (Martyrem) hospitem suum exercebat. Consule R. A. P. Sicardo Augustinianum in Historia Japonensi lib. 3. cap. 21. Quemdamque Novitium audi laudato IO cantantem.

No-

Nomen Io verum non frustra dicere tentes,
Quod lateat, si constat Io cognomine dignum.
Ecce triumphus Io veteri de more priorum;
Quem sibi noster Io Cœlorum vendicat hospes.

COROLLARIA CONSPICUA.

PRIMUM.

R. A. P. DOMINICUS de GUBERNATIS tom. 2. Orbis Seraphici lib. 7. cap. 9. num. 355. In Misſionibus Apoſtolicis celebres adeo fuiſſe Strictioris Obſervantiæ Profeſſores habemus, ut ad hoc expreſsè in mundum veniſſe videantur. Novi Orbis converſionem primariam B. Martino de Valentia ex Diſcalceata Provincia S. Gabrielis cum ſuis ſociis (quos communiter Americæ Apoſtolos dicunt) acceptam referunt præter Noſtrates, Platus, Surius, Turſellinus, & alii Scriptores exteri, quam unà cum Obſervantibus proſecuti ſunt, & amplisſimè proſequuntur. In Orientalium Indiarum vaſtitate inceſſanti fructu uſque ad Amacaum laborare non ceſſant Provinciæ Matris Dei Diſcalceati, etſi pluribus è locis Anglorum, & Batavorum violentia ejecti. In Japoniæ, Sinarum, Siao, conterminaque iis Regna, tum Luſitani ex præfata Matris Dei, tum Hiſpani, & Indi ex Philippinarum Provinciis, imò & ex Belgio Strictioris Obſervantiæ Minoritæ fidem Catholicam diſſeminare non ceſſant. In Japonia BB. Petrus Baptiſta, & ſocii de Philippinis, jam à Sede Apoſtolica Beatorum Martyrum Catalogo adſcripti. Deinde Ricardus à S. Anna cum ſociis ſuis ex Belgicis Provinciis Recollecti, aliæque ſucceſsivè Martyrum cohortes, & duæ, in Molucis de Hiſpania Miſsionem ſuam proprio ſanguine, conſecrarunt. Ad Canadam, aliaſque in America Septentrionali Regiones profecti authoritate Apoſtolica ex Recollecta Provincia S. Dionyſii continuò Galli Evangelium Chriſti propagare nullo non labore procurant. Ad Marochii, Feſſanumque Regna ex Diſcalceata S. Didaci Provincia Strictioris vitæ Minores Chriſti fidem vel ſuſtinere, vel propagare ſtudent, ubi piæ memoriæ P. Joannes de Prado Martyr occubuit, pro cujus Beatificatione obtinenda vividè laboratur in Curia.

SE-

SECUNDUM.

ERUDITUS valde Arturus de Monesterio in Martyrologio Franciscano die 31. Augusti §. 13. & 14. Quarta Missio, præcipua extitit: quæ ut fœliciores progressus haberet, Carolus V. Imperator omnimodam petit, impetravitque à Sede Apostolica licentiam, illuc mittendi, quos in via Domini probatissimos cerneret; cum potestate amplissima circa animarum salutem, & Sacramentorum debitam administrationem. Hæc Bulla data est ab Adriano VI. Papa, cujus initium tale legitur: *Exponi nobis fecisti, &c. Quatenus ex omnibus Religionibus Fratrum Mendicantium, præsertim Fratrum Minorum Regularis Observantię, &c. Tenore præsentium volumus, ut omnes Ordinum Mendicantium, præsertim Ordinis Minorum Regularis Observantiæ, à suis Prælatis nominati, &c.* Sed ne *fortè numerus Fratrum Minorum sit tantus, &c.* Sub Dat. Cæsaraugustæ die 10. Maji 1522. Pontificat. ann. 1. Cum igitur Cæsar id Diploma obtinuisset præcipuè pro Franciscanis: ea propter ipsos singulariter ablegavit in eam expeditionem. Hi autem qui selecti sunt ad id opus perficiendum, fuerunt duodecim; quorum antesignanus erat Beatus Martinus de *Valentia*, Vir eximia sanctitate conspicuus, quique Minister Provincialis erat Provinciæ S. Gabrielis: aliorum verò nomina sunt BB. Martinus à *Corumnia*, Franciscus à *Soto* Antonius *Civitatensis*, Toribius *Motolinia*, Joannes de *Ribas*, Garcia de *Cisneros*; Joannes *Suarez*, Ludovicus à *Fuensalida*, Franciscus *Ximenez*, Sacerdotes: Joannes de *Palos*, Andreas *Cordobensis*, Laici: Omnes ejusdem Provincię S. Gabrielis Reformatorum alumni, & ingenti vitæ sanctitate præditi, uti suis in locis annotatum est. Hi igitur accepta benedictione R. P. Francisci ab *Angelis*, Generalis Ministri: mare ascenderunt in festo Conversionis D. Pauli Apostoli 25. Januarii, qui ut sua prędicatione mundum universum docuerat: ita ipsi, sub ejusdem patrocinio totam Americam pergerent conversuri, ann. 1524. Mexico fœliciter appulerunt, & pridiè hujus diei, qua sanctissimæ Pentecostes Vigiliam colimus, celebrato statim Capitulo, ipsum B. Martinum de *Valentia*, electum jam in Hispania, Custodem rursus elegerunt, confirmaruntque. Tunc cœperunt maximas, latissimasque perlustrare Regiones Indiarum: cum stupendo, & admirabili prorsus eventu. Tantus enim fuit eorum progressus, talisque animarum fructus; ut

tota

tota ferè India videretur converti ad Christum. Non enim centum, aut mille sacri unda Baptismatis regenerarunt; sed per centena millia, Christo auspicante, ad fidem amplectendam accurrerunt.

TERTIUM.

R. A. P. LAURENTIUS à D. Paulo Sueco Regularis Observantiæ alumnus lib. 1. Historiæ S. Petri de Alcantara cap. 12. Instante quadragesima cœpit S. Petrus de Alcantara tanto animarum zelo, ac spiritus fervore, prædicationis efficacia illarum gentium animos commovere; ut plurimi tam viri, quam fœminæ relicto sæculo, ad religiosa instituta convolarent; alii in sæculo mores emendarent suscepto Tertii Ordinis habitu, aut societati Chordigerorum adscripti, quo operibus piis juxta consilium præfati S. Petri utilius vacarent. *Idem lib.* 1. *cap.* 6. Frequenter spiritualia colloquia cum fratibus misceens, se tanquam inferiorem, rudioremque cæteris gerebat; nec alia sermonum materia, quam fidei, paupertatis, regularisque disciplinæ zelus; ut si occasio ferret martyrii quoque pro Evangelii prædicatione optaretur. Omnium fervorem S. Petrus inflammabat; se voluntate unicuique conjunctum offerens ad subeunda itinera longinqua; carceres, cruces aliaque tormenta, dummodo omnia in Dei gloriam, proximi salutem, suique ipsius contemptum redundassent. Nec in solo hæc proposito hæserunt; quia à quibusdam executioni mandata, in varias partes pro conversione infidelium missis, martyrii palmam contulerunt. *Idem lib.* 3. *cap.* 26. Discalceatorum martyrum numerum usque ad annum 1667. quadraginta quatuor; sæcularium vero trecentos, nimirum tertiæ regulæ sodalitio adscriptos; alios diversi sexus, ac ætatis supra quadringentos, certiori calculo collectos intelligimus. Ex quibus facile licebit judicium sincerum de re perspecta ferre, quantum utilitatis, atque decoris Seraphico Ordini, ipsique Catholicæ Ecclesiæ ex hac S. Petri de Alcantara reformatione accesserit. Nam, & martyrum splendidissima corona fidei soliditatem exornat, atque illustrat apud Infideles; & vitæ Apostolicæ renovatione in Provinciarum augmento ejusdem Religionis commendat sanctitatem inter Catholicos.

QUAR-

QUARTUM.

R. A. P. Fr. TIBURTIUS Navarrus Provinciæ Immaculatæ Co ceptionis in Aquitania alumnus in suo Sancto Petro de Alcanta post mortem redivivo cap. 19. fol.84. Ecce igitur Christiane Le tor breve compendium, & succinctam expositionem fructu posthumorum pœnitentis, extatici, pauperis, & humilis Viri San ti Petri de Alcantara; ecce splendorem ab eo Ecclesiæ Catholi collatum: en ornamenta ab eo data Ordini Seraphico. Iste est se tem Provinciarum Fundator, plusquam triginta Discalceator & fere innumerabilium Tertii Ordinis Martyrum Pater. Ipse tot Confessorum, tot Divini Verbi Præconum, tot virorum *Apo* stolicorum Magister.

QUINTUM.

R. A. P. DIDACUS de Lequile strictioris Observantiæ alum. tom. 1. Hierarchiæ Franciscanæ distinct. 2. fol. 187. num. 8. San tus Franciscus Xaverius ex Lusitania solvit in Indiam Orientale ann. 1541. Tunc Goanus Episcopus erat B. Joannes *Alburquerqui* Vir insigni sanctitate præditus, ex nostris Discalceatis Provinci Pietatis assumptus, de quo Martyrol. Franc. 16. Junii. Immo Horatio Tursellino credimus, nulli adhuc in tota India Religio aderant præter Franciscanos: inter quos maxime tunc eluxit Vi tus Fr. Jacobi *Borbani*, Minoritæ, in conversione Indorum ha segniter laborantis. Illuc igitur adveniens Sanctus Franciscus Xa verius, præfatum invisit *Joannem* Goanum Episcopum, ab eoq benedictionem accepit; inde Cochinum pergens apud Francisca nos divertit, à quibus benigne, & comiter est exceptus: ex Tur sellino sup. & cap. 2. 3. 4. 5. 10. & lib. 3. cap. 17. Petro Ribade neira in vita ejusdem D. Francisci Xaverii, & aliis. Hæc laudatus Lequile ad litteram, unica tantum voce, videlicet *Recollectis*, in vo cem *Discalceatis* justè mutatam. Tum, quia licet omnes Discalcea ti sint Recollecti, attamen non omnes Recollecti sunt Discalceati tum, quia diebus istis Chronologus Provinciæ S. Jacobi nostrum illustrissimum Discalceatum laudatum Alburquerquium Archiepi coporum suæ laudatæ Sancti Jacobi Provinciæ numero adscrip

tor

tom. 1. Arboris Cronolog. fol. 107. Ne ergo, gloria tanta nostrorum Discalceatorum maximeque Discalceatæ Provinciæ Pietatis in Lusitaniæ Regno aliquandiu obscuretur, in dubiumve vocetur, præfatæ nostri Lequile verbis colophonem imponam. Illustrissimus Gonzaga (cujus classicæ Historiæ passim, & firmiter adhæret R. P. Fr. Jacobus de Castro) quart. part. Colleg. 1. Prov. S. Thom. haud musitans inquit: *Primus omnium Episcopus, qui à Portugalliæ Rege Joanne ad Indos fuit missus, extitit Reverendissimus Pater Frater Joannes Alburquerquius Provinciæ Pietatis Minoriticæ alumnus, vir utique omni sanctitate atque Religione præditus, qui secum duos socios Divini honoris zelo insignes attulit.* Illustrissimo Gonzagæ subscribit Arturus in Martyrolog. die 16. Junii §. 4. cum aliis classicis Authoribus. Huc spectat Generalis Chronologus Daza part. 4. lib. 1. cap. 53. vernaculè dicens: *Embiò al Padre Fr. Juan de Alburquerque, Provincial de la Santa Provincia de la Piedad, Confessor de el mismo Rey, por Obispo de Goa, y de toda la India, como lo havia sido su antecessor; porque antes de èl no havia passado ningun Obispo à la India Oriental, ni Frailes de otra ninguna Religion.* Hæc laudatus Daza cum Baptista Moles cap. 10. fol. 44. Historia Orientali 1. part. lib. 3. cap. 20. Guzman lib. 1. cap. 5. & Maffeo lib. 11. fol. 265. Hujus quoque veritatis assertorem, Vvadingi Compilatorem R. A. P. Fr. Franciscum Haroldum leges suo tom. 2. anno Domini 1537. fol. 975. num. 9. dicentem: *In Goano Episcopatu nunc Indiæ Orientalis Metropoli, Fr. Ferdinando Vaqueiro successit ejusdem instituti Regular. Observant. Minister Provinciæ Pietatis, Fr. Joannes Alburquerquius, qui cum duobus Patribus Fr. Vincentio cathechista, & Fr. Jacobo insigni Concionatore illuc ex Lusitania perveniens, rem Christianam, accitis etiam aliis ejusdem Instituti, promovit egregiè, humanissimèque suscepit post quinquennium illùc advenientem Franciscum Xaverium, aliosque Societ. Jesu, quibus quantum poterat, in Christi causa opitulatus est, & ipse antea post Vaqueirum paraverat messem.* Tandem hoc anno 1727. testimonio authentico utor ad me misso à Charissimo Fratre nostro Fr. Francisco de Castelho à Vite actuali Provinciali Ministro suæ Discalceatæ Provinciæ Pietatis in Lusitano Regno, ubi proprio Idiomate hæc verba facit: *Fr. Joao de Alburquerque da Villa deste nome na Extremadura de Castelha, ajudador, que foi na Fundazao desta Provincia, è duas veces Provincial nella, foi Bispo de Goa, è*

entre

entre as suas ovelhas acabou exemplarmente à vida. Era Bispo no tempo, em que ò Santo Xavier passou à India, è com elle teve huma correspondencia Santa. Ad rem quoque, Georgius Cardoso tom. Agiologii Lusitani die 2. Februarii fol. 322. ubi sic fatur: *Fr. Vicente de Lagos Religioso Sacerdote, que passou à India por companheiro do segundo Bispo de Goa Don Fr. Joao de Alburquerque, ambo Capuchos da sua Sancta Provincia da Piedade.*

SEXTUM.

„ SIXTUS Papa V. ad perpetuam rei memoriam. * *Dum ad uberes fructus, quos Religiosæ personæ, præsertim verò Fratres Minores de Observantia Discalceati nuncupati*, Custodiæ S. Gregorii in Insulis Philippinis Indiarum Occidentalium, quasi in agro Dominico *seduli operarii* ad Dei gloriam, & spiritualem salutem populorum in remotissimis terris degentium, & magno à nobis locorum intervallo disjunctorum, *assiduè* sua industria, Deo juvante, colligunt, convertimus oculos nostræ mentis; dignum, quin potius debitum reputamus, ut ad eorum commodum, & propagationem Apostolici favoris gratiam benignè impartiamur, eosque amplioribus privilegiis decoremus, præsertim cum id à nobis piis Catholicorum Regum votis postuletur. Sanè Charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, tam suo, quam dilectorum filiorum Custodis, & aliorum Fratrum Custodiæ S. Gregorii in Insulis prædictis nominibus nobis exposuit, quod aliàs Fratres Provinciæ S. Josephi ejusdem Ordinis in Regnis Hispaniarum institutæ, à qua Custodia S. Gregorii prædicta dependebat, in Capitulo nuper in Oppido de Cadahalso Toletanæ Diœcesis providè considerantes non posse hujusmodi Custodiam sine notabili sua diminutione sustinere propter continuas Fratrum missiones, quas ferè annuatim facere cogebantur; nec Religionem in illis partibus propagari, aut novas domos, seu Conventus fundari, & institui posse nisi Custodia prædicta in Provinciam erigeretur, decreverunt nobis humilitèr supplicare, quatenùs Custodiam prædictam Provinciæ nomine decorare, aliàsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 15. Novembris 1586. Pontificatus nostri anno secundo.

SEP-

* *Apud Illustr. Gonzaga 4. part. fol.* 1353.

SEPTIMUM.

SIXTUS Papa V. universis Christi Fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. * De salute gregis Dominici pro pastorali nobis divinitus injuncta cura solicitè cogitantes, Religiosos illos, qui solicitudinem nostram adjuvantes in convertendis ad Domini nostri Jesu Christi fidem Gentilibus *piam, & efficacem operam impendere non desistunt*, spiritualibus muneribus libentèr prosequimur; ut eo libentius in tam pio instituto perseverantes, tandem post hujus vitæ curriculum, tanquam servi boni, & fideles in gaudia cœlestia ab ipso Omnipotente Domino recipi mereantur. Cum itaque, sicut accepimus, *dilecti filii Fratres Discalceati de Observantia Provinciæ S. Gregorii in Indiis, & Insulis Philippinis in Gentilium conversione maximè laborent, & Spiritus Sancti gratia multum proficiant*: Nos eorum pia studia intimo cordis affectu complectentes, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes: universis, & singulis dicti Ordinis Religiosis, qui pro Christi amore, & obedientiæ merito conversioni hujusmodi Gentilium in dictis Indiarum partibus procurandæ se accinxerint, Apostolica benedictione benedicimus, necnon ipsis, tam die, quo in ipsas Indias pervenerint, si confessione prævia sanctissimam communionem sumpserint, necnon in mortis articulo, si contriti, & confessi, aut cum proposito confitendi in itinere, seu in ipsa conversione decesserint, plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditèr in Domino concedimus, & elargimur. Præterea omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam Ecclesiarum, aut domorum dictorum Religiosorum in Indiis prædictis consistentium die 2. Augusti, necnon iis, qui Ecclesiam sub invocatione S. Annæ Hospitalis Indorum in Civitate Manila à *Fratribus Discalceatis S. Francisci fundati*, in quo, ut accepimus, & animæ, & corpora *summa cum charitate* curantur, in una Festivitatum infrascriptarum, videlicet Epiphaniæ, Conceptionis B. Mariæ Virginis, omnium Sanctorum; à primis vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibidem pro Infidelium conversione, ac Sanctæ Matris

Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint: quo die prædictorum id egerint, plenariam pariter omnium suorum peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Insuper, ut Fidelium devotio erga Ecclesiam dicti Hospitalis in dies magis augeatur, ipsis Fidelibus, qui singulis secundis, quartis, & sextis feriis Quadragesimæ tria Altaria Ecclesiæ S. Annæ prædictæ, aut unum, si plura non adsint, devotè visitaverint, & ibi, prout unicuique devotio dictaverit, oraverint, quoties id egerint, centum dies: necnon benefactoribus & curam infirmorum gerentibus, ac illis, qui ex propria voluntate dicto Hospitali, seu pauperibus in illis degentibus intervenerint, quoties aliquod pii operis circa præmissa exercuerint, toties 25. injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Denique omnibus, & singulis Christi Fidelibus, qui favorem, & auxilium Religiosis prædictis, & aliis Ministris Sacri Evangelii illos ab una parte ad aliam, ad quam à suis Superioribus missi fuerint, ducendo, aut alias quomodolibet circa ministerium conversionis præstiterint, necnon iis, qui Indos ab injuriis, & vexationibus eis illatis defenderint, ac qui eis bona exempla præbuerint, 25. annos, & totidem quadragenas de eisdem pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus Præsentibus ad 20. annos ab earum publicatione computandos dumtaxat valituris. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Novembris 1586. Pontificatus nostri anno secundo.

* *Apud Illustr. Gonzag. part. 4. fol.* 1356.

OCTAVUM.

R. P. BENEDICTUS Fernandius in caput 4. Genesis sect. 1. num. 8. Peropportunus, inquit, locus hic est ad commendationem S. Francisci, atque ipsius Sacræ Familiæ Virorum pietate doctrinâque præcellentium: qui pannis, & funibus, è lacu Prophetam eduxerunt, scilicet, pannosis ad summam paupertatem, & rerum humanarum contemptum amiculis viliter indui, atque horrentibus nodosa ruditate funibus succincti, verbum Dei, vocem Dei, causam Dei, pietatem, virtutem, ferè illo sæculo submersam, & à mundo damnatam ergastulis, asseruerunt in libertatem; in lucem, in gratiam hominum, quorum incredibilis toto est orbe à vitiis ad Deum facta commutatio.

NO-

NONUM.

ARTURUS in additionibus ad Martyrologium Franciscanum §. 228. fol. 655. De Familia Franciscana illud aptissimè dici potest, quod Apostolus de Ecclesia conscripsit ad Rom. 12. vers. 5. *Multi autem unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* An. 1517. in Capitulo Generali Romæ habito, authoritate Leonis X. Papæ pro unione Religionis Seraphicæ Superior. Patrum Minorum Observantium declaratus est: *Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum*; cui omnes, & singuli Fratres secundum Regulam Divi Francisci subjici, & obedire tenerentur, ad quem denique tanquam Ordinis caput, omnis præeminentia delata est, & sigillum totius Ordinis consignatum: Superior verò eorum, redditus ac possessiones, & privilegia à Sede Apostolica concessa, retinentium: nuncupatus est, *Magister Generalis Fratrum Minorum Conventualium*: qui electionis de se factę confirmationem à dicto Ministro Generali totius Ordinis petere deberet. Qua de re, Marcus Ulyssiponensis 3. part. Chronic. Seraphic. Religionis, lib. 10. cap. 20. Gonzaga part. 1. Orig. Relig. &c. Hinc, cum Patres Capuccini Reformationem suam cœpissent in Ordine, & paulò pòst Superiorem Generalem obtinuissent à Sede Apostolica, vocatus est: *Vicarius Generalis Congregationis Fratrum Minorum Capucinorum*: qui præsentaretur præfato Magistro Fratrum Minorum Conventualium, ut ab eo suę electionis confirmationem acciperet. Diplomata referuntur à Collectore Bullar. sub Clemente VII. Paulo III. Pio IV. &c. Rapinæo in Histor. general. Orig. Recollector. Decad. 6. part. 2. Nostri autem Discalceati immediatè subjiciuntur Ministro Generali totius Ordinis Minorum: unde nec Superiorem Generalem habent, nec Ordinem efficiunt, sed tantum Congregationem, seu Reformationem: quod scitè annotarunt Morisius lib. 1. Orig. Relig. cap. 60. Hieronymus à Sorbo in præfatione. Addition. ad Compendium privileg. Ord. Minor. Yepes tom. 1. Chronic. Benedict. in monitis ad Lectorem.

DECIMUM.

Quid videbis in Sulamite (id est *Pacifica*) *nisi choros castrorum?*

Tran-

Tranquilla enim residens, tamen bellum exercet, & numerosis cir cumvallatur agminibus : Non igitur turbari æquum est propte quadrigas Aminadab eam, quæ sic instructa est, atque ut non vana esse has pollicitationes concipiat, exorditur ab Indorum conver sione. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis* Gressus nimirum, quibus Evangelium propugnatum est in extremis terrarum finibus, quemadmodum ex Paulo, & Isaia venustè expo nit hunc in locum Theodoretus inquiens: *Quæ porrò sint hæc cal ceamenta B. Paulus ostendit dicens: Calceati pedes in præparationem Evangelii pacis; pedum istorum decorem prospiciens Isaias Propheta Quam pretiosi, inquit, sunt pedes evangelizantium pacem, evangeli zantium bona? Hujusmodi verbis usus etiam est Sponsus hoc loco Quam pulchri sunt gressus tui filia Nadab, &c.* Et quod ad tam lon ginquas mari, terraque vias oporteat velocissimos esse cursores, quo nomine indicantur ab Isaia cap. 18. vers. 2. ideo *junctura fe morum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis*; nam signifi cari agiles plantas his verbis ostendimus in Historica explanatione: Ecclesia ergo, quæ lugebat subtrahi sibi egregias nationes per Africam, Europam, Asiam, in quibus olim Catholica Religio sum ma vigebat cum laude, quæ tam divinos veræ doctrinæ præcepto res aluerunt; lumina ad utrasque Indiarum plagas flectere jubetur, & ut videat, amissa cum fœnore damna compensari, latioremque mul tò aperiri campum optimis colonis; quod si non tractus, spatiaque terrarum dimetiare (quæ sine comparatione ampliora) sed gen tium deceptarum errores, ad fidem traductorum populorum nu merus computo penè major existit : quis enim in illo tam diffuso ambitu dæmonibus sublatos cultores ab Augustini, Dominici, Ad moranda sobole, ab aliarum familiarum inclytis Catechistis, ab eximiis Clericis sæcularibus, recensere valeat? R.A.P. Paulus Sher log. volum.3. in Cant. Vestigat.35. cap.7. fol.484. num.44.

UNDECIMUM.

Quæritur, qui sunt calcei militis Christiani, quibus eum ad Ephe sios 6. calceati vult Apostolus? Respondet primo Gregorius Nisse nus de vita Moysis, esse vitam mortificationis duram, & asperam, vel, ut alii, esse memoriam mortis. Calcei enim fiunt ex mortuo rum animalibus pellibus & corio, unde sunt signa mortalitatis. Hinc S.

S. Dionys. Cœlest. Hierar. cap. 15. docet, Angelos pingi discalceatos, eo quod sint immortales, liberi, & puri sine affectu, labe, commistione. Memoria ergo mortis quasi calceus facit hominem expeditum, ut concupiscentiis & diabolo resistat, ut illecebras præsentis vitæ, utpote breves & caducas contemnat, fortiterque dimicet pro vita immortali adipiscenda. Verùm hic sensus non est litteralis, sed tropologicus. Dico ergo, *præparatio Evangelii* est calceus militis Christiani. Præparatio autem hæc, ut rectè notat Chrysost. & Theophilat. est alacris promptitudo, & prompta alacritas animi, partim ad ambulandum viam Evangelii pacis, partim ad eam annuntiandam, qua per infensissimos Simonis, Gnosticorum, immò dæmonum & hostium omnium cuneos fortiter pergamus, & penetremus in Cœlum. Plebs enim Christiana hac promptitudine calceata esse debet, ut per viam Evangelii inoffenso pede ambulet, suâque sancta vita & conversatione alios ad eamdem viam ineumdam alliciat, itaque fidem & Evangelium propâget, & promoveat. Unde de hac præparatione & promptitudine dixit S. Joannes Baptista: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus*, inquit Chrysost. Apostoli verò, Doctores, & Pastores hac alacritate calceari debent, non tantum ut ipsi in hac Evangelii via ambulent; sed etiam ut sua prædicatione & sanctitate alios ambulare faciant, adeoque ut pergant ad barbaras gentes, iisque annuntient Evangelium, ut & ipsæ juxta Evangelium vivant, & ambulent. A Lapide in Epist. ad Ephesios cap. 6. vers. 15.

DUODECIMUM.

Anno 1613. in Japonia gravis in Christianos exarsit Regis, & Principum ira, ac persecutio. Christiani permulti etiam è prima nobilitate bonis omnibus privati in exilium expulsi sunt. Hanc mulctam adeo ipsi non defugêre, ut exultantes bonis cederent, quin & ultro Gubernatori nomina sua deferrent, seque Christianos esse profiterentur. Rex licet eis indignans ob fidem Christi, constantiam tamen admirans laudavit: quinimo quemdam capitaneum qui bonis metuens, Regi cesserat, & fidem abdicaret, torvè intuitus, ejusque vilem & abjectum animum increpans, officio & militari cingulo spoliavit, bonisque privavit. Christiani, ut se magis obarmarent, sodalitatem Martyrum instituerunt, ad quam mox

tria capitum millia sese aggregarunt. Hujus prima lex est: *Si pro fide Christi bona adimantur, hoc spolium forti & libenti animo tolerato.* Secunda: *Pari constantia & animo exilium & mortem pro Christianismo excipito.* Quo circa plures eorum quod verbis professi erant, re ipsa præstiterunt. Arimæ Regulus cædi Christianorum tribunal erexerat, diem dixerat: mox ad viginti Christianorum millia ultro se Arimæ stiterunt, ut se Christianos profiterentur, & martyria tum spectarent, tum obirent. Territus Tyranus cessit, & paucorum necesuum furorem satiavit. A Lapide in Epist. ad Hebræos cap. 10. vers. 34. Idem Cornelius in illud Apocalyps. 20. *Hæc est resurrectio prima*, inquit: Aureolus primam resurrectionem adaptat institutioni Ordinis S. Francisci, & S. Dominici sub Federico Imp. & Innocent. III. Pont. Horum enim doctrina, & sanctitate, vitæ exemplo, videtur, quasi tota Christianitas resurrexisse, & in novitate vitæ ambularet. Pari modo, sed aliis fundatoribus Ordinum, aliisque Ecclesiæ reformatoribus adaptes. Idem in illud Isai. 18. 2. *Ite Angeli veloces ad gentem convulsam, & dilaceratam*, & ait: Quasi diceret: Ite ò Religiosi zelosi ad Barbaros, ad Indos vitiis convulsos, & ad Tartara ruentes, vestramque opem expectantes, afferte eis fidem, gratiam, & salutem. Idem, tandem, in illud Abdiæ v. 20. *Et transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit civitates Austri*, inquit: Quasi diceret: Apostoli è Judea Hispaniam excurrent, atque ab Australi regione Gadium, & Provinciæ Bæticę, in alias Hispaniæ Provincias, indeque in Africam, immò in Brasiliam, Americam, Æthiopiam (hæ enim omnes sunt ad Austrum) traiicient, eosque omnes Christo subjicient, uti fecit S. Jacobus, S. Paulus, eorumque successores. Magna enim gloria Ecclesiæ, æquè ac Hispanorum, & Lusitanorum est, novi Orbis, putà Indiarum Occidentalium & Orientalium, subjugatio, & conversio.

TERTIUM DECIMUM.

R. P. JOANNES Schrotes, part. 2. tom. 2. Exedræ Ecclesiasticæ, Concione in Festivitate Marię Angelicæ, sive Porciunculæ, inquit: Nullo negotio adstruere pronum est, & liquet ex figmentis, perquam evidentibus in Zacheo, sacerrimum virum Franciscum, Ordinemque ipsius Seraphicum adumbratum. Se-

bat ante conversionem suam Zachæus ad telonii quæstum, lucrisque inhiabat; sedebat itidem Sanctus Franciscus in Officina Patris sui nundinationibus intentus. Ille dispensavit dimidium bonorum suorum pauperibus; hic quidquid habuit erogavit, & quidquid habere potuit, reliquit. Inhærebat ille sycomoro, qui lignum adorandæ Crucis præsignabat; iste intus in carne sua eandem portabat: Ille multis gratiis, donisque locupletatus à Christo Domino hospite; hic innumeris. De illius ædibus dictum est ab eodem: *Salus huic domui facta est, eo quod, & ipse filius Abrahæ*; & idipsum ampliori dignationis privilegio verificatur de Conventibus SS. hujus Patriarchæ, in quibus, quot personæ calculantur, totidem filii Dei referuntur; quia totidem mundo crucifixi, & conformes Imagini filii Dei inveniuntur. Sed quidquid est, quod festum Mariæ ab Angelis *Porciuncula* appellatur? Ipsa meliorem partem sibi elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum; num itidem Sanctus Franciscus, & Ordo ipsius? Et, si ita est, quænam hæc pars optima, quæ Patri huic Seraphico obvenit, & quam nos pariter pro modulo participare possumus videamus. Trifariam vulgò bona cælitus dispensata dividuntur; nimirum in bona fortunæ, in bona corporis, in bona animi. Bona fortunæ sunt extrinseca homini, uti sunt opes, possessiones, thesauri, & cætera hujusmodi. Bona corporis, sanitas, vires indoles, sanguis, & quidquid in hominis structura elegans est. Bona animi, virtutes, gratię, charismata, scientia, aliaque his adnexa. Ex his, si quæramus, quidnam Christus contulerit S. Francisco, & Ordini ipsius, reperiemus, quod ex omnibus præstantissimum quodque. Idem ibidem ait: Advertite tamen profusissimam Christi Domini liberalitatem in Sanctum Franciscum, & SS. ipsius familiam ab ipso ad summam Republicæ Christianæ utilitatem institutam. Tantum illi contulit, ut quidquid in aliis Religiosis cœtibus, gratiæ, virtutis, scientiæ, donorumque cæterorum sparsum est, in hoc uno sit collectum. Huic tantum dispensavit luminis exterioris, ut illi nomina dederint duo Orientis Imperatores Joannes, & Xerxes, ut duodecim Reges amore illius sceptris se abdicaverint, Regii Juvenes innumeri spem omnem deposuerint, Duces plurimi, ac Principes voluptatibus suis, honoribusque valedixerint. Tantum illi elargitus splendoris exteriùs, ut ex ea Summi Pontifices quatuor extiterint, Cardinales quadraginta tres claruerint, Episcoporum

rum numerus iniri nequeat. Tantum item gratiæ, ac sapientiæ in-teries, ut secundum Deum Francisci familiæ vetus Orbis, veteris fidei, ac morum debeat instaurationem; novus fidem, ac Religionem Christianam acceptam. Non ego vobis adblandior Patres Religiosissimi, sed ita veritas, ut dicam me cogit, non potuistis Sanctiorem Instituti vestri, & Ordinis Auctorem habere; nec vestro sanctius, dignius, utilius, sapientius vitæ genus invenire.

CHORUS TERTIUS

DISCALCEATORUM ILLORUM, qui in obsequiis peste infectorum mortem subiere.

ECCLESIA Martyribus annumerat eos, qui morbo laborantibus ex charitate, eodem afflantur, & moriuntur. Exemplum illustre est in Martyrologio Romano die 28. Februarii, ubi sic legimus: *Alexandriæ commemoratio Sanctorum Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum plurimorum, qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis sevissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissimè mortem oppetiere, quos velut Martyres religiosa piorum fides venerari consuevit.* Ubi Baronius ex Eusebio lib. 3. Histor. cap. 16. & sequentibus citat S. Dionysium Alexandrinum Epist. ad Hieracem de eisdem sic loquentem: *Ex Patribus, qui virtute erant præstantissimi, in hunc modum mortem oppetierunt, quorum nonnulli erant Presbyteri, alii Diaconi, quidam è populo, virtutis ergo multum laudati, adeo ut istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem, & robustam fidem suscipiebatur, nihil à martyrii splendore abesse videretur.* Cornel. à Lapide in 11. Proph. Oseæ vers. 12. Martyrologium Franciscanum die 6. Novembris: In Insubrica, prope Mediolanum, commemoratio plurimorum Beatorum Fratrum, qui, cum pestis sævissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissimè mortem oppetiere, quos velut Martyres Religiosa piorum

„ rum fides venerari consuevit. Consule hic Arturum §. 1. R. A. P. Emmanuelem Bernardez Lusitanum tom. 1. inscripto : *Nova Floresta* fol. 60. ubi ab ipso citantur undecim classici Authores, necnon S. Bernardinus, ac S. Joannes Capistranus, martyrium per pestem egregiè extollentes. Consulatur quoque Charis. Fr. N. Fr. Antonius Panes part. 2. Chronic. Prov. S. Joannis Baptistæ lib. 7. cap. 27. fol. 662. ubi in medium adducit perspicuam Epistolam V. Patris Eusebii Nieremberg ad piissimum Patrem Antonium Sanz ejusdem Societatis Jesu alumnum, vernaculè di-
„ centis : Yà que no puedo dàr la vida por el proximo en el Ja-
„ pon, me holgàra darla en semejante ocasion, que tiene V. R.
„ entre las manos, muriendo por ayudar à los apestados, que
„ para mi fuera una grande equivalencia de un rigoroso martyrio:
„ y assi estàn canonizados en el Martyrologio por Santos los Dia-
„ conos, y Presbyteros de Alexandria; porque morian por ayu-
„ dar à los que padecian peste. No sè, que se tiene de fineza este
„ genero de muerte, que es mas voluntaria, y por la mayor de
„ las virtudes, que es la caridad. En las persecuciones de la Fè, es
„ forzoso el morir, ò quedàr enemigos de Dios, è infames de los
„ hombres, y condenados à los Infiernos, por no negar à su Re-
„ demptor; mas los que voluntariamente, por salvar las almas
„ de sus Hermanos, ayudan à los apestados, y mueren en esta
„ demanda, es mui voluntario, y no por huir el pecado, sino
„ por exercitar la mas excelente virtud, que es la caridad, y mos-
„ trarse finos con su Redemptor. Ex professo autem Vir sanè eruditus R. A. P. Theophilus Rainaudus Societatis Jesu alumnus in publicum misit tomum integrum de vero martyrio per pestem: ubi sequentia.

MARTYRIBUS CHARITATIS.

Ecquis martyrii renuat donare corona,
Quem Charis ad superas transtulit alma domos,
Cum nullo, aut parvo discrimine distet ab illo
Martyre, qui vera Religione cadit?
Despicit iste minas, truculentique arma Tyranni,
Impavidus rabidam provocat ille luem.

Iste venenatos pleno trahit ore liquores,
Ille bibit toto mille venena sinu.
Hic vivis placido versat se corpore flammis,
Carbones medica vellicat ille manu.
Alter propitio recreat sudore beato
Sanguine, Christigenos alter opimat agros.
Amplaque multiplices cœlestis in horrea fruges
Numinis, hic abiens, dum manet, ille jacit.
Vincit uterque cadens, diverso ex hoste trophæa
Rapta triumphanti ponit uterque manu.
Quæris uter Cœlo, qua parte receptus uterque
Regnat ovans, parta nobilitate præat?
Martyribus confert non mors, sed causa decorem,
Hunc Charis, hunc tollit Relligionis amor.
Tu sacri, quem sancta juvat reverentia veri,
Dic, age, num minor est Relligione Charis?

Littera A, id est, afflictio, habet vim significandi C, id est, consolationem S. Spiritus. Hæc mundus non intelligit.

N. Petr. Posnan. Dom. 2. Quadr. fol. 365.

ALPHONSUS Caballero, Provinciæ S. Joannis Baptistæ in Valentino Regno alumnus, Sacramenti Pœnitentiæ Minister, lue crudeli grassante Carthagenæ ann. 1648. ita suam magnam charitatem morbo pestifero tabescentibus patefecit, ut nulla mortis formidine territus, pereuntium animabus, corporibusque curandis summam operam dederit usque dum & ipse contagione infectus mortem subiit. Antonius Panes tom. 1. Chron. laudatæ Provinciæ lib. 7. cap. 25. fol. 655. Miris virtutibus, spirituque prophetico claruisse refert Chariss. Fr. N. Fr. Thomas de Montalbo tom. 1. Chronicæ Prov. Granatensis S. Petri de Alcantara lib. 2. cap. 67.

ANDREAS ab Angelis, Sacerdos, Theologiæ Scholasticæ vacans in Cæsariensi S. Joannis Baptistæ Conventu, ad serviendum morbo pestifero tabescentibus se exposuit anno 1681. donec pestem contrahens, prænuntiato suę mortis die, sabbato nempe 23. Augusti vitam suam dedit. Eodem

die,

die ; quo eggreſſus eſt de hoc mundo , eggreſsi ſunt de Hoſpitali cuncti peſtilentia affecti, ut ipſemet prænuntiaverat. Ejus opes , cilicia rigidiſsima , & Regula Seraphica. Reliquit verò non exiguam ſanctitatis opinionem. Ex authentico teſtimonio S. Didaci in Bætica Provinciæ, cujus fuit alumnus.

ANDREAS à Cruce , Cantaber , Religioſus juvenis , noſtræ Provinciæ S. Pauli filius , unus fuit ex illis fervidis Diſcalceatis, qui ſerviendo infectis peſtilentia ann. 1599. peſtem contraxit , & piè obiit in Oppido de Hontiveros Diœceſis Abulenſis die 16. Auguſti. Jacet in noſtro Conventu Dominę noſtræ de Cardillejo. Ex Libro proprio hujus Conventus. Lege Joannem à S. Maria tom. 2. lib. 4. cap. 1.

ANONYMI novem noſtræ S. Pauli Provinciæ alumnni , lue crudeli graſſante in Veteri Caſtella anno 1599. peſtilentia affectos conſolatione , & omni charitatis officio proſequentes, peſtem contraxerunt , & piè obierunt. Joann. à Sancta Maria tom. 2. Chron. Provinciæ S. Joſephi.

ANTONIUS Sanchez , juvenis , ſtrictiori Obſervantiæ deditus , in Valentina S. Joannis Provincia Philoſophiæ vacabat , cum Valentiæ anno 1647. peſtis ſæviſsima graſſaretur. Altioris verò Philoſophię æmulator contactorum obſequiis ſe fervidè impendens mortem oppetiit , poſt ejuſque tranſitum glorioſus apparuit. Conſule Hiſtoriographum memoratę Provinciæ lib. 7. cap. 8.

B

Beth in Latinum converſa, confuſsio declaratur. Sed qui viam ſuam corrigit , non confundetur.

D. Ambr. ſerm. 2. in Pſ. 18.

BARTOLOMÆUS de Alcalà Provinciæ Bæticæ S. Didaci alumnus , Sacramenti Pœnitentię fervidus Miniſter , in obſequio lue infectorum in Civitate Hiſpalenſi ardentiſsimę charitatis non levia indicia dedit; donec peſtem contrahens eodem anno 1649. vitam poſuit non exigua ſanctitatis opinione. Ex authentico teſtimonio laudatæ Provinciæ.

BARTHOLOMÆUS à Plagis, Religioſus juvenis memoratæ S.

S. Didaci Provinciæ, Vir spiritualis, charitate præcipuè enituit: amore languens, ad serviendum morbo pestifero in Oppido la Puente de Don Gonzalo Dioecesis Cordubensis tabescentibus libentissimè se exposuit, & omni charitatis officio illos prosequens, sua prænuntiata morte, piè obiit ann. 1680. die 4. Julii. Ex testimonio authentico laudatæ Sancti Didaci Provinciæ.

BENEDICTUS à Sancta Lucia, natione Gallaicus, Novicius cum esset in Discalceata S. Didaci Bætiicana Provincia semel atque iterum respicere retrò voluit, donec quadam nocte Christus Dominus Cruce oneratus ipsi apparuit, & ipsum suaviter & fortiter confortavit. Ex tunc seipsum abnegans, strictioris Observantiæ amicus, sanctitatis semper opinione floruit. In obsequiis peste sublatorum, quorum corpora, nulla mortis formidine territus, terræ mandabat: mortali & ipse contagione infectus libentissimè mortem oppetiit in Conventu Portus S. Mariæ ann. 1681. Ex authentico testimonio laudatæ Provinciæ.

BERNARDUS Lencina, Sacerdos, pietate insignis erga

morbo contagioso tabesc... Valentię annō 1647. di... Octobris ipsum contraher... obiit, ejusque post tran... gloriosus apparuit. Anton... nes in Chron. Prov. S. Jo... tom. 2. lib. 7. cap. 8. fol. ...

D

Daleth significat Latinè ... rem vel nativitatem.

D. Ambr. serm. 4. in Ps...

DIDACUS Alarcon, Nov... rum Magister, & Guard... Conventus S. Annæ del N... Discalceatæ S. Joannis Pr... ciæ, vir exemplarissimus... Valentino Regno anno 1... in lue contactorum obsequi... tam posuit die 25. Octobr... gloriosus apparuit. Ex eo... Panes ibidem fol. 571.

DIDACUS Mazon, Concio... tor, virtutibus, raptibus... pietate erga pestilentia infe... clarissimus, Valentiæ ann. 16... die 1. Novembris illa affla... obiit non exigua sanctitatis o... nione. Ejus acta recenset id... Panes tom. 2. lib. 7. cap. 20.

DIDACUS à Monte ex... sanctitatis vir, Provinciæ S. (...

brielis, olimque socius B. Martini à Valentia, Oppido Alburquerquio sævissima peste laborante circa annum millesimum quingentesimum trigesimum, mirabilem habuit sequentem visionem. Cum enim circa medium noctis, in editiore Castri Alburquerquii parte orationi incumberet, Deoque optimo Maximo, ut iram ab oppido avertere dignaretur, instantius supplicaret; plures Angelos ignitas sagittas in miserum populum immittentes conspexit. Quamobrem Deum obnixius, ac cum maxima lacrymarum effusione rogavit, ut afflicto populo parcere vellet. Cujus denique precibus motus Altissimus Angelo præcepit, ut sibi indicaret, quatenus ejus oratio exaudita esset. Et ab eo temporis hujusmodi lues cessavit. Ex Rapineo, Daza, Barrezo, & Illustrissimo Gonzaga, apud Arturum die 17. Oct. §. 3.

DIDACUS à Plagis, Sacramenti Pœnitentię insignis Minister, Provinciam S. Didaci in Bætica exemplaritatis nota illustravit. Vir fuit paupertatis amator, strictiori Observantiæ, pœnitentię rigoribus, ac contemplationi valdè deditus: in sua meditatione exarsit ille ignis, quo ultro ad serviendum in Gadibus peste laborantibus se exposuit, donec mortali & ipse contagione infectus, obdormivit in Domino ann. 1681. die 22. Julii. Ex authentico testimonio laudatę Provinciæ.

DIONYSIUS à Conceptione, Hybernus, strictioris Observantiæ alumnus, Sacerdos, ac Sacramenti Pœnitentiæ Minister, Theologiæ Scholasticæ vacabat in Gadensi Conventu Dominæ nostræ Angelorum Discalceatæ S. Didaci Provinciæ ann. 1649. crudelissima lue grassante in Bæticis Urbibus, & oppidis. Mortis formidine territus noster Dionysius vitam suam in contactorum obsequiis ponere renuens, Sacrum celebravit in Altari Dominæ nostræ Angelorum sacro; & ecce de excelso misit Deus ignem in cor ejus, repentèque in alterum virum mutatus, ultrò laborantibus peste fit obsequio, quos antea despexit. Pereuntium igitur animabus, corporibus curandis, cadaveribusque sepeliendis summam operam dans, & ipse contagione infectus piissimè obiit eodem anno 1649. die 28. Januarii. Ejus gloriam testatam Dominus voluit voce exultationis cujusdam Venerabilis Religiosi, qui audito ejus transitu, divino motus instinctu,

tæ, conceptum sermonem retinere non valens, exclamavit, dicens: *Gaudet in Cœlis.* Ex testimonio authentico, & Memoriali laudatæ Provinciæ in ejus Archivio Hispalensi asservato.

Si H adderis U, virum honestum dices.

Ex notis Antiquorum.

HIERONYMUS Ruiz, Concionator celebris, Discalceatæ S. Joannis Provinciæ, prolixè se impendens laborantibus Valentiæ lue contagiosa, & illa afflactus obiit die 25. Octobris anni 1647. & gloriosus apparuit. Panes ubi supra lib. 7. cap. 8. à fol. 575.

Littera spiritalis

I

JOANNES Bujoni, Religiosus juvenis, sed canus sensibus, & virtutibus, primus fuit ex illis Discalceatis, qui mortis immemores, sæviente Valentiæ pestilentia magna, ad serviendum afflatis se exposuerunt; primusque, qui illam contrahens, occubuit die 18. Octobris anno 1647. Gloriosum apparuisse refert ibidem idem Chronologus.

JOANNES à Jesu, qui ex(nicæ Seraphicæ devota i ne ad sectanda strictioris O vantiæ vestigia in Provinc Didaci in Bætica ita exarsit omnium virtutum exem factus esset; meritis, di plenus, lacrymarum pretio lixè se impendere laborant peste impetravit. Igitur in pido la Puente de Don Gor lo Diœcesis Cordubensis, mortis formidine territus, euntium animabus (Con rius erat) corporibusque cu dis summam operam dedit, nec sua morte prænũtiata, di Julii anni 1680. obdormivi Domino. Prænuntiaverat que ipsius mortem signum salutis illius populi; & sanè defu icto, pestilentia cessavit norificè sepultus jacet in C ventu memorati Oppidi exigua sanctitatis opinione authentica Relatione laud Provinciæ.

JOANNES à Sancto Ignati Religiosus juvenis ejusdem Didaci Provinciæ, ingenio cl rus, virtute clarior, lue pestife ra grassante in Portu S. Mari illam contraxit, & prænuntiat suæ mortis die, prænuntiat quoque morte Fr. Juliani à Josepho, laici, ac Fr. Joann à S. Josepho, Prædicatoris, (p

ritum Deo reddidit ibidem ann. 1681. Ex authentica Relatione suæ Provinciæ.

JOANNES à S. Josepho, Prædicator, cum in Portu S. Mariæ pestis gravissima grassaretur ann. 1680. mortali & ipse contagione infectus, prænuntiavit nullum alium ex suis Discalceatis Fratribus ibidem pestem contracturum, ac exemplaritatis nota piè obiit. Ex testimonio authentico Provinciæ S. Didaci in Bætica.

JOANNES de la Madona, Confessarius, nostræ S. Pauli Provinciæ filius, virtutibus ac exemplaritatis nota insignitus, grassante pestilentia in Veteri Castella anno 1599. nulla mortis formidine territus, singillatim in Oppido de Lavajos Diœcesis Segobiensis, pereuntium animabus, corporibusque curandis summam operam dedit; donec species Sacramentales, quas quidam mortali contagione infectus evomuerat, intrepide ac devotè assumens, pestem contraxit, & mortem oppetiit, Joan. à S. Maria tom. 2. Chron. lib. 4. cap. 1. Martinus à S. Josepho part. 2. lib. 4. cap. 3. Tom. 1. meæ Chron. consule.

JOANNES Morcillo, Murciensis, Provinciæ S. Joannis Religiosus alumnus, voluntariè se obtulit obsequiis pestilentia infectorum in Oppidis Valentini Regni, missisque sortibus à suo Venerabili Guardiano Fr. Joanne Mancebon, cecidit sors super illum, & afflatus occubuit. Antonius Panes tom. 2. lib. 7. cap. 23.

JOANNES Franzo, Concionator, eadem tempestate prolixè quoque se impendens laborantibus peste, & illa afflatus obiit die 30. Octobris, ac gloriosus apparuit. Panes idem ibid. cap. 8. à fol. 575.

JOSEPHUS à Jesu Maria, Discalceatæ S. Didaci Provinciæ in Bætica alumnus, celebris Prædicator, ac vir contemplationi, paupertati, ciliciis, aliisque pœnitentiæ rigoribus valde deditus, sæviente lue pestifera in Cæsariensi Urbe, ad serviendum afflatis ultrò se exposuit, donec mortali & ipse contagione infectus, libentissimè mortem oppetiit ann. 1681. die 26. Augusti, magnum sui desiderium relinquens, quare honorificè sepultus fuit. Ejus morte pestilentia cessavit, & fama crevit suæ sanctitatis. Ex testimonio authentico ejus Provinciæ.

JULIANUS à S. Josepho, ex numero conversorum Provinciæ S. Didaci in Bætica, rigidissimæ pœnitentiæ, assiduis ciliciis, à carnibus abstinentiæ, voluntariis jejuniis, orationis assiduitatem adjungens, charitate demum enituit. Ipsa vulneratus, epidemicis inserviens in Portu S. Mariæ, mortali & ipse contagione infectus, manibus in Cœlum expansis, obdormivit in Domino 6. Januarii anno 1681. Ex authentico testimonio laudatæ Provinciæ.

Littera M, scilicet, miseria, habet vim significandi D, id est, dulcedinem. Hæc mundus non intelligit.

N. Petrus Pasnan. Dom. 2. Quadr. fol. 365.

MICHAEL Velazquez, Provinciæ S. Joannis filius, cum Valentiæ ad serviendum afflatis se exposuisset, correptus ipse, mortem subiit ann. 1648. die 22. Octobris, ac gloriosus apparuit. Panes ubi supra lib. 7. cap. 8.

Amplectitur quidem intra O suum fœminas Maria; si tales sint, quales intra purissimum Deiparæ cœtum admitti decet: si vita sua ita disponant, ut facta ad mensuram litteræ O, ab eadem O aptè capiatur.

Bartholomæus de Escobar. serm. 2. de Expectat. B. Mariæ Virg. fol. 470.

ONOPHRIUS Legaza, Sacramenti Pœnitentiæ Minister, in eadem S. Joannis Discalceata Provincia animabus corporibusque curandis summam operam dans, in eadem tempestate, & peste illa afflatus occubuit. Hæc, & post ejus transitum in vestimentis albis apparuisse refert idem Historiographus ibidem lib. 7. cap. 8. fol. 573. ac 576.

Littera muta P passum significat.

Ex Antiquorum notis.

PETRUS de la Candelaria, natione Gallaicus, professione Minorita laicus, Provinciæ S. Didaci in Bætica, orationi & abstinentiæ deditus, rigidissimum cilicium nusquam deposuit, & quotidie pœnitentiæ aliarumque virtutum exercitiis præparatus devotissimè ad Eucharistiam Sacram accedebat. Charitate accensus nonnullos Infantes pestilentia afflatos terræ mandavit, & ipse illam

lam contrahens, vitam suam dedit anno 1680. in Portu Sanctæ Mariæ. Ex testimonio authentico laudatæ S. Didaci Provinciæ.

PETRUS à Sancto Francisco, Tertiarius (ex illis, quos Donatos vocamus) Bæticanæ S. Didaci Provinciæ, natione Lusitanus, virtutibus clarus, charitate vulneratus terræ mandavit in Portu Sanctæ Mariæ nonnullos puerulos pestilentia afflatos, & illam contrahens, prænuntiata suæ mortis hora, piè obiit ibidem ann. 1681. Ex Relatione authentica laudatæ Provinciæ.

